3.3.100

Digitized by Google

JOHANNIS-BAPTISTÆ CASPARIS

D'ANSSE DE VILLOISON

ANIMADVERSIONES

AD LONGI

PASTORALIUM

DE DAPHNIDE ET CHLOE

LIBROS QUATUOR.



EXCUDEBAT FRANC. AMBR. DIDOT

PARISIIS,

Sumptib. Guill. De Bure natu majoris, Bibliopolæ.

M. DCC. LXXVIII.

ANIMADVERSIONES

AD LONGI

LIBRUM PRIMUM.

[Pag. 1, lin. 2.] ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ. Huetius in notis quas ſuo Editionis Commelinianæ exemplari adſcripſerat, quarumque mihi copiam humaniſſimè fecit Cl. Abbas Desaunais, Bibliothecæ Regiæ Cuſtos: Proclus in Heſiod. Oper. L. II, v. 588, laudat Eratoſthenis Ποιμενικά. Idem Huetius, è Scaligeran. p. 189, Jamblichi Βαβυλωνικὰ habuiſſe Jungermanum obſervat; de quâ fabellâ Mileſiâ, quæ & in Scorialenſi Bibliothecâ viſa eſt, adi, poſt Photium in Bibliothecâ n°. XCIV. p. 237 & ſeqq. Cl. le Beau juniorem in Actis Acad. Reg. Inſcription. tom. XXXIV, p. 57 & ſeqq. Perdita autem Agathiæ ſcholaſtici Daphniaca in Codice 607 Bibliothecæ Divi Marci Venet. ſervari, p. 314 Catalog. Codicum Græcorum videbis: ſed cum horumce Agathiæ Daphniacorum initium in hoc eodem ibid. Catalogo appoſitum ſit, (ſcilicet, Σιδὼν ἡ θαλάττη πόλις, Ἀσσυρίων ἡ θάλασσα, μήτηρ Φοινίκων ἡ πόλις) hîc non Agathiæ Daphniacorum, ſed Amorum Clitophontis & Leucippes ab Achille Tatio conſcriptorum, initium facilè agnoſces.

[P. 1, l. 6.] Θίαμα. Prior Pariſienſis Editor pro

θέαμα, malè conjecit θεαμάτων; quam conjecturam, ut & omnes alias quæ ipſi in mentem venerunt, uncis incluſit.

[P. 1, l. 7.] Εἰκόνα, γραφήν. Sic repoſui è Florentino & Fulvii Urſini Romano Codicibus, quorum Variantes Lectiones ſuæ principi omnium Editioni Juntinæ, quæ prodiit Florentiæ, anno 1598, ſubjunxit Raphael Columbanius. Sic & à quibuſdam legi, Codicis Regii III margini allitum fuerat. Omnes hùc uſque Editiones habent εἰκόνος γραφὴν, quod Cl. & amiciſſimo nobis viro Danieli Wyttenbach, qui ſuas mecum notas Manuſcriptas communicavit, ſatis bonum videtur. Fortè non deerunt qui poſt εἰκόνα tollendum conjiciant γραφὴν, quæ tunc ipſis τῆς εἰκόνος gloſſa eſſe videretur: ſed legendo εἰκόνα γραφὴν, per appoſitionem, indicatur hanc εἰκόνα depictam, non ſculptam fuiſſe; quomodo apud Ariſtophanem alicubi habes γεγραμμένην εἰκόνα. Alio ſenſu πλὴν εἰκόνα τῆς εἰκόνος videbis apud Lucianum in Zeuxide, tom. I, p. 84 Edit. Hemſterhuſ. Infrà leges apud Longum, ſub ultimi libri finem, p. 147 Edit. Moll. εἰκόνας ἀνέθεσαν, ſcilicet Daphnis & Chloë. Amyot vertit: c'étoit une peinture d'une hiſtoire d'amour.

[P. 1, lig. 11.] Τέχνην ἔχουσα περιτὴν καὶ τύχην ἐρωτικήν. Hanc ego lectionem primus in textum recepi pro abſurdâ, ΤΥΧΗΝ ἔχουσα περιτὴν καὶ ΤΕΧΝΗΝ ἐρωτικὴν, quæ in omnes Editiones & Manuſcriptos libros irrepſerat. Sic quoque conjectum à priore Editore Par. nec non & à viris eruditiſſimis mihique amiciſſimis Larchero & Wyttenbach, quorum priori quidem Gallicam Herodoti Verſionem doctiſſimis notis ornatam, poſteriori verò præſtantiſſimam & omnibus numeris abſolutam Plutarchi Editionem mox debebimus. Sic & reſtituerat Cl. vir Jacobus Fridericus Heuſingerus, p. 10, folio verſo, Speciminis Obſer-

vation. Criticar. in Ajacem & Electram Sophoclis, ubi rectè monet ſatis notum eſſe ΤΎΧΗΝ, caſum, eventum, & idem ferè quod Gallicam vocem AVENTURE ſignificare; ut in Ajace Maſtigophoro Sophoclis, v. 1046:

Σκέψαδε πρὸς Θεῶν ΤΎΧΗΝ δυοῖν βροτοῖν.

Et v. 295:

Καὶ τὰς ἐκεῖ μὲν ὰς ἔχω λέγειν (Codex Jenenſis rectè habet φράζειν) ΤΎΧΑΣ.

Ubi tamen quædam Henrici Stephani exemplaria, ut & Aldinum, & quatuor Bodleiani & Jenenſis Codices, meliùs legunt πάθας, cujus hic gloſſa ΤΎΧΑΣ; de quo vide ſummum, & ſuprà omnes omnium laudes poſitum, Toupium, Animadverſ. in Suidam tom. III, pag. 2. Confer & Euripidem in Oreſte, v. 16:

Ἰὰς γὰ ἐν μέσῳ σιγῶ ΤΎΧΑΣ.

De quo lege Cl. Wyttenbach in Epiſtolâ Criticâ ad Cl. Ruhnken, p. 37 & 38. Igitur ΤΎΧΗ ἐρωτικὴ hîc idem ferè eſt in Longo, quod in Charitone, p. 1, lin. 2, πάθος ἐρωτικόν. Apud eumdem Longum infrà, L. IV, p. 129: τὴν Δάφνιδος ΤΎΧΗΝ ἥτις ὄϛὶν ὁ σιωπησόμενος. Ariſtoteles De moribus, l. VI, c. 4, p. 99, tom. III, Edit. Par. 1654, hunc Agathonis verſum nobis ſervavit, in quo, ut ſæpe alibi, & hîc apud Longum, ſic & ΤΈΧΝΗ & ΤΎΧΗ conjunguntur:

ΤΈΧΝΗ ΤΎΧΗΝ ἔϛεργε, ϗ ΤΎΧΗ ΤΈΧΝΗΝ.

[P. 2, l. 2.] Κοσμῆσαι. Rectè Mollius: non dicit ſimpliciter ἐσπαργάνωσαν, faſciis involverunt, ſed ἐκόσμησαν; ideò quòd ſplendidiore familiâ nati infantes σπαργάνοις diſtingui ſoleant à plebeiis. Hinc Commodus apud Herodianum gloriatur μὴ πειραθῆναι ἰδιωτικῶν σπαργάνων; atque alicubi homini ignobili objiciuntur τὰ ἐντελῆ (voluit ſcribere ἐυτελῆ) τῆς γενέσεως σπάργανα. Addo Longum infrà dixiſſe, L. IV, p. 144, Ed. Moll.

γνωρίσμασι ΚΟΣΜΉΣΑΣ ἐξέθηκα. Et ibidem, p. 140, Dryas vel ex hisce monumentis colligi posse observat suam non esse filiam Chloën: μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ γνωρίσματα· πλουσιώτερα γὰρ ἢ κατὰ ποιμένα. Immò & L. I, p. 4, Lamon expositum Daphnim invenit, τῆς κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης ἐν ΣΠΑΡΓΆΝΟΙΣ κρείττοσι. Et pag. 7: τύχην ἐκ ΣΠΑΡΓΆΝΩΝ ἐπαγγελλόμενοι κρείττονα.

[P. 2, l. 2.] Κοσμοῦσαι παιδία ἐκκείμενα. Malè in solâ Ed. Commel. & in Cod. Amyoti, ut ex ipsius versione apparet, post κοσμοῦσαι positum fuit comma, quod rectè delevit Jungerman.

[P. 2, l. 3.] Ποίμνια τρέφοντα. Malè Jungermanus vertit, greges qui pascebant. Infelicitèr Mollius conjicit ποίμνια τρεφόμενα, sed rectiùs intelligit capram & ovem quæ Daphnim & Chloën expositos enutriverant. Infrà, L. IV, p. 145, Ed. Moll. ταύτην σοι παρθένον οἷς προνοίᾳ Θεῶν ἐξέθρεψεν, ὡς αἰξ Δάφνιν ἐμοί. Confer & L. III, p. 96, l. 22, & p. 99, l. 19, & L. IV, p. 139, l. 26, & p. 129, l. 13, & L. I, p. 4, l. 18, &c. ubi capra & ovis Daphnim & Chloën ΘΡΈΨΑΙ dicuntur.

[P. 2, l. 3.] Ποιμένες ἀναιρούμενοι. Malè & hîc Jungermanus vertit, pastores interfecti. Rectè observat Mollius unicum duntaxat bubulcum, nomine Doreonem, à prædonibus interiisse: itaque vertendum, pastores tollentes, scilicet, pueros expositos; cùm infrà legas, p. 6 Ed. Moll. ἈΝΑΙΡΕΊΤΑΙ μὲν τὸ βρέφος. Heliodorus L. II, p. 115, ταύτην ἡ μὲν τεκοῦσα ἐν σπαργάνοις ἐξέθετο... ἐγὼ δὲ ἀνειλόμην. Et eodem sensu, L. IV, p. 175, ἀναιρησόμενον.

[P. 2, l. 4.] Νέοι συντιθέμενοι. Juvenes, scilicet Daphnis & Chloë, mutuam sibi fidem obstringentes. Sic apud Musæum, v. 221:

Ὣς οἱ μὲν κρυφίοισι γάμοις ΣΥΝΈΘΕΝΤΟ μιγῆναι.

Quod & ipſi fecerunt Daphnis & Chloë ſub finem ſecundi libri, à pag. 64, uſquè ad pag. 67. Sic *σωτίθεσθαι* ſimili ſenſu uſurpatur L. II, p 64, ΣΥΝΕΘΕΝΤΟ *κατελάσαι*; i. e. ils convinrent. Et L. IV, p. 129, *ταῦτα* ΣΥΝΘΕΜΕΝΟΙ. Vid. & L. IV, p. 145.

[P. 2, l. 4.] *Λῃστῶν.* Rectè, ut omnia, ſummus Valckenær, Animadverſ. ad Ammonium L. III, c. 8, p. 194, obſervat veteres & cultiores Græcos Scriptores PIRATAS (quam vocem Latini poſt Varronem frequentarunt) generaliori nomine *λῃστὰς* appellare ſolere, vel etiam *τοὺς ἐν θαλάττῃ κακουργοῦντας*; & neminem forſan haberi qui *πειρατὴν* eo ſenſu adhibuerit, antiquiorem Græco Jobi interprete, c. 25, v. 3; apud Achillem autem Tatium & Xenophontem Epheſ. aliosque recentiores, uſu longè frequentiſſimo eſſe hanc vocem. Notandum igitur noſtrum, utpote antiquiorem, ſeu puriorem & elegantiorem, nuſquam *πειρατὰς*, at ſemper *λῃστὰς* dixiſſe.

[P. 2, l. 8.] *Ἀναζητησάμενος.* Ubique, paſſim & diligenter exquirere. Hæc vis in hoc verbo ineſt, ob præpoſitionem additam.

[P. 2, l. 8.] *Ἐξηγητὴν τῆς εἰκόνος.* De hâc voce vide Cl. Hemſterhuſ. ad Lucian. Dial. Mort. XX, tom. I, p. 412, ubi & hunc Longi locum producit: vid & Cl. Carpzovium ad Achillem Tatium, L. V, p. 408 Ed. Cl. Boden, in *συμβόλων ἐξηγηταί.*

[P. 2, l. 10.] *Καὶ Παρί.* Nam, ut infrà dicit, L. IV, p. 145, Ed. Moll. *ἀμφοτέρων* (Daphnidis & Chloës) *ἐμέλησε* ΠΑΝΙ, ΚΑΙ ΝΥΜΦΑΙΣ, ΚΑΙ ΕΡΩΤΙ.

[P. 2, l. 10.] *Κτῆμα.* Sic & infrà *ἀνάθημα* & *κτῆμα* conjunguntur apud Longum, L. IV, p. 136, Ed. Moll. *σωαγρύσας πάντα τὰ ποιμενικὰ* ΚΤΗΜΑΤΑ, *διένειμεν* ΑΝΑΘΗΜΑΤΑ *τοῖς Θεοῖς.*

[P. 2, l. 11.] *Νοσοῦντα ἰάσεται.* Bernardus, Medicus

κριτικώτατος, & græcè doctiſſimus, qualibus Medicis Heringâ Friſia, Askewio & Muſgravio Britannia, Reiskio & Trillero Germania, Lorryo, viro nobis amiciſſimo, Gallia &c. hoc ſæculo ſuperbiunt, hæc appoſitè annotat ad Syneſium De febribus, p. 58, docentem febre laborantes ſermonibus amœnis recreandos: hinc ægros ſuos ad fabulas amatorias legendum aliquandò excitabant veteres. Theodorus Priſcianus, L. II, c. 11: intereà puellarum ſpecioſarum (vel puerorum ſimiliter, vet. Cod.) ſervitium procurandum eſt. Utendum ſanè lectionibus animum ad delicias pertrahentibus, ut ſunt Amphipolitæ Philippi, aut Herodiani, aut certè Syri Jamblichi, vel cæteris ſuaviter amatorias fabulas deſcribentibus. . . . . Gariopontus, L. III, c. 70, p. 87: & dormiant molliter, & primùm inſpectas pulchras mulieres complectantur, & amorum lectiones legant. Et qui ejuſmodi fabulas conſcribebant, eum pariter in finem id faciebant, ut ægrotos atque mœrentes ſolarentur & recrearent. V. Longum, Paſtor. L. I, p. 2, Ed. Moll. Hactenùs Cl. Bernard. Idem quoque Syneſius infrà, p. 60, dicit ægrotos inſpectione pulchrarum formarum recreandos; ubi τὰ εὐείδη πρόσωπα eruditiſſimus Interpres vertit, pulchros homines; cùm, inquit, haud rarò πρόσωπον pro homine ponatur: ſed, quod pace tanti viri dixerim, hîc εὐείδη πρόσωπα mihi ſignificare duntaxat videtur, pulchras formas, ſive eæ virorum, ſive feminarum ſint; undè & Conſtantinus Africanus, ab ipſo ibid. Bernardo adductus, rectiùs vertit, pulchris formis, vel formoſis puellis, delectetur æger.

[P. 2, l. 13.] Προπαιδεύσει. Sic è duobus primis Codicibus Regiis reſtitui, pro vulgato παιδεύσει.

[P. 2, l. 13.] Πάντως. Malè πάντων in C. R. III, ad cujus oram: fortè πάντως.

[P. 2, l. 14.] Μέχρις. C. R. III, μέχρι, quod non ſper-

nendum; Mœris enim Atticiſta, p. 34 : Ἄχρι, ἄνευ τοῦ Σ, Ἀττικῶς· Ἄχρις, Ἑλληνικῶς, quod fuſiùs tradit Thomas Magiſter omninò videndus in Ἄχρι, p. 135 & 136.

[P. 2, l. 15.] Ὀφθαλμοὶ βλέπωσιν. Sic κάλλους παρόντος καὶ βλεπόντων ὀμμάτων dixit Nicetas Eugenianus, qui de Droſillæ & Chariclis Amoribus poëma iambicis verſibus ſcriptum, & in Regiâ ſervatum Bibliothecâ, compoſuit; in quo præcipuè Theodorum Prodromum imitatus, totas præterea Anacreontis ᾠδὰς, & prolixiora Theocriti, Moſchi, Bionis, Muſæi, Euripidis, eroticorum Epigrammatiſtarum, & Scriptorum qui fabulas amatorias condiderunt, ut Longi, Heliodori, &c. loca non tàm expreſſit, quàm ad verbum deſcripſit, ſeu potiùs pervertit, græculus loquax & ineptè verboſus, quem luce, quam hactenùs non vidit, minùs dignum cenſeo, cujusque opus, quod obiter notandum, falsò in Codice 412 D. Marci Bibliothecæ, p. 199 Catalogi Manuſcriptorum Græcorum, Theodori Prodromi nomen præfert. Idem Nicetas Eugenianus paulò infrà dicit :

Οὐκ ἐκφύγῃ τις, κἂν δοκῇ πεφευγέναι,
Ἔρωτα τ' τύραννον ὁπλοτοξότην,
Ἄχρις ἂν ἐν γῇ φῶς τε & κάλλος μένει, (lege μένῃ)
Καὶ τῶν βροτῶν τὸ ὄμμα πρὸς τοῦτο βλέπει. (lege βλέπῃ).

[P. 2, l. 15.] Ἡμῖν δέ. Malè in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. & in noviſſimâ Lipſienſi, ἡμῖν καί; cæteræ Editiones & Manuſcripti rectè, ἡμῖν δέ.

[P. 2, l. 16] Σωφρονῆσαι. Malè Mollius vertit, det nobis Deus ut cætera caſtis modeſtisque ſcribamus. Malè idem in notis monet ſententiam eſſe ambiguam; non enim ad lectores, ſed ad præcedens ἡμῖν, ſcilicet ad auctorem, referendum τὸ σωφρονῆσαι : nec τὰ τῶν ἄλλων hîc cætera, reliqua, ut Mollio viſum, ſed duntaxat aliorum caſus poteſt ſignificare.

[P. 3, l. 1.] Μιτυλήνη. Nunc dicitur CASTRO, cùm & ipſa Lesbos inſula hodie vocetur METELIN. Hujus deſcriptionem vide apud Toutnefort [Voyages du Levant, tom. I, p. 349 & ſeqq.] qui nummorum à Sponio productorum indicio comprobat eam olim MYTIΛΗΝΗΝ, non MITYΛΗΝΗΝ, appellatam fuiſſe. Summus Pellerin [Recueil de médailles, tom. III, p. 84] idem obſervar, & ibid. tab. 103, octo Mytilenes nummos producit, à n°. 14, uſque ad n°. 21, ut & duos alios [p. 230, Appendicis, tab. 132, n°. 9 & 10,] in quibus ſemper MYTI & MYTIΛΗΝΑΙΩΝ. De hâc autem urbe confer & Richardum Pocockium [Deſcription de l'Orient, tom. IV, p. 362 & ſeqq. vetſionis Gallicæ impreſſæ Pariſ. 1728.] Vide & p. 485 & ſeqq. Meletii Geographiæ, quæ, Græco vulgari ſermone conſcripta, prodiit Venetiis in-folio anno 1728, & hunc titulum præfert, Μελετίου Γεωγραφία παλαιὰ καὶ νέα, quæque nimis parum nota eſt, cùm illius auctor, qui Athenarum, & anteà Naupacti & Artæ (Arta eſt veterum Atgos Amphilochicum) fuerat Archiepiſcopus, & diù Venetiis Theologiæ, Aſtronomiæ, Philoſophiæ, Medicinæ, Hiſtoriæ & Geographiæ, ac veteti Græcorum linguæ operam dedetat, vel in iis quæ ad Galliam, Germaniam, Italiam, &c. pertinent, accuratiſſimus, nova & vulgaria antiquarum Græciæ utbium nomina fere ſemper tradat, quod notatu digniſſimum, & multas, easque egtegias, paſſim apponat inſctiptiones, quas nemo fortè quæreret in hâc Geographiâ, quæ noſtris in oris tariſſima, & à pauciſſimis conſpecta eſt. De hâc autem utbe Caſtro vide & tom. IV, p. 289 & ſeqq. alius libti, nec illius ſatis noti, cui Titulus, Voyage en France, en Italie & aux Isles de l'Atchipel, à Paris 1763, & in quo multa lectu digniſſima de matis Ægei inſulis, quarum Ducum hiſtoria Gallicè conſcripta prodiit Lutet. anno 1698, & ſic

inſcripta eſt : Hiſtoire nouvelle des anciens Ducs & autres Souverains de l'Archipel, avec la deſcription des principales Isles, & des choſes les plus remarquables qui s'y voient encore aujourd'hui. Nihil autem dicendum de Dappero qui, ut in Ægei maris inſulis, ſic in linguâ Græcâ prorſùs hoſpes & peregrinus, Cypriorum numiſma, in quo legitur KOINON KYΠΡΙΩΝ, ſic interpretatur p. 523 verſionis Gallicæ ipſius Ægei maris inſularum deſcriptionis: Conon des Cyprieus ; & addit : Ce Conon étoit apparemment le fondateur du temple. Adi & p. 34 & ſeqq. optimi Itinerarii non magis hodie cogniti, & ſic inſcripti : Les Voyages du ſieur Duloir dans le Levant, à Paris, 1654.

[P. 3, l. 1.] Μεγάλη καὶ καλή. Mytilenen ab Horatio, L. I Epiſt. XI, pulchram fuiſſe dictam, & à Cicerone contrà Rullum vocatam fuiſſe urbem & naturâ, ſitu, & deſcriptione ædificiorum, & pulchritudine imprimis nobilem, illiusque agros jucundos & fertiles, rectè obſervavit Jungermanus, adeundum monens Muretum qui, Var. Lect. L. IX, c. 16, hunc noſtri dulciſſimi ac ſuaviſſimi, ut vocat, Scriptoris locum ideò profert, quod, inquit, ejus liber lectu digniſſimus nondùm publicum accepit.

[P. 3, l. 2.] Εὐείπνις. In duobus primis Codd. Reg. & in Ed. Flor. εὐείπνως, operarum vitio, quod Columbanius in mendorum elencho agnovit.

[P. 3, l. 2.] Ὑπεισρεούσης τῆς θαλάττης. Sic Edd. Flor. Commel. Jungerman. poſterior Par. ac tres Mſſ. R. Sic quoque in ſuis Codd. invenerunt Amyot, qui vertit, environnée d'un canal d'eau de mer, qui flue tout à l'entour, & elegantiſſim. Muret, qui hunc Longi locum produxit Var. Lect. L. IX. c. 16. At Cod. Flor. ὑπεισρεούσαις τῇ θαλάττῃ, quod in textum recepit Moll. & hinc prior Ed. Par. & Cl. Boden, qui ſe ferre etiam ὑπεισρεούσαις affirmat.

[P. 3, l. 4.] Νομίσεις. Sic in tribus Codd. Par. ad

quorum tertii oram legitur : fortè *νομίσαις*. Quidam vir doctus , meus amicus , conjicit *νομίσειας* ; ſed *νομίσεις* hîc mihi vera & Attica videtur lectio , cujus gloſſam *νομίσαις*, in Codd. Flor. & Rom. occurrentem , immeritò prætulerunt Fulvius Urſinus & Moll.

[P. 3 , l. 4.] Ὁρᾶν. Adſentior J. F. Reitzio ad Lucianum tom. I , p. 778 & ſeqq. poſt Etymologum Magnum & Viger. de Idiotiſm. probanti infinitivos in AN non recipere IOTA ſubſcriptum.

[P. 3 , l. 5.] Ἀλλὰ ἐκ ταύτης. C. Urſ. ἀλλὰ ταύτης.

[P. 3 , l. 5.] Ταύ[ης πόλεως , τῆς Μιτυλήνης. Confer Reitzium ad Lucian. tom. II, p. 70, ubi oſtendit in iſtâ articuli repetitione , quæ in Longo frequentiſſima eſt , majorem demonſtrandi vim ineſſe ; at Cl. Wyttenbach τῆς Μιτυλήνης , ut gloſſam , ejiciendum putat.

[P. 3 , l. 6.] Διακοσίων. Sic reſtitui è Codd. Flor. & Urſ. quorum lectionem probavit Urſinus , pro ſuâ conjecturâ venditavit Mollius, ac meritò in textum recepit Cl. Dutens. Malè autem cæteræ Edd. ἴκοσιν , ut in tribus Codd. R. ad quorum tamen tertii oram conjectum διακοσίων. Amyot , vertens , environ cinq quarts de lieue, videtur legiſſe ἴκοσι , cùm infrà idem L. II , p. 60 Ed. Moll. σταδίους δέκα vertat , environ une demi-lieue.

[P. 3 , l. 7.] Κτῆμα κάλλιστον. Sic ſuprà , p. 2 Ed. Moll. κτῆμα τερπνόν. Scilicet Longus frequentiùs easdem voces & dicendi formulas iterat. Fruſtrà quis hîc conjiciat χρῆμα , pro κ[ῆμα , & conferre velit noſtrum ſic loquentem infrà , L. IV , p. 104 Ed. Moll. ἦν ὃ ὁ παράδειγ[ος πάγκαλόν τι χρῆμα.

[P. 3 , l. 8.] Γήλοφοι κλημάτων. C. R. III , γῆ τροφὴ κλημάτων. Fortè quis poſt κλημάτων aliquid deeſſe ſuſpicaretur , ut μεστοὶ , aut aliquid ſimile ; ſed hoc ut ſubintelligatur, à Longi & aliorum Scriptorum conſuetudine

non abhorret. Sic infrà, L. III, p. 94, Ed. Moll. *βαλάντιον τρισχιλίων δραχμῶν*. Sic Achilles Tatius, L. I, p. 10 : *χῆμα ταῖς παρθένοις καὶ χαρᾶς καὶ φόβυ*, ubi ſubaudiendum *μετόν*.

[P. 3, l. 9.] *Προσέκλυζεν ἠϊόνι*. Cum præpoſitione ἘΝ habent *προσέκλυζεν ἐν ἠϊόνι* omnes Edd. præter poſterior. Par & Lipſ. omnesque Mſſ. R. Prior autem Par. Editor in hoc Longi loco τὸ ἘΝ ità uncis incluſit, eique duo puncta ſubjecit, ut illud tollendum indicaſſe videatur. Certè hanc præpoſitionem, quam è repetitione ultimæ ſyllabæ vocis præcedentis hîc ortam rectè obſervavit Cl. Bernard ad Syneſium De febribus, p. 248, probante & ſummo Valckenærio, ſic omiſit Lucianus, ſeu quiſquis ille fuit Amorum auctor, tom. II, p. 456 : *τοῖς ὄμμασι τῦ κάλλυς μονυχὶ* ΠΡΟΣΚΑΫΖΟΝΤΟΣ. Plutarchus autem in Dione, p. 968, C. ſic hoc verbum cum præpoſitione *πρὸς* conſtruxit : *ἡ* Ὃ ΠΡΟΣΚΑΫΖΟΥΣΑ *πρὸς τῷ ἀκρόπολιν θάλασσα*. In hoc autem noſtri loco C. Urſ. Urſino & Jungermano probantibus, & Lipſienſis Ed. habent *ἐπ' ἠϊόνος*. Mollius verò in ſuis emendat notis, *ἐπ' ἠϊόνι*, quod hinc in ſuam Editionem recepit Cl. Dutens.

[P. 3, l. 10.] *Ἐκτεταμένῃ ψάμμῳ μαλθακῇ*. Sic legendum & edendum cenſeo cum ſummo Valckenærio, ut *ἐκτεταμένῃ* referatur ad *ἠϊόνι*. Cl. Dutens, Mollii obſervationem ſecutus, edidit, *ἐπ' ἠϊόνι, ἐκτεταμένῃ ψάμμῳ μαλθακῇ*. Quidam meus amicus, vir doctiſſimus, emendare conabatur, *προσέκλυζεν ἐπ' ἠϊόνος ἐκλεταμένης κυματωγῇ μαλθακῇ*, i. e. leni fluctuum alliſione, de quâ voce conferendum ſuadebat Cl. Hemſterhuſ. ad Lucian. in Timone, tom. I, p. 174. Legitur *ἐν ἠϊόνι ἐκλεταμένης ψυχαγωγίας μαλθακῆς* in Edd. Flor. Moll. & in priore Par. necnon & in tribus Mſſ. R. ad quorum tamen tertii oram adſcriptum eſt *ψάμμῳ μαλθακῇ*. Malè in Ed. Commel. *ψυχαγώ-*

γιο, & in Ed. Jungerm. ψυχαγώγιον, pro ψυχαγωγίας; qui error indè ortus est, quod compendium Ed.Flor.quo ψυχαγωγίας depingitur, is, ut ferè fit, non assecutus est qui curavit Commelinianam Editionem, quam ubique in suo textu sic κ^τ^ ποδὰ sequitur Jungermanus, ut Mollianam prior Par. Editor, quod & sæpiùs à posterioribus Editoribus factum nollem. Cl. Boden edidit προσέκλυζεν ἐπ' ἠϊόνος ἐκτεταμένη ψάμμῳ μαλθακῇ.

[P. 3, l. 11.] Ἐν τῷδε. Malè Mollius, observante & Cl. Boden, edidit ἐν τῷ δέ.

[P. 3, l. 13.] Λόχμη βάτων. Sic Flor. Cod. probante in suis notis Jungermano, & hinc Mollio; sic quoque Cl. Dutens edidit, & in suo Codice invenisse videtur Amyot, vertens, un halliet fort épais de ronces & d'épines. Et tunc quidem λόχμη βάτων hîc idem esset quod suprà, p. 3 Ed. Moll. γήλοφοι κλημάτων. At in Edd. Flor. Commel. Jungerman. Moll. & priore Par. ac in novissimâ Lipsiensi, legitur λόχμη κάτω βάτων, ut & in duobus primis R. Codd. quorum tertius habet κ^τ^, quod in notis præfert Cl. Boden, quodque propiùs accedit ad maximi Toupii conjecturam, qui, Emendationum in Suidam part. tert. p. 298, in hoc Longi loco, pro κάτω βάτων, legit κατάβατος, locus dumis & spinis obsitus; & ejusdem formæ esse dicit κατάβατον ac κατάσκιον, κατάκισσον & κατάδενδρον, &c. quibus addo κατάκομον apud Philostrat, Ep. 64, p. 945, & κατάῤῥυτον bis apud nostrum, p. 1, & p. 33 Ed. Moll. &c. &c.

[P. 3, l. 16.] Ἐγίνετο. C. R. III ita habet ἐγίνετο ut E τῷ ἰῶτα imponatur, & sic indicetur Varians Lectio ἐγένετο.

[P. 3, l. 20.] Πεφυλαγμένως. C. R. II πεφυλαγμένην. C. R. I, πεφυλαγμένην ὡς. Mollius vertit, observatam capram; quasi legisset πεφυλαγμένην. Legendum πε-

φυλαγμένως, ut apud Lucian. in Philopſeud. tom. III, p. 35.

[P. 4, l. 1.] Ταῖς χηλαῖς. Poſt ταῖς χηλαῖς deeſſe τὸ ϛρέφος rectè ſuſpicatur κριτικώτατος vir Cl. Larcher, cùm ſequatur τὸ δέ; & hoc quidem τὸ ϛρέφος hîc omiſſum, in ſuâ verſione ſupplet & in ſuo Codice inveniſſe videtur Amyot.

[P. 4, l. 2.] Τὴν ἐπιῤῥοήν. C. R. I omittit τήν.

[P. 4, l. 5.] Σπαργάνοις. Cl. Verlieyk, ad Antoninum Liberal. c. 19, p. 124, hunc Longi locum profert.

[P. 4, l. 6.] Ἀλυργές. Vox Attica, pro quâ cæteri Græci dicunt πορφυρᾶν, docente Mœride Atticiſtâ, p. 56.

[P. 4, l. 6.] Ξιφίδιον ἐλεφαντόκωπον. Huetius conferendos monet Lucian. in Gall. p. 721, A. Heliodor. L. II. Ovid. 7 Metamorphoſ. v. 422.

[P. 4, l. 7,] Βαϛάζας. Verè, ut ſemper, ſummus vir & nunquam ſatis laudandus, Cl. Toupius Emendation. in Suidam part. tert. p. 203, obſervat verbis αἴρειν, ἐπαίρειν, φέρειν, βαϛάζειν, nunc ferre, nunc auferre deſignari; quo poſtremo ſenſu accipiendum monet S. Johannem de Judâ dicentem, c. 12, 6: κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, ϗ τὰ βαλλόμενα ἐβάϛαζεν. Sic & infrà apud noſtrum, L. IV, p. 144 Ed. Moll. ἢ ταῦτά (γνωρίσματα) τις ἐβάϛασε μοῦ ποιμὴν ἐντυχών; Confer & Menag. Juris Civilis Amœnitat. c. 39, p. 286 & 287, ubi Lucilii epigramma è ſecundo Anthologiæ libro laudat, in quo βαϛάζας eſt, auferens; ut apud Virgil. Omnia FERT ætas, animum quoque. Rectè Amyot hîc Ϛαϛάσας vertit, emporter; ut & infrà, L. IV, p. 144 interpretatur, enlever.

[P. 4, l. 14.] Εἰ ϗ παιδία. E tertio Cod. Reg. τὸ ΚΑΙ in omnibus Edd. & Codd. omiſſum revocavi.

[P. 4, l. 15.] Εὑρεῖν ἐκκείμενον. Malè C. R. III margo, εὕδειν. Infrà Lamon, L. IV, p. 129, Ed. Moll. ὅ, τι

ἴυρον ἐκκείμενον, ἐρῶ, & ὅπως τρεφόμενον, μηνύσω, καὶ ὅλα ἴυρον συνεκκείμενα, δώξω.

[P. 4, l. 15.] Ἔυρε τρεφόμενον. Omnes Codd. & Edd. habent ἴυρεν, præter Ed. Jungermani in quâ ἴυρε, & Cl. Bodeni, qui è Codd. Flor. & Urſini, Urſino probante, in textum recepit & prætulit ὕδειν, annotans & Interpretem ſic legiſſe; at verò è præcedenti notâ apparuit noſtrum, in re & loco prorsùs ſimili, ſuum ἴυρε ſic ſæpiùs iteraviſſe. Edidi autem ἴυρε τρεφόμενον, pro ἴυρεν, quòd ante conſonantem τὸ N ἐφελκυστικὸν tollendum eſſet. Confer tamen Cl. D'Orvill. ad Charitonem, p. 139 & 206, ubi verè obſervat literam N ante conſonantem ſæpe verbo adhæſiſſe, quod librariis, ut plurimùm, eſt imputandum, & de quo idem videndos monet, ſe ipſum in Criticâ Vanno, p. 70, Bergler. ad Alciphronem, L. III, Ep. 58, p. 420 & J. J. Breitingerum ad Geneſ. I, 5.

[P. 4, l. 20.] Τὸ ὄνομα. An & hîc τὔνομα, ut ſuprà dixit, p. 3, Ed. Moll. Sed vel ipſi Scriptores ἀττικώτατοι non ſemper atticiſſant; quod de hoc loco, & de infinitis aliis ſimilibus ſemel dictum ſit.

[P. 5, l. 1,] Χρόνῳ διϊκνυμένῳ. C. Urſini, δινυσμένῳ, quæ gloſſa eſt.

[P. 5, l. 2.] Ποιμὴν νέμων. Sic ſuprà, p. 3, Ed. Moll. νέμων αἰπόλος.

[P. 5, l. 3.] Εὑρήμασι. Thomas Magiſter, in Ἕυρημα, p. 393, εὕρημα Attieè dicendum, non autem εὕρεμα, obſervat. Hîc autem, operarum vitio, in Ed. Commel. ἀρήμασι, pro εὑρήμασι.

[P. 5, l. 5.] Τὸ ἔνδοθεν. Sic edidi è C. R. III; cæteræ Edd. quod non improbo, τὰ ἔνδοθεν. Fortè ſic infrà legendum τὸ ἔξωθεν.

[P. 5, l. 6.] Λίθους ἐπιποίηλο. An λίθῳ? Etenim ferè ſemper materiæ nomen cum genitivo conſtruitur.

Suprà

Suprà, p. 3, Ed. Moll. γεφύραις ξεστοῦ καὶ λευκοῦ λίθου. Lucian. in Toxari, tom. II, p. 523, εἰκόνα περιβαλών· ἐπεποίητο δὲ λίθου λευκοῦ. Non deerunt fortassè & qui conjiciant αὐτοῦ, vel potiùs τοῦ αὐτοῦ λίθου, pro αὐτῶν λίθοις; ut sit sensus: Nympharum simulachra ex eodem lapide constabant quo ipsummet antrum.

[P. 5, l. 7.] Ἀνυπόδητοι. Sic passim in hoc Auctore ἀττικωτάτῳ edidi, quamvis quibusdam in locis Editiones & Codices habeant ἀνυπόδετοι. Mœris Atticista, p. 29: Ἀνυπόδητος, Ἀττικῶς· ἀνυπόδετος, Ἑλληνικῶς. Vide & Reitz. ad Lucian. tom. II, p. 584, ubi appositè laudat Phrynich. p. 196 Ed. Cornelii de Pauw. Confer & Suidam in hanc vocem, ubi eam, quod pariter observat Cl. Boden, per epsilon scribi posse negat.

[P. 5, l. 8.] Κόμη μέχρι τῶν αὐχένων. Appositè D'Orvill. ad Chariton. p. 361, confert hæc Xenophontis Ephesii L. I, p. 3, cujus stylum ad Longi colorem scribendi & articulos orationis intercisos propè accedere rectè judicavit Hemsterhus. Observat. Miscellan. vol. III, tom. III, p. 402: ἐσθὴς, χιτὼν ἀλουργὴς, ζωστὸς εἰς γόνυ, μέχρι βραχιόνων καθειμένος. In hoc autem Longi loco sic legit Cl. Wyttenbach: χεῖρες ΜΈΧΡΙΣ ὤμους γυμναὶ, κόμη δὲ ΕἸΣ ΑὙΧΈΝΑΣ λελυμένη.

[P. 5, l. 8.] Ζῶμα. Mœris Atticista, p. 168: Ζῶμα, Ἀττικῶς· ζῶσμα, Ἑλληνικῶς; ubi rectè Cl. Pierson observat Mollium, qui hunc Atticum morem non haberet perspectum, infeliciter pro ζῶμα conjecisse ζώνη, quam emendationem meritò rejecit & Cl. Boden.

[P. 5, l. 9.] Τὸ πᾶν σχῆμα. In simili descriptione Achill. Tat. L. I, p. 12: τὸ ΣΧΗ̃ΜΑ ταῖς παρθένοις καὶ χαρᾶς καὶ φόβου ... κόμαι κατὰ τῶν ὤμων λελυμέναι ... τὸ ΖΩ̃ΣΜΑ μέχρι γόνατος ἀνεῖλκε τὸν χιτῶνα. Ubi, pro ΖΩ̃ΣΜΑ, fortè quis legat ΖΩ̃ΜΑ, auctoritate innixus Tho-

mæ Magiſtri, p. 411, & Mœridis Atticiſtæ, p. 168, in hanc vocem docentium non ζῶσμα, ſed ζῶμα eſſe dicendum, cùm hoc quidem ſit Ἀττικὸν, illud verò Ἑλληνικόν. Achilles Tatius frequenter utitur voce χῆμα eodem ſenſu quo hîc apud Longum, ut L. II, p. 116, de Amore: ὁρᾷς αὐτῷ ὡς ὄζει τραγικωτικὸν τὸ ΣΧΗΜΑ. Et L. III, p. 260: τὸ δὲ ἄλλο ΣΧΗΜΑ δύκνυσι τὸν πόνον.

[P. 5, l. 10.] Ἡ ὤα. Sic omnes Edd. præter poſterior. Par. in quam ᾦα cum circumflexo recepit Cl. Dutens, ſecutus Mollium in notis ſic emendantem, & intelligentem, faſtigium, quod ſic dictum putat ab ovali figurâ quam faſtigium habebat. Si autem legas τὰ ὤα, inquit idem Moll. vertendum fuerit, cœnaculum, conclave hujus antri. Tres Mſſ. R. habent ὦα cum accentu acuto; at verò tertius, lineolâ ſubjectâ, indicat tollendum ἡ ὦα. Cl. autem Wyttenbach ſic legit: χορύα ἦν ὀρχημένων ΚΑΤΑ τῦ ἄντρυ. Τῆς ΜΕΝ πέτρας ΠΗΓΗ ἦν τὸ μεσαίταλον. Cl. Hermannus Tollius, vir doctiſſimus & nobis amiciſſimus, conjicit στόμα, pro ἡ ὦα. Amyot autem ſic vertit: le deſſus, pour mieux dire, la voute de cette caverne étoit le milieu de la roche.

[P. 5, l. 12.] Ὕδωρ ἀναβλύζον. Theocrit. Id. VII, v. 137:

Τὸ δ' ἐξύθεν ἱερὸν ὕδωρ
Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο κατιβόμενον κελάρυσδεν.

[P. 5, l. 14.] Μαλακῆς πόας. Suprà, p. 3, Ed. Moll. πόα μαλθακή.

[P. 5, l. 14.] Ὑπὸ τῆς νοτίδος. Sic rectè ὑπὸ in Codd. R. & in Edd. Flor. Comm. & Jungerman. Malè Moll. & omnes poſt eum Edd. ἀπό.

[P. 5, l. 15.] Τρεφομένης. Suprà, p. 1, μία πηγὴ πάντα ἔΤΡΕΦΕ.

[P. 5, l. 15.] Ἀνέκειτο. Edd. Commel. & Jungerman. ἀνέκειτο.

[P. 5, l. 16.] Αὐλοὶ πλάγιοι. Vide Cl. Warton ad Theocrit. Id. XX, p. 232.

[P. 5, l. 17.] Ἀναθήματα. Mœris Atticista, in hanc vocem, p. 18, monet Atticos ἀνάθημα, cæteros autem Græcos ἀνάθεμα dixisse; ut suprà vidimus p. 16 & 17, illos εὕρημα, ἀνυπόδητος, hos εὕρεμα, ἀνυπόδετος dixisse.

[P. 5, l. 18.] Νυμφαῖον. Clar. Boden, qui observat subaudiri ἄντρον, ex Harpocratione, voce Νύμφαιον, & è Maussaco ad eumdem, p. 256, monet scribendum νύμφαιον, ut sit proparoxytonum; proindeque cæteras Edd. malè habere νυμφαῖον, quod & in tribus Mss. R. Sed, quod videbis in Suidâ, tom. II, p. 639, Νύμφαιον quidem est urbis, νυμφαῖον verò, Nympharum antri, seu templi, nomen.

[P. 5, l. 18.] Οἷς. Sic edidi pro vulgato ὄϊς, quod, teste Thomâ Magistro, p. 646, οἷς μονοσυλλάβως ἐπὶ θηλυκοῦ. Vide & Mœrim Atticistam in Οἷς, p. 274.

[P. 5, l. 20.] Κολάσαι. Frustrà quis emendet κωλύσαι.

[P. 6, l. 2.] Συλληψόμενος. Sic restitui è duobus primis Codd. R. pro simplici ληψόμενος. Sic infrà, L. II, p. 33 Ed. Moll. ὥρμησα ἐπ' αὐτὸν ὡς ΣΥΛΛΗΨΟΜΕΝΟΣ. Et L. II, p. 58, τῶν αἰγῶν τὴν ἀρίστην ΣΥΛΛΑΒΩΝ. Et L. IV, p. 132, ΣΥΛΛΑΒΕΙΝ αὐτὸν βουλόμενος. Sic Cl. Markland ad Lysiam, κατὰ Ἐρατοσθένους, tom V, p. 394 Ed. Orator. Græcor. Cl. Reiskii, in hæc verba, ἐν τῇ ὁδῷ λαβὼν, usitatius esse monet τὸ συλλαβών.

[P. 6, l. 4.] Θηλήν. Hoc, operarum vitio, abest ab Ed. Moll.

[P. 6. l. 5.] Γάλακτος ὁλκήν. Sic suprà, p. 3, Ed. Moll. ἐκ μητρῴας θηλῆς τὴν ἐπιῤῥοὴν ἕλκον τοῦ γάλακτος.

[P. 6, l. 5.] Ἀκλαγγί. Hanc unicè veram lectionem habent Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ac tres R. Mss.

At immeritò Moll. & poſt eum omnes Editores, malè monentem Urſinum ſecuti, ediderunt ἀκλαυσὶ, quæ eſt gloſſa τῷ ἀκλαΐγι. Malè in Codd. Flor. & Urſ. Urſino probante, ἀκλαυτί. Malè ad oram Cod. R. III, ἀγλαυτί. Hâc voce ἀκλαΐγι, quæ hîc de infante propriè uſurpatur, augenda ſunt Lexica. Rectè Amyot vertit, ſans crier.

[P. 6, l. 7.] Καθαρὸν καὶ φαιδρόν. Hoc, ob ſequentia, ὅια τῆς ὄϊος, κ.τ.λ. non ad παιδίον, ut Mollio viſum eſt, ſed ad σῶμα, unicè referendum. Eâdem prorsùs conſtructione infrà, L. I, p. 27 Ed. Moll. ἐλούσατο τὸ σῶμα, λευκὸν, καὶ καθαρὸν ὑπὸ κάλλους κ.τ.λ.

[P. 6, l. 10.] Σπάργανα, γνωρίσματα. Fruſtrà quis, inverſo ordine, legere tentaret γνωρίσματα, σπάργανα,

[P. 6, l. 11.] Εὕρημα. Sic Edd. Moll. utraque Par. & Lipſienſis. Malè Edd. Flor. Comm. Jungerman. & tres Mſſ. R. εὔρεμα, quod Cl. Boden dicit redolere recentem græcitatem; quamvis potiùs, ut jam ſuprà p. 16, è Thomâ Magiſtro, declaravimus, hoc communem veterum græcitatem redoleat, dum contrà εὕρημα eſt Atticorum proprium.

[P. 6, l. 13.] Διδασκόμενος ὑπὸ τῆς ὄϊος. Confer ſuprà, p. 4 Ed. Moll. αἰδεσθεὶς εἰ μηδὲ αἰγὸς φιλανθρωπίαν μιμήσεται.

[P. 6, l. 16.] Κατὰ τῆς πήρας. Ad marginem C. R, III, conjectum πίτρας, ſed legendum πήρας. Sic infrà, L. IV, p. 139 Ed. Moll. idem Dryas venit ἔχων ἐν τῇ ΠΗΡΑ τὰ γνωρίσματα. Et L. IV, p. 131, ἀπῄει Μυρτάλη κομίσουσα πάντα (τὰ γνωρίσματα) φυλαττόμενα ἐν ΠΗΡΑ παλαιᾷ.

[P. 6, l. 18.] Ἱκέτιν αὐλῶν. Suprà p. 1, Νυμφῶν ἱκέται. Malè in tribus Codd. R. ἱκέτην, quod ad tertii oram emendatum, quodque Flor. Editionis mendum in elencho agnovit Columban.

[P. 6, l. 20.] Διηγῦνται τὰ ὀφθέντα. Sic ſuprà, p. 4 Ed. Moll. in re ſimili Lamon πάντα τῇ γυναικὶ διηγῦνται.

[P. 6, l. 20.] Εὑρεθέντα. Sic Columbanius in Typographicorum mendorum elencho correxit pro εὑρηθέντα quod in Ed. Flor.

[P. 6, l. 21.] Θυγάτριον νομίζειν. Jamdudum conjeceram κομίζειν, id eſt, alendam ſuſcipere, cùm poſteà eamdem Huetio emendationem placuiſſe deprehendi: in deſcribendis enim τῷ κάππα & τῷ νῦ, quæ eodem fere modo in Codd. efformantur, proclivis & frequens librariorum lapſus. At retineri poteſt τὸ νομίζειν. Xenophon Epheſ. L. IV, p. 63: παῖδα ΕΝΟΜΙΖΕΝ αὐτῇ, καὶ ἠγάπα διαφερόντως. In re ſimili Heliodorus, L. II, p. 117: ἑμαυτῇ θυγάτρα ἐ ΕΝΟΜΙΖΟΝ, καὶ ὠνόμαζον.

[P. 6, l. 21.] Λανθάνειν. Jungermanus vertit, incertam. Mollius autem in ſuâ verſione omiſit hanc vocem, cujus ſenſum eſſe puto quem in verſione expreſſi, ſcilicet, celando quænam eſſet, quonammodo inventa; non enim clàm alebatur. Amyot autem vertit, ſecrétement.

[P. 7, l. 1.] Ὡς ἴδιον τρέφειν. Sic Conon, Narrat. 19, p. 258 Ed. Gal. de Lino expoſito: καὶ ὁ δεξάμενος ποιμὴν ΩΣ ΙΔΙΟΝ ΑΝΕΤΡΕΦΕ.

[P. 7, l. 3.] Ὥςτε ὑπὸ τῆς ὄϊος. Fortè quis hunc locum ſic emendandum & interpungendum cenſeret: ἐφίλει τὸ παιδίον, ὥσπερ ὑπὸ τῆς ὄϊος κ.τ.λ.

[P. 7, l. 5.] Πρὸς πίστιν αὐτοῦ. Ut ſuprà, p. 4, Ed. Moll. ὡς τὸ ὄνομα τῷ παιδὶ ποιμενικὸν δοκοίη. Cl. Boden hîc ſupplendum cenſet, & legendum, πρὸς τὸ ποιῆσαι (ut Moll. πρὸς τὸ εἶναι) πίστιν αὐτοῦ.

[P. 7, l. 7.] Ἐφαίνετο. Cl. Wyttenbach conjicit ἐπεφαίνετο. An ὑπεφαίνετο? Sed quid eſt cur τὸ ἐφαίνετο emendaretur?

[P. 7, l. 8.] Ἤδη ἂν ὁ μέν. Codd. Flor. & Urſ. Mollio

probante, & hanc lectionem venditante pro ſuâ emendatione, ἤδη τε ἦν ὁ μέν. Duo primi Mſſ. R. ἤδη ἦν ὁ μέν; ſed elegantius mihi videtur τὸ ἤδη ἦν, ſubaudiendo ἦν. Sic infrà, p. 17 Ed. Moll. ἦρος ΟΥΝ ΗΔΗ τέλη. Et L. IV, p. 111, σκέψεις ΟΥΝ ὑπὲρ τῶν συμβεβηκότων. L. II, p. 35, ΗΔΗ σοι παῖδες. L. III, p. 97, αἵδε ὑμῖν τριχίλιαι. L. IV, p. 124, ἕτός σοι αἰπόλος. L. I, p. 25, ὁ ὃ Δάφνις ἀνυπόδητος. Et p. 1, καλὸν μὲ τὸ ἄλσος, ubi vides ſempet omitti verbum εἶναι.

[P. 7, l. 9.] Ἡ ὃ τοσούτων. Sic tectè pro τοσούτοιν, quod perperàm legitur in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. & in C. R. III, emendavit in notis Jungermanus, & in textum recepit Moll. ac poſt eum uterque Par. Ed. & Cl. Boden. Benè duo primi Mſſ. R. τοσούτων.

[P. 7, l. 11.] Εἶναι τὰς Νύμφας ἐδόκων. Sic omnes Edd. præter noviſſimas Cl. Dutens & Cl. Boden; ſic & Mſſ. R. II & III. Hoc εἶναι, in ſuo Cod. ut & in R. primo omiſſum, Fulvius Urſinus expungendum cenſet, & redundare dicit Moll. At verò Cl. Dutens & Cl. Boden, prioris Editoris Par. conjecturam ſecuti, in textum recepere ἰδέναι pro εἶναι. Jamdudum cum Cl. Wyttenbach conjeceram ἰδεῖν, ut apud Xenophont. Epheſ. L. II, p. 30, ἔδοξεν ἰδεῖν, & infrà apud Longum, L. II, p. 52 Ed. Moll. εὐχόμενος αὖθις τὰς Νύμφας ὄναρ ἰδεῖν, & L. IV, p. 107, ἔδοξεν ἰδεῖν, & apud Lucianum, De ſacrificiis, tom. I, p. 526, καί μοι δοκῶ ὁρᾶν. At verò ſi cum Urſino Urſinique Cod. & primo Regio, τὸ εἶναι omittas, tunc diceretur τὰς Νύμφας ἐδόκων κ.τ.λ. Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην παραδιδόναι; prorsùs ut infrà in re ſimili, L. IV, p. 243 Ed. Moll. ὄναρ ὃ Διονυσοφάνει..... τοιόνδε γένεσθαι· ΕΔΟΚΕΙ ΤΑΣ ΝΥΜΦΑΣ ΔΕΙΣΘΑΙ τῷ Ἔρωτος, ubi ΕΔΟΚΕΙ eſt, putabat, exiſtimabat, ſibi videre videbatur; quemadmodum apud Antonin. Liberal. c. 5, p. 32, Ed. Cl. Verheyk, ΔΟΚΩΝ ΕΙΝΑΙ

Τιμάνδρην, id eſt, putans, exiſtimans eſſe Timandram. Et hanc quidem τῷ δοκεῖν activè ſumpti pro puto, exiſtimo, ſignificationem multis exemplis à Perizonio ad Ælian. Var. Hiſt. L. IX, c. 45, confirmari ibidem obſervat Cl. Verheyk, p. 34. Hinc fortè quis in hoc Longi loco ita τὸ εἶναι retinere velit, ut, additâ conjunctione καὶ, legat: εἶναι τὰς Νύμφας ἐδόκων ἐκείνας κ.τ.λ. καὶ τόν τε Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην παραδιδόναι κ.τ.λ. id eſt, putabant illas Nymphas eſſe, &c. easque Daphnim & Chloën tradere, &c. quo prorsùs modo Jungermanus vertit. Sic Achilles Tatius L. III, p. 320: ἘΔΟΚΟΥΝ τῇ παρελθούσῃ νυκτὶ ναὸν ὌΡΑΝ Ἀφροδίτης, καὶ τὸ ἄγαλμα ἔνδον ΕἾΝΑΙ τῆς Θεοῦ. Ut idem L. II, p. 156, νομίσας Λευκίππων ΕἾΝΑΙ, & p. 160, ᾠόμεθα ΕἾΝΑΙ γυναῖκας. Et Longus, L. II, p. 62, Ed. Moll. εἴκασεν ἄν τις ΕἾΝΑΙ ἐκείνην ταύτην, ἣν κ.τ.λ. Achilles Tat. L. IV, p. 372, ΔΟΞΑΣ γῆν ΕἾΝΑΙ, καλεδύσιο. Et L. VI, p. 510, ἘΔΟΚΟΥΝ τοῦτο μόνον ΕἾΝΑΙ δεινόν. Xenophon Epheſ. L. V, p. 75: τῇ ὃ Ἀνθίᾳ ὅταρ ἐπίῃ ἐν Τάραντι κοιμωμένῃ· ἘΔΟΚΕΙ ὃ αὐτὴν ΕἾΝΑΙ κ.τ.λ. Amyot vertit: il leur fut avis que les Nymphes, &c. livroient Daphnis & Chloé.

[P. 7, l. 13.] Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην. Jungermanus putat legendum, Δάφνιν τε καὶ τὴν Χλόην. Prior Par. Editor conjecit, καὶ Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην; mallem, τόν τε Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην.

[P. 7, l. 15.] Ἔχοντι. Omnes Edd. præter poſteriorem Par. φέροντι. Anacreon quidem dixit, Od. XLIV:

Ἐδόκων ὅταρ προχάζειν,
Πτέρυγας ΦΕΡΩΝ ἀπ' ὤμων.

Et Od. III, v. 16, Amorem ſic depinxit:

βρίφος μὲ
Ἐσορῶ, ΦΕΡΟΝΤΑ τόξον,
Πτέρυγάς τε, Ϛ φαρέτρην.

Sed in hoc Longi loco φέροντι cum πτερὰ ἐκ τῶν ὤμων ſtare non poteſt, quòd ſtatim infrà ſequatur βέλη σμικρὰ φέρονσι; undè rectè Cl. Dutens è tribus Codd. R. in textum repoſuit πτερὰ ἐκ τῶν ὤμων ἜΧΟΝΤΙ, pro ΦΈΡΟΝΤΙ. Sic paulò infrà p. 7 Ed. Moll. de eodem Amore: θύσαντες τῷ τὰ ΠΤΕΡΑ ἜΧΟΝΤΙ παιδίῳ. Hîc dicitur ΠΤΕΡΑ ΕΚ ΤΩΝ ΩΜΩΝ ἔχοντι, ut infrà L. II, p. 36 Ed. Moll. de hoc eodem puero: εἶδον αὐτῷ καὶ ΠΤΕΡΥΓΑΣ ΕΚ ΤΩΝ ΩΜΩΝ. Huetius conferendum monet Euſtath. Eroticor. L. III, p. 65. Amyot autem in ſuo Codice videtur inveniſſe πτερὰ ἔχοντι; vertit enim: lequel avoit (ἔχοντι) des aîles aux épaules, & portoit (φέροντι) de petites fléches avec un arc.

[P. 7, l. 20.] Καὶ ὅτοι. Omnes Edd. καὶ ἴσως ὅτοι. Hoc ἴσως, quod à duobus primis Codd. R. & à Flor. & Roman. Urſino probante, abeſt, omittendum duxi. Mallem legere, εἰ ἴσως ἔσοιντο ἢ ὅτοι, quàm εἰ ἔσοιντο καὶ ἴσως ὅτοι.

[P. 7, l. 20.] Αἰπόλοι. Hîc deeſſe credo, καὶ ποιμένες; nam ſuprà vidiſti eos juſſos ποιμαίνειν, τὸν μὲν, τὸ αἰπόλιον, τὸν δὲ, τὸ ποίμνιον; ſcilicet Daphnidi quidem, Lamonis caprarum, Chloæ verò, Dryantis ovium cura incumbebat. Suſpicor illud καὶ ποιμένες, quod hîc certè deſideratur, è ſuperiore loco, quò tranſpoſitum fuerat, repetendum eſſe: nam quid eſt illud, ἤχθοντο μὲν οἱ ποιμένες? Solus quidem Dryas erat ποιμὴν, ut & dicitur, p. 4; at Lamon erat αἰπόλος, quo modo deſignatur, p. 3 Ed. Moll. Hîc igitur legerem: ἤχθοντο μὲν εἰ ἔσοιντο καὶ ὅτοι ποιμένες ἢ αἰπόλοι, pro ἤχθοντο μὲν οἱ ποιμένες, εἰ ἔσοιντο καὶ ὅτοι αἰπόλοι. Amyot vertit: étoient auſſi bien comme eux deſtinés à garder les bêtes.

[P. 7, l. 21.] Δι' ἣν αὐτούς. Sic in omnib. Edd. & Codd. R. at C. Flor. δι' ὃ καί; C. Urſini διὸ ἢ, quod pro ſuâ emendatione venditat Moll. & in textum recepit Cl. Dutens. Amyot vertit; à l'occaſion de quoi, διὸ καί.

[P. 8, l. 6.] Λέγειν οὐκ εἶχον. Eleganter ἔχειν dicitur pro δύνασθαι. Sic infrà L. III, p. 93, Ed. Moll. οὐκ ἔχω μέμφεσθαι.

[P. 8, l. 7.] Ἅμα ταῖς ἀγέλαις. Hoc deeſt in tribus Codd. R. & ad tertii oram repoſitum eſt.

[P. 8, l. 9.] Νέμειν κοπάσαντος. Pro νέμειν, habes ἐπιμένειν in C. Flor. & in C. Fulvii Urſini qui hanc lectionem probat; & hoc quidem, quod Mollius pro ſuâ conjecturâ venditavit, ad tertii Cod. oram conjectum eſt: ſed cùm hîc Longus bis iteraverit τὸ πῶς δῦ, potuit & iterare τὸ νέμειν, quod ci ſolemne.

[P. 8, l. 11.] Καλαύροπι. Pariter ſcribitur καλάβρωψ & καλαύρωψ. De quo vide Cl. Lennep. Animadverſ. ad Coluthum, L. I, c. 15, ubi & hunc noſtri locum profert, & adeundum monet Feſtum de latinâ voce PEDUM. Vide & Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 45, & ad Coluthum verſ. 107, p. 35 Ed. Lennep. Confer & Gaulmin. ad Theodor. Prodrom. p. 177. At meritò Cl. Hemſterhuſius ad Lucianum, tom. I, p. 257, antiquiorem orthographiam καλαύρωψ eſſe judicavit.

[P. 8, l. 12.] Ὡς ἀρχὴν μεγάλην. Cl. vir Nicolaus Hinlopen, civitatis Hornanæ civis Senatorius, & Græcarum literarum cultor diligentiſſimus, cujus notas, quas hîc integras reperies, mecum communicavit amiciſſimus & doctiſſimus vir Hermannus Tollius, illud παρειλάμβανον, ſic ſine ullo ſubjecto poſitum, ferre ſe negans, conjicit ἀγέλην μεγάλην, pro ἀρχὴν μεγάλην; ſed vulgatam lectionem præfero ὡς ἀρχὴν, cùm ſequens τὰς αἶγας ἢ τὰ πρόβατα, non minùs à τοῦ παρειλάμβανον, quàm ab ἐφίλων pendeat.

[P. 8, l. 15.] Ἄγυϛα. Codd. Flor. & Fulvii Urſini, ἀναφέρυϛα, quod & ad tertii C. R. oram conjectum, miror doctiſſimo Urſino placere potuiſſe, cùm ἀναφέρυϛα hîc ſit gloſſa

τῷ ἄγυϛα, cùmque eleganter apud Thucydidem, Demoſthenem aliosque dicatur αἰτίαν τινὸς ἐπί τινα ΑΓΕΙΝ. Demoſthenes κϛ Μειδίυ, p. 548, 18, Ed. Cl. Reisk. τοῖς ἐπ' ἐκεῖνον ΑΓΟΥΣΙ τὴν αἰτίαν τοῦ φόνυ, pro quo frequentiùs ΕΠΑΓΕΙΝ. Idem περὶ ϛεφάνυ p. 275, 4 & 22, αἰτίαν ΕΠΑΓΩ τούτῳ ψευδῆ, quod & uſurpat κϛ Μειδίυ, p. 550, 22, & 552, 2. Et ibid. p. 548, 24: κακὸν ἀδίκως ΕΠΑΓΕΙ τῳ.

[P. 8, l. 17.] Ἥρος ἦν ἀρχή. Cum hâc veris deſcriptione confer ſuaviſſimum Meleagri Idyllium CX. p. 31, tom. I Analector. Poët. Græc. quæ eruditiſſimo Brunckio debet orbis literatus.

[P. 8, l. 20.] Σκιρτήματα. Rectè Jungermanus: Heliodorus, L. V, de annulo cujus ſculptura paſtoralis: ἐγέϛραπτο καὶ ἀρνειῶν ἅπαλα σκιρτήματα.

[P. 8, l. 21.] Ἐβόμβυν. Eodem ſenſu βομβῶν de apibus apud Theocrit. Id. I, v. 107, & III, v. 13.

[P. 9, l. 1.] Καλῆδον. C. R. III, καλῶδον. Fuit cùm conjicerem καλήχυν, ut hîc verbum καλήχυν reſponderet nomini ἦχος, quemadmodum verba ἰσκίρτων & ἐβόμβυν præcedentibus nominibus σκιρτήματα & βόμβος reſpondent; ſed huic noſtræ conjecturæ obſtat Suidas, ſi tamen hîc audiendus eſt Grammaticus, cujus doctiſſimo quidem operi, ſed quod ſuis non caret erroribus, eruditiſſimas Cl. Toupii emendationes longè præfero. Sic autem loquitur ille Lexicographus: Καλήχων, αἰτιαλικῇ, προτρεπόμενος, παραινῶν .... Καλήχω ὁ, ἀντὶ τοῦ ἠχῶ, γενικῇ. Sed quàm ſæpe falluntur Grammatici! Cujus quidem rei ne longiùs petitum arceſſam exemplum, vocem ἦχος, quam paulò ſuprà apud Longum, necnon & apud alios optimos Scriptores legiſti, immeritò rejiciunt Mœris Atticiſta, p. 175, & Thomas Magiſter, p. 428, in Ἠχώ. Hîc Longus dicere potuit καλήχυν τὰς λόχμας, ut paulò

infrà, L. II, p. 33 Ed. Moll. μελαθέων μόχυς, pro θέων μὴ τὰς μόχυς. Nec καλήχυν hoc ſenſu magis mirum & inſolitum eſt, quàm ipſummet κατηδὸν, cùm præterea idem ſignificare poſſit quod Virgilianum reſonare doceere ſylvas. Rectè Amyot: faiſoient réſonner les buiſſons de leurs chants.

[P. 9, l. 2.] Εὐωρίας. Sic repoſui è duobus primis Codd. R. ad quorum tertii oram rectè adſcriptum eſt εὐωρίας, & è Codd. Flor. & Urſ. Urſino & Jungermano jure ac meritò probantibus hanc unicè veram Codd. lectionem, quam pro ſuâ emendatione venditat Mollius. Malè hùc uſque & nullo ſenſu in omnibus Edd. εὐωδίας. Error indè natus quòd minùs intellecta fuerit vox εὐωρία, quam ſic rectè interpretatur Heſychius: Εὐωρία, ὀλιγωρία. Vide eumdem & in Εὔωρος γῆ, & in Εὔωρος γάμος, ubi Εὔωρος explicatur ὀλίγωρος. Confer & Suidam in Εὔωροι. Idem Suidas: Εὐωρία, ψιλῶς, τὸ μὴ πάνυ φρονίζειν, ἀλλὰ ῥᾳθυμότερόν πως ἔχειν. Heſychius: Εὐωριάζειν, ὀλιγωρεῖν, μὴ ἔχειν φρονίδα: & Εὐωρεῖν, τὸ μηδενὸς ἔχειν λόγον, ἢ μηδενὸς φρονίζειν. Undè, cùm idem infrà habeat Εὔωρος, καὶ ἀφρονητικὸς, ἢ φρονίσεως, legendum ἢ ΜῊ φρονίσεως, ut apud Etymologum Magnum videndum in Εὔωρος, p. 401: Εὔωρος, ὁ ΜῊ ΦΡΟΝΤΊΖΩΝ, ἐξ οὗ καὶ εὐωρία, ἡ ὀλιγωρία καὶ ῥᾳθυμία, quorum contraria πολυωρία, πολυωρεῖν, πολυωρητικός. Appoſitè Heſychius & Suidas Εὐὼρῳ interpretantur παίζω, ut paulò infrà, p. 9 Ed. Moll. de iisdem εὐωρίᾳ καλεχομένοις dicitur: τοιαῦτα ἂ αὐλῶν ΠΑΙΖΟΝΤΩΝ (quod idem ac εὐωρυόντων) τοιάνδε ΣΠΟΥΔῊΝ ὁ Ἔρως ἀνέπλασε, ubi vides τὴν σπουδὴν opponi τῇ παιδιᾷ, τῇ ὀλιγωρίᾳ, ſeu εὐωρίᾳ.

[P. 9, l. 3.] Οἱ ἀπαλοὶ & νέοι. Sic reſtitui ſecutus lectionem duorum primorum Codd. R. & Codd. Flor. & Fulvii Urſini, ab Urſino & Jungermano probatam. Malè hùc

uſque in omnibus Edd. *οἱ* ΠΑΛΑΙΟΙ *καὶ νέοι*, pro ΑΠΑΛΟΙ. Fruſtrà quis, ad tuendum illud abſurdum *παλαιοὶ*, conferret noſtrum in ſimili veris renaſcentis deſcriptione ſic loquentem L. III, p. 79 Ed. Moll. *καὶ* ΓΕΡΟΝΤΑΣ *ἐξώρμησεν εἰς Ἀφροδίτην τὰ τοιαῦτα θεάματα· οἱ δὲ νέοι καὶ σφριγῶντες κ.τ.λ.* Enim verò in hoc noſtri loco quomodo *οἱ παλαιοὶ* dici poſſunt *ἄλλεσθαι κῦφα*, quod non tardæ ſenectutis, ſed laſcivientis & ſubſilientis proprium juventutis? Deindè, quod jam cùm Cl. Hinlopen obſervaveram, niſi legas *ἁπαλοὶ καὶ νέοι*, illudque ad Daphnim & Chloën, quorum certè neuter *παλαιὸς* dici poterat, referre velis, nullo modo extricare poteris ſequentia, *ἔπρατλον δὲ κοινῇ πάντα, πλησίον ἀλλήλων νέμοντες*. Quod cùm ſubodoraretur quidam vir doctiſſimus, meus amicus, ingeniosè quidem, ſed minùs verè, *οἱ* ΑΙΠΟΛΟΙ *καὶ νέοι* legere tentabat. Idem Cl. Hinlopen, qui *ὄντες* forsàn deſiderari conjicit, faciliorem tamen eſſe ſententiam opinatur, ſi legas, *οἱ* ΩΣ *ἁπαλοὶ καὶ νέοι*. An leviori mutatione ſcribendum, ΟΪΔΕ (vel ΟΙ ΔΕ) *ἁπαλοὶ καὶ νέοι*? Amyot autem in ſuo Codice inveniſſe videtur *ἐυωρίας* & *ἁπαλοί*; vertit enim: ainſi ces deux jeunes & délicates perſonnes (*οἵδε ἁπαλοὶ*) voyant que toutes choſes faiſoient leur devoir de s'égayer (*ἐυωρίας*) à la ſaiſon nouvelle.

[P. 9, l. 8.] Ἔβαλλον. C. R. III, ἔβαλον.

[P. 9, l. 15.] Προσλιπαρήσαντος. Hoc verbum ſic elegantiſſimè adhibet Plutarchus in vitâ Paul. Æmil. p. 267: Κρῆτες τοῖς χρήμασιν, ὥσπερ κηρίοις μέλιτται, προσλιπαροῦντες.

[P. 9, l. 16.] Ἀθύρμαῖς. Omnes Edd. *ἀθύρμαις*, & infrà *ἀθύρματα*, pro quo edidi *ἀθύρμαῖα*, ut revocarem atticiſmum paucis notum, quo, teſte Mœride Atticiſtâ, p. 5, Ἄθυρμα, δασέως, Ἀττικῶς· ψιλῶς, Ἑλληνικῶς, ubi vide Interpretes.

[P. 9, l. 17.] Ἀνθερίκους. Sic conjecerunt Huetius & prior Par. Editor; sic quoque ediderunt Cl. Dutens & Cl. Boden, quorum tamen prior, in mendorum Typographicorum Indice suæ Editioni subjuncto, legendum monuit ἀνθερίσκους, quæ est cæterarum Edd. lectio, ut & trium R. Codd. De hâc voce, ἀνθερίκοις, vide Cl. d'Arnaud Lection. Græc. L. I, c. 3, p. 14 & 15.

[P. 9, l. 17.] Ἀνελομένη ποθέν. Rectè Amyot vertit, elle alloit quelque part cueillir. Eodem ferè modo Achilles Tatius, L. II, p. 120, μέλιττά ΠΟΘΕΝ ἱπτᾶσα. Hoc autem ἐξελθοῦσα in tribus Codd. R. omissum, ad tertii oram conjectum est. Fortasse non deerunt qui, pro ἐξελθοῦσα, ità legendum conjiciant ἐξελοῦσα, ut ἐξελοῦσα præcedentis ἀνελομένη, vel contrà ἀνελομένη sit glossa τοῦ ἐξελοῦσα: sed aliud est ἀνελομένη, id est, de terrâ tollens, aliud ἐξελοῦσα, extrahens.

[P. 9, l. 18.] Ἀκριδοθήραν. Malè in Codd. Flor. Urs. & ad tertii R. oram legitur ἀκριδοθήκην, quam glossam ab Ursino prælatam fuisse miror; cùm, observante post Danielem Heinsium Cl. Jungermano, amet suavissimus Longus suavissimi Theocriti verba usurpare, & Theocritus Id. I, v. 53, dixerit:

> Αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν,
> Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων· μέλεται δέ οι οὔτε τι πήρης,
> Οὔτε φυτῶν τοσσῆνον, ὅσον περὶ πλέγματι γαθεῖ.

[P. 9, l. 21.] Διαφυάς. Plato in Phædone, p. 263, Ed. Forster. habet ὀστέων ΔΙΑΦΥΆΣ.

[P. 9, l. 21.] Ἀλλήλας. Omnes Edd. præter posterior. Par. ἀλλήλους. Cl. Dutens edidit ἀλλήλας, secutus tres Mss. R. in quorum tertio suprà ἀλλήλας ponitur ΟΥΣ, ut duarum indicetur lectionum varietas, quarum altera quidem ad καλάμους, altera verò ad διαφυὰς referenda

eſt. Infrà L. II, p. 63 Ed. Moll. καλάμους κηρῷ συνδήσας ἀνίσους. Ovid. L. I, Metamorphoſ. v. 712 :

Diſparibus calamis compagine ceræ
Inter ſe junctis.

Nam calamus cerâ jungitur uſque minor,

inquit Tibull. à Mollio laudatus, qui & confert Theocrit. Id. I. v. 128 & 129, & hæc Virgilii :

Pan primus calamos cerâ conjungere plures
Inſtituit.

Ad quem locum vide Fulvium Urſinum, in Virgilio cum Scriptoribus Græcis collato, p. 22 Ed. Cl. Valckenær. Euripid. Iphigen. in Taurid. v. 1125, habet ΚΗΡΟΔΕΤΑΝ κάλαμον ὠρεύω Πανός.

[P. 10, l. 1.] Ἐμελέτησε. Sic è tribus Mſſ. R. rectè reſtituit Cl. Dutens; malè cæteræ Edd. ἐμελέτα, cùm præcedat ἠμέλησεν.

[P. 10, l. 8.] Ἀνέπλασε. Malè in Cod. R. III, ἀνέπλαβε, & ad ejusdem oram conjectum, ἀνέπλασε, ἢ ἐνέκαυσε, quod ultimum & in Codd. Flor. & Urſini occurrit. Unicè legendum ἀνέπλασε. Sic apud Lucian. tom. I, p. 690, De mercede conductis: ἢ ἀγρυπνία, ἢ ὁ ἱδρὼς, ἢ ὁ κάμαλος . . . ἢ φθόνον, ἢ πνευμονίαν, ἢ κώλυ ἄλγημα, ἢ τὴν καλὴν (an κακὴν, niſi in hoc ſit ironia?) πολάγραν ΑΝΑΠΛΑΤΤΟΝΤΕΣ. An aliam lectionem in ſuo Codice invenit Amyot, vertens, Amour leur dreſſa à bon eſcient une telle embuche?

[P. 10, l. 10.] Πολλάκις ἥπαζε. Ad oram C. R. III, ac in Codd. Flor. & Urſini legitur πολλὰ, quod ab Urſino probatum, tanquam de ſuo promit Mollius. Sic infrà, L. II, p. 48, Ed. Moll. πολλὰ μὲν ἥπαζε ποίμνια. An legendum πολλάκις πολλὰ, quomodo loqui amant Græci elegan-

tiores? ſed nihil mutandum. Amyot autem legit πολλάκις; vertit enim, raviſſoit ſouvent.

[P. 10, l. 11.] Διομένη. Operarum vitio Ed. Commel. διομένη.

[P. 10, l. 12.] Σιῤῥύς. In duobus primis Codd. R. σιρὺς, at in tertio σιῤῥύς. Pariter ſcribitur σιῤῥὸς, σιρὸς & σειρός. Undè immeritò Iſ. Voſſius ad Heſychium, voce Σιρᾶς, putavit apud Suidam malè dici Σιῤῥός. Confer eumdem Heſych. & in Σιρὺς, ac præſertim in Σειρὸι, ubi rectè Cl. Hemſterhuſius hujusce vocis originem ex Oriente repetit, quippe quam eſſe barbaram conſtet è Curtio ſic loquente, L. VII, c. 4: SIROS vocabant Barbari, quos ità ſolerter abſcondunt, ut, niſi qui defoderunt, invenire non poſſent. In iis reconditæ fruges erant. V. Suidam in Σειρὸι & Σιῤῥὸς, & Etymolog. Magnum in Σιρὸι, p. 714, 16. V. & ſummum Valckenær. p. 217 & 218 ſtupendæ illius & verè aureæ Diatrib. in Euripid. fragmenta.

[P. 10, l. 12.] Ὀργυιᾶς. Sic reſtitui è Codd. Flor. & Urſ. Urſino & Jungermano probantibus, & è tertii C. R. margine. Malè in Edd. Flor. Commel. Jungerman. ὀργυιῶν & pejus ὀργυῶν in Edd. Moll. priore Par. & Lipſienſi, cum pluribus punctis continuis, ad indicandum deſiderari aliquid, quòd, obſervante Mollio, non dicatur quot paruerit ulnas; ſed, ut inquit Jungermanus, defectus tollitur, ſi legamus cum Codd. Flor. & Urſini, ὀργυιᾶς τὸ β. &c. ubi vides Jungermanum hîc appoſuiſſe τὸ β, quæ eſt prima litera vocis ſequentis βάθος, ut legendum indicet, τὸ εὖρος ὀργυιᾶς, τὸ βάθος τεσσάρων; quod quidem compendium cùm minùs aſſecutus fuiſſet Cl. Dutens majoribus intentus, & ad graviora feſtinans, ſecùs edidit ὀργυῶν δυῶν (quaſi τὸ β apud Jungermanum deſignaſſet δυῶν) & in Variantibus Lectionibus ſuæ Editioni ſubjectis, p. 151, immeritò ſcripſit Mollium in notis & Cod. Flor. habere ὀργυιὰς τὸ β. Hîc autem ὀργυιᾶς, quod unicè legendum,

unam duntaxat deſignat ulnam; ut infrà L. IV, p. 104 Ed. Moll. ἐκλέταλο μὶ ὡς σταδίω μῆκος .... τὸ εὖρος ἔχων πλέθρων τεσσάρων, ubi vides σταδίω pro uno duntaxat ſtadio uſurpari. Sic Lucian. De morte Peregrini, tom. III, p. 356, ἐς ὀργυιὰν τὸ βάθος.

[P. 10, l. 13.] Τὸ πολύ. Cl. Wyttenbach conjicit ὂπὶ πολὺ, in multum ſpatium, procul diſſeminantes. Amyot vertit: épandoient au loin (σπείρωσι κομίζοντες μακρὰν) la plus grande partie de la terre qu'ils avoient tirée, (τὸ χῶμα τὸ πολύ.) Quem ſenſum præfero ob ſequens τὸ περιττὸν τῦ χώματος, id eſt, quod ex hâc terrâ egeſtâ remanebat, nec diſperſum ac diſſeminatum fuerat cum maximâ parte ejusdem terræ quæ procul avecta & diſſipata fuerat.

[P. 10, l. 14.] Ξηρὰ, μακρά. Sic rectè ξηρὰ & μακρὰ conjunguntur in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ut infrà, L. II, p. 42 Ed. Moll. duo epitheta conſociantur, λύγον ΧΑΩΡΑΝ, ΜΑΚΡΑΝ. In hoc autem loco malè μακρὰ abeſt ab Ed. Moll. & hinc ab utrâque Par. & Lipſienſi. Amyot autem in ſuo Cod. invenit ξηρὰ, μακρά; vertit enim, verges longues & greſles.

[P. 10, l. 15.] Τὸ περιττὸν τῦ χώματος. Hîc χῶμα eſt egeſta terra, materia effoſſa. Sic apud Heliodor. L. IX, p. 410, de foſsâ: οἱ δ' ὤρυττον, ἄλλοι τ' χῦν ἐξεφόρων; quemadmodùm in Longo paulò ſuprà, χῶμα σπείρωσι, κομίζοντες μακράν. Idem ibid. Heliodorus, p. 412, τ' χῦν διαχομένων, ubi vides χῦν idem eſſe quod Longi χῶμα.

[P. 10, l. 16.] Τῆς πρότερον γῆς εἰκόνα. Prior Par. Ed. τῆς [ὡς] πρότερον γῆς εἰκόνα. Vel ſcribere voluit, ὡς τῆς πρότερον γῆς εἰκόνα, quod mallem; vel indicavit tollendum τῆς, & in illius locum ὡς reponendum eſſe; quam emendationem Cl. Boden & in textum recepit, & in notis comprobavit. Cl. Wyttenbach conjicit τῆς πρότερον γῆς ὡς εἰκόνα. Rectè Amyot: & ſemoient par-deſſus le demourant de la terre

terre, à celle fin que la place semblât toute plaine & unie comme devant.

[P. 10, l. 19.] Μεμίμητο γῆν. Prudentius à Jungermano laudatus in Addendis :

virgis adopertas texerat oras,
Et super imposito simularat cespite campum.

Confer cum Cl. Boden & Achillem Tatium, L. IV, p. 326, & Xenophont. Ephes. L. IV, p. 61: ξύλα ἐπιτιθέντες μεγάλα, ἐπέχωσαν τὸ τάφρον.

[P. 11, l. 2.] Γῆς σεσοφισμένης. In tribus Codd. R. τῆς, pro γῆς quod tamen ad tertii oram conjectum est. An legendum τῆς γῆς? Cæterùm hîc σεσοφισμένης propriè sonat subdolam & captiosam, cùm & σοφίσματα à Tullio captiones dicantur.

[P. 11, l. 5.] Βιαιοτέρας. Operarum vitio, in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. βιαιτέρας

[P. 11, l. 7.] Φριμαξάμενος. Hunc Longi locum laudat, & notandum monet, summus Toup, Emendat. in Suidam part. tert. p. 298. Vide & summum Valckenær. Animadvers. ad Ammon. L. III, c. 27, p. 226, ubi cum hoc Longi loco confert & hunc ejusdem p. 27 Ed. Moll. αἱ δὲ αἶγες ἐσκίρτων ΦΡΙΜΑΣΣΌΜΕΝΑΙ.

[P. 11, l. 9.] Ἀλγεῖ ΠΕΡΙ τῷ κέρατι. Mallem ἐπί; frequentiùs enim τὸ ἀλγεῖν construitur cum ἐπὶ, ut apud Lucian. Dialog. Marin. 14, tom. I, p. 324, ἤΑΓΗΣΕΝ ἐΠΙ τῇ θυγατρί; apud Demosthenem περὶ στεφάνου p. 239, 26, Ed. Cl. Reiskii, ἈΛΓΕῖΣ ἐΠΙ τοῖς συμβεβηκόσι, & in Epist. IV, p. 1489, 9, ἐΦ' ΟἷΣ ἈΛΓΟῦΣΙ. Immò, ut rectè monuit Cl. Abresch. Dilucid. Thucydid. p. 797, τὸ ἀλγεῖν, omissâ & hâc ipsâ præpositione ἐπὶ, cum sexto casu construitur apud Pausan. Attic. p. 107. Sic apud Demosthen. p. 798, 5, Ed. Reisk. τοῖς αἰσχροῖς

C

ἐς λόγοις καὶ ὀνείδεσιν ἀλγεῖν. In hunc autem Longi locum περὶ, pro ἐπὶ, malè irrepsit, quòd hæ præpositiones eodem ferè modo in Codd. Manuscriptis, immò & in quibusdam Edd. principibus quas vocant, efformentur; quod & ipsis viris doctis fraudi interdùm fuisse, ideòque monendum, observat Raphaël Columbanius in typographicorum mendorum Indice suæ Editioni subjecto.

[P. 11, l. 11.] Οἷα δέ. Prior Par. Editor pro δὲ conjecit δέει, scilicet ut opponeretur sequenti, τοῦ δὲ ὀργῇ διώκοντος; quam quidem conjecturam nullis Codd. confirmatam, in textum receperunt Cl. Dutens & Cl. Boden, quorum ille, οἷα δὲ δέει, hic, οἷα δέει edidit.

[P. 11, l. 12.] Ὑπεκφεύγοντος. Ad oram C. R. III, ὑπερφεύγοντος.

[P. 11, l. 13.] Τῶν ἐν ποσί. Sic in libro inscripto Quomodo historia conscribenda sit, loquitur Lucianus, tom. II, p. 3, observante J. F. Reitzio, qui Longi dictionem cum Lucianeâ plurimùm consentire verè annotat.

[P. 11, l. 16.] Χρήσασθαι τῆς καταφορᾶς ὀχήματι. In omnibus Edd. deerat τῆς, quod è Cod. Ursin. Ursino probante, restitui. Mollius in notis legendum censet, διὰ τὸ χρήσασθαι; sed rectè, ut solet, summus ille Valckenær. emendat: τὸ χρήσασθαι κατὰ τῆς φορᾶς ὀχήματι τῷ τράγῳ. Infrà L. III, p. 74: τοῦτο οἱονεὶ ἔρεισμα αὐτοῖς τοῦ μὴ πεσεῖν ἐγένετο. Rectè hîc Amyot: parceque le boue soutint sa chûte.

[P. 11, l. 16.] Ὁ μὲν δὴ τόν. In omnibus Edd. deerat hoc δὴ, quod è Cod. Urs. probante Ursino, restitui.

[P. 11, l. 20.] Ἀγρῶν τῶν πλησίον. Malè in Edd. Moll. prior. Paris. & Lipsiens. πλησίων; rectè in aliis πλησίον. Suprà, p. 9 Ed. Moll. ἐκ τῶν ΠΛΗΣΙΟΝ ἀγρῶν, ut & infrà, L. II, p. 30 & p. 43.

[P. 12, l. 4.] Τοῦ χείλους. Hoc sensu latinam vocem LABRUM à Cæsare De bello Gallico, L. VII, & à Livio, ut ab

Homero, Il. M. 51, ἄκρον χεῖλος, usurpari, post Columbabanium annotat Moll.

[P. 12, l. 5.] Ταῖς τῆς ταινίας ὁλκαῖς. Sic in Cod. R. III, ad cujus oram: vel ἐπαγωγαῖς ταῖς τῆς ὁλκῆς ταινίαις. Sic quoque è Cod. Ursin. Ursino probante, & hanc lectionem pro suâ emendatione venditante Mollio, edidit Cl. Dutens. Malè cæteræ Edd. ταῖς τῆς ὁλκῆς ταινίαις. In duobus autem primis Codd. R. verba sequentia, ἀνέβη ταῖς, usque ad ἐγένετο, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν κ.τ.λ. deficiunt.

[P. 12, l. 7.] Ἀνιμήσαντες. C. R. III, ἀνιμήσαντο.

[P. 12, l. 8.] Τοσοῦτον ἄρα. Fortè quis conjiciat post ἄρα deesse τοῦτον. Fortè legendum: τοσοῦτον ἄρα ἡ δίκη μετῆλθε ΤΟΝ ΕΧΘΡΟΝ (vel aliquid simile) τοῦ νικηθέντος τράγου.

[P. 12, l. 10.] Τυθησόμενον. Sic, probante Cl. Valckenær. conjecit Jungermanus; at Edd. Flor. Commel. Jungerman. Moll. prior Par. & Lipsiens. habent τυθησόμενοι. Mollius autem in notis conjicit τεθυσόμενοι, quod & in Cod. Ursini, & ab Ursino probatum, vel τεθυσόμενον, quod in textum recepit Cl. Dutens. Cl. autem le Fevre, Medicus græcè doctus, acutè conjicit τεθραυσμένον, cùm Longus, ut jam suprà observatum, easdem voces sæpiùs iterare amet.

[P. 12, l. 14.] Ἐν κόσμῳ. Sic loquuntur Lucianus in Asino, tom. II, p. 57, & in Zeuxide, p. 848, Demosthenes πρὸς Πολύκλεα, p. 1208, 18 Ed. Cl. Reisk. & in Ἐπιταφίῳ λόγῳ 1400, 13, &c.

[P. 12, l. 15.] Καθίσαντες. Sedere facientes Daphnim, vel ipsi considentes; utrumque enim significat καθίσαντες. Prior autem sensus Amyoto, posterior Jungermano & Mollio placuit.

[P. 12, l. 17.] Τέτρωτο μὲν οὖν οὐδέν. Malè Ed. Moll. & hinc utraque Par. omittunt οὐδέν. Fortè quis legere mallet; τέτρωτο μὲν οὔ· οὐδὲ ἥμακτο οὐδὲν, vel τέτρωτο μὲν οὐδὲν,

οὐδὲ ἤμακτο, χώματος δὲ, κ.τ.λ. Sed bona est lectio quam in hâc Editione retinui.

[P. 13, l. 2.] Ἐν ᾧ ἡ πηγή. Hoc in omnibus Edd. omissum, è Codice Ursini, Ursino probante, revocavi. Ad tertii Cod. R. marginem: ἴσως, ἄντρον ἐν ᾧ ἡ πηγὴ, ὡς ἐν τῷ δ' λόγῳ εἴρηται. Sic Fulvius Ursinus. Hujusce notæ auctor, qui in fine hujusce Codicis à se descripti, illum Romæ ad Fulvii Ursini exemplar, anno 1597, emendatum fuisse observat, procul dubio hîc respexit hunc locum libri quarti, p. 141 Ed. Moll. ἐκέρασε δὲ καὶ τὴν πηγὴν οἴνῳ, ΤΗΝ ΕΝ ΤΩ ΑΝΤΡΩ, ὅτι καὶ ἐτράφη παρ' αὐτῇ, καὶ ἐλούσατο πολλάκις ἐν αὐτῇ. Sic L. I, p. 27 Ed. Moll. λούει τὸν Δάφνιν ἡ Χλόη, πρὸς τὰς Νύμφας ἀγαγοῦσα, εἰς τὸ ΑΝΤΡΟΝ εἰσαγαγοῦσα. Suprà vidisti, p. 5 Ed. Moll. Νυμφῶν ἄντρον ἦν, πέτρα μεγάλη..... ἐκ δὲ τῆς πηγῆς ὕδωρ ἀναβλύζον κ.τ.λ. & multò clatiùs, p. 7, Νύμφας ἐκείνας, τὰς ἐν τῷ ΑΝΤΡΩ, ἐν Ὧ Ἡ ΠΗΓΗ, ex quo ultimo loco fortè hùc in textum irrepsit hæc glossa, ἐν ᾧ ἡ πηγὴ, quæ videtur ab Amyoti Codice abfuisse.

[P. 13, l. 2.] Καὶ τὴν πήραν. Hîc, inquit Columbanius, qui primus Florentiæ Longum edidit, labes manifestissima; cui tamen medicinam neque è libris nostris, neque ex iis lectionum varietatibus, quas ex Ursino accepimus, facere potuimus. Jungermanus autem: « τὴν πήραν... « ἐγένετο. Ultima sic restituenda puto: ἐπεὶ δὲ μόνος ἐγένετο, « κ.τ.λ. Adprobavit, quod gaudeo, politissimus Heinsius. « Aliàs, inquit Jungermanus, desunt multa, de osculo scilicet narratio, de Dorcone vitulum donante, de lavatione « Daphnidis. Osculum enim Chloës & lavatio Daphnidis « originem videntur dedisse mutuo illi amori. Patet ex ipso « Longo infrà, τοῦτο μόνον ᾔδεσαν, ὅτι τὴν μὲν φίλημα, τὴν δὲ « λουτρὸν ἀπώλεσεν «. Idem Jungermanus, in suæ Editionis

typographicorum mendorum Indice, p. 241, majus relinquendum fuiſſe ſpatium admonet, ne quis, inquit, tantùm lineolam deeſſe ſomniet. Mollius autem in notis ſic infeliciter ſupplet, ΚΑΙ ΠΟΛΛΑ ΦΙΛΗΜΑΤΑ ἐγένετο; quod mihi videtur repetiviſſe ex iis quæ infrà leges, L. II, p. 40 Ed. Moll. τὰ μὲν ὧν ΦΙΛΗΜΑΤΑ ΕΓΕΝΕΤΟ. Cl. autem Dutens Mollii & Jungermani additamenta ſic perperàm conjuncta confuſaque in ſuam Editionem intruſit: καὶ πολλὰ φιλήματα ἐγένετο, ἐπεὶ ὅ μόνος ἐγένετο. Satiùs erat à conjecturis abſtinere, cùm ille hiatus expleri non poſſit, niſi è Codd.

[P. 13, l. 6.] Ἐργάσεται. C. R. III, ἐργάζεται.

[P. 13, l. 6.] Χείλη ῥόδων. Confer Achill. Tat. L. I, p. 28, & ad eum Cl. Boden, in hæc verba, τὸ σῶμα, ῥόδων ἄνθος ἦν.

[P. 13, l. 7.] Κυδίων γλυκύτερον. Theocrit. Id. I, v. 146:

> Πλῆρές τοι μέλιτος τὸ καλὸν σῶμα, Θύρσι, γένοιτο,
> Πλῆρες ὅ χαδόνων.

Moſchus in Amore fugitivo, ὡς μέλι φωνά. Sic in Cantic. Canticor. c. 4, v. 11: κυδίον ἀποσάζουσι χείλη σου, ῥύμφη. Μέλι κὴ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου, καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου, ὡς ὀσμὴ λιβάνου. Et cap. 5, v. 13: χείλη αὐτῆς, ΚΡΙΝΑ σώζουσα σμύρναν πλήρη. Age verò; finge jam ſolam τῶν ὁ verſionem ſupereſſe, Hebraicum autem Cantici Canticorum textum prorsùs periiſſe; nonne multi Critici ſuo affirmarent periculo hîc legendum ΚΗΡΙΑ, pro ΚΡΙΝΑ, ac proindè cum hoc loco conferrent illa ejusdem Cantici verba quæ ſuprà laudavimus, κυδίον ἀποσάζουσι χείλη σου, quippè qui videre ſe negarent quomodò labia, quæ roſea eſſe debent, cum candidis comparentur liliis. Sed ſunt & rubra lilia; undè, inquit Balduinus, De calceo antiquo, c. 34, p. 336 Ed. Amſtelodam. 1667, cùm Sponſa in Canticis, c. 5, v. 13,

Sponſi ſui labia cum liliis comparat, his verbis : labia tua, lilia diſtillantia &c. vult ea eſſe non pallida, cujusmodi vulgò ſunt lilia, quod ſanè eſſet in vitio, ſed roſea & corallina, ſeu purpureo quodam ſplendore rutilantia, ſicut lilia purpurea quæ, teſte Dioſcoride, L. III, c. 99, in Syriâ ſunt laudatiſſima. Nicetas Eugenianus in poëmate Manuſcripto de Amoribus Droſillæ & Chariclis, hunc Longi locum ſic imitatur :

Χείλη παρειᾶς ἐξερυθρὸς ὡς ῥόδον.

& paulò infrà :

Κάλυξ τὰ χείλη · σίμβλον ἠνεῳγμένον,
Θυμῆρες ἐκρέον (τὸ) τῆς λόγε μέλι.

& infrà :

Τὸ χεῖλος αὐλῆς νέκταρ ἦν ἀποῤῥέον.

[P. 13, l. 8.] Κέντρῳ μελίττης. Sic rotam hanc Daphnidis orationem expreſſit Nicetas Eugenianus :

Χεῖλος μοὺ αὐχεῖς ἁπαλώτερον ῥόδε·
Γλυκύτερον ᾗ κηρίε συ (an σε) τὸ σῶμα.
Φίλημα γεῦν σὸν ὡς μελίττης κέντρον,
Πικρὸν, θανάσιμον, φαρμακεύον, ἀλγύνον.
Ὡς φαρμάκων σε πλῆρές ἐστι τὸ σῶμα,
Κἂν ἐκλὸς μέλιτι συγκεχρωσμένον.

Confer Achillem Tatium, L. II, p. 124, μέλιτος γέμεις, καὶ τιτρώσκει σε τὰ φιλήματα. Hi omnes reſpexerunt Od. XL Anacreontis, & Id. XIX Theocriti, ubi Amoris vulnera cum κέντρῳ μελίττης comparantur.

[P. 13, l. 12.] Ἐκπηδᾷ. Hoc ſic imitatur Nicetas Eugenianus, loco citato :

Ἀΐ ἀΐ, περιττὸν ἄχθος ἀνθιλαμβάνω,
Τὸ στέρνον ἀλγῶ, ΠΑΛΛΟΜΑΙ τὴν καρδίαν,
Ἀνατραπὴς (lege ἀνατραπεὶς) ἔοικα σῶμα κῆ φρένας.

Sic virgo quædam sibi amore καρδίαν ἐκπηδᾶν dicit apud Aristænet. L. II, Ep. V, p. 78; ubi vide Cl. Abresch. p. 210 & 211. Sic Aristophanes in Nubibus, v. 1393:

> Οἶμαί γε τῶν νεωτέρων τὰς καρδίας
> Πηδᾶν ὅ,τι λέξει.

Confer omninò Achillem Tat. L. V, p. 498, in καρδία πηδᾷ, & ad eum Cl. Boden. & Xenophont. Ephes. L. I, p. 10. Maximus Tyrius Diss. XXIV, tom. I, p, 460 & 461 Ed. Cl. Reiskii, Socratem narrat dixisse, ΠΗΔᾶΝ μὲν αὐτῷ τὴν καρδίαν ἐπὶ Χαρμίδῃ, καὶ ΟἸΔΕῖΝ τὸ σῶμα, ἐπτοῆσθαι δὲ καὶ ἐνθουσιᾶν. In quo loco corrupto Davisius annotat pro ΟἸΔΕῖΝ legi ἥδειν in Codice Reg. sed se nihil indè extricare. Ego quidem legerem, ἰδεῖν τε τὸ σῶμα καὶ ἐπτοῆσθαι, vel ἰδόντα τὸ σῶμα ἐπτοῆσθαι. Ait enim Socrates apud Platonem de Charmide, p. 236 D. adductum ab ipsomet Davisio, quem nihil ex hoc loco profecisse miror: τότε δὴ, ὦ γεννάδα, ΕἸΔΌΝ τε τὰ ἐντὸς τοῦ ἱματίου, καὶ ἐφλεγόμην, καὶ οὐκέτι ἦν ἐν ἐμαυτῷ. Atque hâc quidem occasione utar, ut meam de quodam Maximi Tyrii loco conjecturam deponam. Scilicet ille de Barbarorum Diis loquens Diss. VIII, p. 135, tom. I Ed. Cl. Reiskii: Περσαὶ μὲν πῦρ, ἄγαλμα ἘΦΉΜΕΡΟΝ, ἀκόρηστον, καὶ ἀδηφάγον κ.τ.λ. Hîc pro ἘΦΉΜΕΡΟΝ legere mallem ἀνήμερον, quod confirmant sequentia: ἄξιον δὲ καὶ πρὸς τοὺς Πέρσας εἰπεῖν· ὦ πάντων γενῶν ἀνοήτατον, οἳ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαλμάτων ἀμελήσαντες, γῆς ἩΜΈΡΟΥ, καὶ ἡλίου λαμπροῦ κ.τ.λ. περὶ ἓν μάλιστα ἀσχολεῖσθε τὸ ἈΓΡΙΏΤΑΤΟΝ καὶ ὈΞΎΤΑΤΟΝ. Idem suprà p. 135, Deum esse ἩΜΕΡΟΝ dixit. Sed potest retineri & vulgata lectio ἐφήμερον, si cum Cl. Valckenær. intelligas, brevi periturum, nisi semper subministretur ξύλων τροφὴ, quæ paulò infrà in hoc loco commemoratur.

[P. 13, l. 14.] Νίκης κακῆς. Jungermanus: veriſimile eſt de certamine muſico hæc intelligenda, quo fortè victor oſculum Chloës pactus fuerit, Daphnis autem victor extiterit; poſtque illud oſculum, inſolens doloris amatorii, de victoriâ conqueritur. Ἀλλὰ ταῦτα σοχάζω· τὰ γὰ ἐλλείποντα ὐ φανερά.

[P. 13, l. 15.] Νόσυ καινῆς. Malè Edd. Commel. & Jungerman. κακῆς, quod in mendorum typographicorum Indice agnovit Jungerman.

[P. 13, l. 16.] Φαρμάκων. Rectè Columbanius, & poſt eum Mollius conferunt hunc Moſchi in Amore fugitivo verſum 27:

Φεῦγε, κακὸν τὸ φίλαμα, τὰ χείλεα φάρμακόν ἐνλι.

Ut Virgil. Æneid. I, v. 691, à Cl. Boden adductus:

Cùm dabit amplexus atque oſcula dulcia figet,
Occultum inſpires ignem, fallasque veneno.

[P. 13, l. 17.] Πῶς ἂν ὐκ ἀπέθανεν. Amyot in ſuo Codice videtur inveniſſe ὐκ ἀπέθανον. Vertit enim: il faut dire que non; car j'en fuſſe mort.

[P. 13, l. 20.] Οὐ πλέκω. Suprà p. 8 Ed. Moll. σφαγίσκυς πλέκοντες.

[P. 14, l. 4.] Καὶ ἔργων. Hîc τὸ ἢ, quod in omnibus Edd. & in C. R. III deerat, è duobus primis Codd. R. revocavimus, præeuntem Cl. Dutens ſecuti. Sic & infrà γευσάμενοι eodem ſenſu, L. II, p. 40 Ed. Moll. ΓΕΥΣΑΜΕΝΟΙ δ' ἐν φιλότητι τέρψεως.

[P. 14. l. 7.] Κλήμαλος. Vox κλήμαλος Cl. Wyttenbachio non cum πλησίον, ſed cum φυλὸν videtur conjungenda; ità ut Mollius malè verterit, plantam juxtà palmitem; malè & Jungerman. juxtà palmites plantam. Rectè Amyot: ayant trouvé l'occaſion que Dryas plantoit un

arbre aſſez près de lui. Hîc dicitur φυλὸν κλήμαλος, ut paulò infrà φυλὰ μηλεῶν.

[P. 14, l. 8.] Συρίγγων τινῶν γαμικῶν. Columbanius, quem in hoc omnes ſecuti ſunt Editores, è Cod. Urſini repoſuit γαμικῶν, pro γενικῶν quod invenerat in ſuo Florentino Cod. à quo aberat præcedens τυρῶν. In Codd. R. I & III, & in Cod. Amyoti, ut ex ipſius verſione apparet, voces quæ proximè τὸ καλορύτιονλα πλησίον excipiunt, uſque ad τυρὺς δῶρον κ.τ.λ. ut & in C. II, uſque ad δῶρον ἦ) κ.τ.λ. omnes deficiunt. At ad marginem Cod. R. III, poſt πλησίον: κλήμαλος προέτσιν ἀυτῷ μὴ συρίγγων τινῶν ΚΑΙ ΤΩΝ ΜΗΛΩΝ, (lege μήλων) pro γαμικῶν, quod notatu dignum. In ejusdem Cod. R. III textu, τηρὺς (pro τυρὺς) δῶρον ἦ) κ.τ.λ. legitur, & ſuprà adſcriptum eſt ἴος τιρύς; voluit ſcribere ἴσως τυρύς. An pro γενικῶν, quod in Cod. Florent. legendum ποιμενικῶν, ut infrà L. II, p. 56 Ed. Moll. ΣΥΡΙΓΓΟΣ ἦχος ΠΟΙΜΕΝΙΚΟΣ. Cl. Boden putat γαμικῶν accipiendum eſſe de tibiis amatorum, quibus adoleſcentes ante amicarum domos utebantur, ut apud Horatium, L. III, Od. VII, & Propert. L. II, El. VI; illique hæ σύριγγες γαμικαὶ deſtinatæ fuiſſe videntur carminibus, quibus Chloës amorem ſibi conciliaret Dorcon, hanc ſi pater deſpondiſſet.

[P. 14, l. 9.] Τὺς μὲν τυρύς. Columbanio, poſt Fulvium Urſinum, vox τυρὺς, quæ à Codd. Florentinis aberat, ſcholium eſſe videtur, quod, ut plerùmque fit, è margine in contextum irrepſerit.

[P. 14, l. 9.] Δῶρον ἦ). De hoc ἦ), quod, ut & ἔχειν, in talibus eleganter πλεονάζει, confer J. F. Reitzium, qui & hunc ipſum Longi locum profert, ad Lucian. T. III, p. 167, & præſertim Cl. Berglerum ad Alciphron. p. 9, ubi confert hunc Homeri verſum Il. Λ. 20, δῶκε ξεινήϊον ΕΙΝΑΙ, &

Theocrit. Id. VII, v. 129, ξεινήϊον ὤπασεν ΕΙΝΑΙ, quod ſic expreſſit Virgilius :

esse ſui dederat monumentum & pignus amoris.

[P. 14, l. 10.] Ἐνῆεν δέ. Treſ Codd. R. omittunt τὸ δέ.

[P. 14, l. 11.] Ἀνέβαλε. Fortè ἐνέβαλε, injecit ; quod video & conjeciſſe Cl. Hinlopen. Sic infrà in re ſimili, L. III, p. 96 Ed. Moll. πάνυ θρασὺν ΕΜΒΑΛΛΕΙ λόγον περὶ γάμου. Achill. Tat. L. II, p. 208, & VII, p. 570, ΕΜΒΑΛΛΕΙΝ λόγον. Potiùs dicitur ἀναβάλλεσθαι, quàm ἀναβάλλειν λόγον.

[P. 14. l. 13.] Ἐπηγέλλετο. Sic ego emendavi in Ed. Cl. Dutens. Sic rectè in tribus Codd. R. Malè in omnibus aliis Edd. ἀπηγέλλετο. Proprium eſt ἐπαγγέλλεσθαι, cùm promittere ſignificat. Sic infrà in re ſimili, L. III, p. 90 & 91 Ed. Moll. μυησήρων πλῆθος ἦν περὶ Χλόην .... ἃ οἱ μέν τι δῶρον ἔφερον, οἱ δὲ ΕΠΗΓΓΕΛΛΟΝΤΟ μεγάλα. Suprà habes ἐπαγγέλλεσθαι eodem ſenſu, p. 7 Ed. Moll. Et infrà L. II, p. 52 bis, & p. 60 bis, & L. III, p. 93, & ibid. p. 100, & L. IV, p. 108, & ibid. p. 124, & p. 127, & p. 130 & 139 &c.

[P. 14, l. 14.] Φυλὰ μηλεῶν. Sic rectè in omnibus Edd. præterquàm in poſterior. Par. & in tribus Codd. R. ubi minùs benè μήλων.

[P. 14, l. 15.] Τευμῆν ὑποδήματα. Jungermanus : optimi calcei ex tergore bovis. Homerus, Od. Ξ, de Eumæo ſubulco, v. 23 :

Αὐτὸς δ' ἀμφὶ πόδεσσιν ἑοῖς ἀράρισκε πέδιλα,
Τάμνων δέρμα βόειον, ἐΰχροος.

[P. 14, l. 16.] Ἀνὰ πᾶν ἔτος. Quotannis.

[P. 14, l. 20.] Κακοῖς ἀνηκέστοις περιπεσοῦν. Vox ἀνή-

κτος, quæ occurrit apud Homer. Il. E. 394, & O. 217, paſſim ab Herodoto, Demoſthene, Xenophonte aliisque uſurpatur. Thucydides, cujus verba ſæpe noſter mutuatus eſt, habet L. V. p. 374, 18 Ed. Duker. ΞΥΜΦΟΡΑΙΣ ΑΝΗΚΕΣΤΟΙΣ ΠΕΡΙΠΕΣΕΙΝ, ut Ariſtænet. L. II, Ep. II, p. 74, *δεινοῖς* ΠΕΡΙΠΕΠΤΩΚΑ *πόνοις*; & Achilles Tatius, L. VI, p. 560, *μυρίαις βασάνοις* ΠΕΡΙΠΕΣΕΙΝ.

[P. 14, l. 21.] Ἀνένευσε. Vide diligentiſſimum Abreſch. Dilucid. Thucydid. Auctar. p. 298, ubi è quarto Platonis libro De Republic. p. 452, C. τὸ ὑπονεύειν opponi τῷ ἀνανεύειν obſervat. Confer & D'Orvill. ad Chariton. p. 169. Eleganter admodùm Lucianus in Necyomantiâ, T. I, p. 462: ἀτεχνῶς ἂν ἔπαθον τοῖς νυκτάζουσι τούτοις ὅμοιον, ἄρτι μὲν ΕΠΙΝΕΥΩΝ, ἄρτι δὲ ΑΝΑΝΕΥΩΝ ἐμπαλιν. Idem, Adversùs indoctum, tom. III, p. 103: ΕΠΙΝΕΥΣΟΝ γῦν, ἢ ΑΝΑΝΕΥΣΟΝ. Hinc, & ſic prorsùs, Latinum annuere & abnuere. Pro ἐπινεῦσαι, Græci dicunt & καταινεῦσαι, ut & infrà in re ſimili, L. IV, p. 243 Ed. Moll. ΚΑΤΑΝΕΥΣΑΙ τὸν γάμον.

[P. 15, l. 3.] Δευτέρας δραμαρτὼν ἐλπίδος. Sic prorsùs loquitur Alciphron. p. 82 Ed. Bergler. L. I, Ep. XXI. Quæ autem fuerit prima Dorconis ſpes, è lacunâ in Longo ſuprà indicatâ diſcere potuiſſemus.

[P. 15, l. 16.] Παρ' ἡμέραν. Notat, alternis diebus; quod probant ſequentia, ΠΟΤΕ ΜΕΝ ὁ Δάφνις, ΠΟΤΕ ΔΕ ἡ Χλόη, quodque rectè pariter vidit Cl. Hinlopen. Malè Moll. vertit, quotidiè; malè Jungermanus, ſingulis diebus. Quod quidem ſi Longus dicere voluiſſet, dixiſſet, ut L. III, p. 81 Ed. Moll. καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Appoſitè Pollux, L. I, c. 7, p. 19 Ed. Seberi: τὸ ΠΑΡΑ ΜΙΑΝ, ΠΑΡΗΜΕΡΟΝ, ἑτερήμερον. Sic rectè Amyot: Chloë un jour, & Daphnis l'autre.

[P. 15, l. 10.] Διέφθειρε. Jungermanus edidit, & cum Cl. Larchero præfert, διέφθαρε.

[P. 15, l. 12.] Τάς τ' ἐμπροσθίας. C. R. II, τάς τε πρωθίας.

[P. 15, l. 13.] Ἐφιπλῶσθαι. Infeliciter Mollius emendare voluit ἐφοπλίζεσθαι, quam conjecturam meritò rejiciunt Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 219, Cl. Hermannus Tollius & Cl. Boden, rectè monentes Suidam ſervaviſſe vocem ἐφαπλώματα, quæ Ariſtophanem περιπλώματα vocaviſſe dicit. (Acharnan. v. 425). Hîc ἐφιπλῶσθαι dicuntur quæ manibus cruribusque prætenta obtenduntur, eaque integunt; les pieds de devant lui tomboient juſque ſur les mains, ut elegantiſſimâ Amyoti verſione Gallicâ utar, quam hîc ad partes vocavit Cl. Boden. Heſychius, tom. I, p. 1312: Ἐπαναλίνει· ἐπαναλίνεται, ἐφίπλωται. Ubi Cl. Alberti lectionem Longi, malè à Mollio ſollicitatam, rectè tuetur, & verbum ἐφαπλόω, quo carere dicit lexica, munit tribus S. Athanaſ. & Theophyl. exemplis è Suicero Theſ. Eccleſ. v. Ἐφαπλόω, petitis. Idem confert S. Chryſoſtom. T. V Ed. Sauil. in princip. ὁρῶσι πλὴν ἧν, ὃ καθάπερ ἱμάτιον ποικίλον ΕΦΑΠΛΟΥΜΕΝΟΝ αὐτῇ κ.τ.λ. Addit præterea Sylburgii Saracenica, p. 26 init. habere: καὶ ἡ νὺξ ὅταν ΕΦΑΠΛΩΤΑΙ. Undè vides hanc vocem ab antiquiſſimis Scriptoribus non uſurpatam, nec receptam fuiſſe, niſi Sophiſtarum temporibus.

[P. 15, l. 15.] Τὴν κεφαλήν. Jungermanus, & hinc Moll. conferunt hæc Virgil. L. XI Æneid. de Ornito:

caput ingens oris hiatus,
Et malæ texere lupi cum dentibus albis.

Rectè Cl. Valckenær. in illâ nunquam ſatis laudandâ Diatribe in Euripid. fragment. p. 101 & 102, hos confert verſus ex Rheſo, quos ob oculos habuit Longus, dùm hæc ſcriberet:

Λύκειον ἀμφὶ νῶτον ἄψομαι δορὰν,
Καὶ χάσμα θηρὸς ἀμφ' ἐμοῦ θήσω κάρᾳ,
Βάσιν τε χερσὶ προσθίαν καθαρμόσας,
Καὶ κῶλα κώλοις, τετράπων μιμήσομαι
Λύκου κέλευθον.

[P. 15, l. 16.] Ἐκθηριώσας. Euripid. in Bacch. v. 1329:

Ἐκθηριωθεὶς, ὅφεως ἀλλάξει τύπον.

Vide Cl. Abreſch. Animadverſ. ad Æſchylum, p. 314.

[P. 16, l. 3.] Εἶχεν ἐλπίδα. Ad oram C. R. III, τῷ ἐλπίδα. In C. Urſ. & Flor. ταύτην εἶχε τῷ ἐλπίδα.

[P. 16, l. 5.] Χρόνος ὀλίγος διαγίνεται. De hâc loquendi formulâ vide Cl. Hemſterhuſ. ad Lucian. tom. I, p. 256, ubi & hunc Longi locum profert.

[P. 16, l. 8.] Μετὰ τῶν νομέων. Sic prorsùs paulò ſuprà locutus eſt p. 15 Ed. Moll.

[P. 16, l. 10.] Ἐν ῥινηλασίαις θεωρίαι. Sic edidi cum duobus primis Codicibus R. Sic & in Editione Lipſienſi. Sic quoque poſt Columbanium conjecit Mollius. Malè θεωρίᾳ, cum iota ſubſcripto, in omnib. præter Lipſienſ. Edd. Malè ῥινηλασίας in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. Rectè ῥινηλασίαις in Cod. Flor. Veram lectionem in ſuo Cod. inveniſſe videtur Amyot, vertens: comme naturellement ils chaſſent mettant le nez par-tout.

[P. 16, l. 11.] Τὸν Δόρκωνα. Hæc & octo ſequentia vocabula, uſque ad ὑλακτήσαντες, quæ in omnibus Edd. & Codd. etiàm in optimo Amyoti, ut ex ipſius verſione apparet, omiſſa fuerant, è Cod. Urſ. probantibus Urſino & Cl. Valckenær. primi reſtituimus.

[P. 16, l. 13.] Περιχόντες. Cl. Le Fevre, Medicus Par. græcè doctus, me admonuit, à quodam, cujus nomen tunc ipſi non ſuccurrebat, conjectum fuiſſe ἄφρικτ ἔχοντες. De hâc quidem loquendi formulâ ἄφρικτ ἔχειν vide Lambert.

Bosium Animadversion. ad Scriptores quosdam Græcos, c. XII, p. 58. Sed ἄπριξ ἔχειν hoc sensu minùs dicitur quàm ἄπριξ ἔχεσθαι.

[P. 16, l. 14.] Κατὰ κράτος. Sic unus ex Ursini Codd. Omnes Edd. μετὰ κράτους, quod græcè non dicitur, quidquid obloquatur Mollius. Rectè Cod. Flor. & alter ex Ursini Codd. probantibus Ursino, & Cl. Boden, qui ipse sic edidit, κατὰ τοῦ δέρματος, ut opponatur sequentibus, τοῦ σώματος ἥπτοντο αὐτοῦ. Sic & infrà habes ΚΑΤΆ ΤΕ μηρῶν καὶ ὤμων δεδηγμένον. Amyot vertens, de toute leur puissance, legisse videtur κατὰ κράτος.

[P. 16, l. 15.] Τὸν ἔλεγχον αἰδούμενος. In Severi Sophistæ Διηγήμασι, quæ è Cod. Matritensi edidit Cl. Iriarte in utilissimo Catalog. Manuscriptorum Reg. Bibl. Matrit. tom. I, p. 462, col. 1, legitur: ἴον, τὸ ἄνθος, ἐξ ἧς ὀνομάζεται, γέγονεν. Ἥρα μὲν γὰρ ὁ Ζεὺς τῆς Ἰοῦς· ἐρὼν δὲ, ἐπλησίαζε, καὶ συνὼν, λαθεῖν ἐπειρᾶτο τὴν Ἥραν· καὶ τὸν ἔλεγκον (lege ἔλεγχον) μεταβολὴν ἐποιεῖτο τῆς φύσεως· καὶ τὸ γεγονὸς ὑποκλέψαι δοκῶν, εἰς βοῦν μεταβάλλει τὴν ἄνθρωπον, ubi post ἔλεγχον addendum credo αἰδούμενος, vel φοβούμενος.

[P. 17, l. 1.] Ἀνακλήσει συνήθει. Minùs benè Codd. Ursin. & Flor. ἀνακαλέσαντες συνήθως, quod & ad tertii Regii oram.

[P. 17, l. 3.] Ἀγαγόντες. C. Flor. ἄγοντες, quod & ad C. R. III marginem, cùm ea ferè omnia quæ tertii Cod. oræ adscripta videmus, ex Editione Florentin. & è Florentini & Romani Codicum Variantibus Lectionibus huic Editioni Juntinæ subjectis derivata sint.

[P. 17, l. 6.] Ἐπέπασαν. Prior Par. Editor conjecit ἐπέπλασαν, quód satis arridet Cl. Boden qui, post Jungermanum, è Plinio L. XIV, c. 8, probat, ulmi & folia & corticem vim habere spissandi & vulnera contrahendi, ideòque multos corticem commanducatum vulneribus uti-

liſſimum putare. Undè rectè probat, non hîc agi de ulmi ſucco, ut Mollio viſum, ſed de ipſomet cortice commanducato & vulneribus applicato. Retinendum cenſeo ἐπίπαζαν, cùm, obſervante & ipſo Cl. Boden, φάρμακα quæ dicebantur ἐπίπαστα, frequentiſſimè à veteribus adhiberentur. De quibus vide Cl. Valckenær. ad Theocrit. Id. XI, v. 2, p. 132.

[P. 17, l. 7.] Ποιμενικὴν παιδιάν. Ut ſuprà p. 9 Ed. Moll. ἀθύρματα ποιμενικά.

[P. 17, l. 8.] Τὴν ἐπιβολὴν τῆς δέρματος. Pellis ſuperjectæ indumentum. Malè C. R. III, ἐπιβυλὴν τῆς δερματος. Meliùs Cod. Urſini, Urſino probante, ἐπιβυλὴν τῆς Δόρκωνος, Dorconis inſidias, quod prætulit & in textum recepit Cl. Boden. Hinc Mollius conjicit ἐπιβολὴν τῆς Δόρκωνος, id eſt, conſilium, molimen, ſeu potiùs, incurſum & impetum à Dorcone in Chloën factum, quod ſuprà, p. 14 Ed. Moll. vocatur δι' χειρῶν ἐπιθέσθαι τῇ Χλόῃ. Sic Cl. D'Orville in Charitone, p. 34 Animadverſ. videndus, pro ἐπιβυλὴν, legit ἐπιβολὴν, & obſervat hæc vocabula paſſim perperàm exarata inveniri, & imprimis ἐπιβολὴν injuriâ ſolere ejici. Undè hîc legere mallem ἐπιβολὴν τῆς Δόρκωνος. Amyot utramque lectionem ſic expreſſit : cette embuche de Dorcon avec ſa peau de loup.

[P. 17, l. 12.] Λύκου σόμαζος. Columbanius : ἐκ λύκου σόμαζος, inquit Suidas, ὅτι τῶν ἀνελπίςως παρά τινών τε λαμβανόντων, καὶ τὸ μῦθον τῆς λύκου ἐς τὸ γεράνου. Hujus proverbii meminit etiàm Apoſtolius in paræmiis. (ſcilicet Centur. VIII, Art. IX, p. 90 Ed. Pantin.)

[P. 17, l. 15.] Τὰς ὄις. Sic edendum jam monui, p. 19, è Mœride Atticiſtâ, voce ὄις p. 274.

[P. 17, l. 18.] Θαλάττης αὐλῆς. Fruſtrà quis conjiciat ἀκτῆς ; retinendum enim αὐλῆς.

[P. 17, l. 19.] Ἐπιπαίδευτος. Malè in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. & in Lipſienſ. ἐπιπαιδεύτος.

[P. 17, l. 19.] Φωνῇ πείθεσθαι. Rectè Cl. Boden confert Ælian. Hiſtor. Animal. L. VII, c. 27.

[P. 17, l. 19.] Καὶ σύριγι θέλγεσθαι. Hoc, operarum vitio, è poſterior. Ed. Par. exciderat.

[P. 18. l. 1.] Ὥσπερ λαγὼς ἰχνεύοντες. Imitatur, ut ſæpe alibi, Xenophont. Memorabil. L. III, c. 2, p. 155 aureæ Ed. Cl. Erneſti, Lipſiæ 1772: τὺς ΛΑΓΩΣ... θηρῶντες.... κλῶντας κύνας, αἰτίνες.... τῇ ὀσμῇ αἰσθανόμεναι, ἰχνεύουσιν αὐτύς.

[P. 18, l. 2.] Τὰς ἰπαύλεις. Omnes Edd. præter poſterior. Par. & Lipſienſ. omittunt illud τὰς, quod è Cod. Urſini, Urſino probante, in textum revocaverunt Cl. Dutens & Cl. Boden, Mollium ſecuti, qui hanc Cod. lectionem pro ſuâ venditabat emendatione. Sic infrà L. II, p. 37 Ed. Moll. ἰπανελθόντες νύκτωρ εἰς ΤΑΣ ἰπαύλεις. Et L. II, p. 52, ἰπανῆλθεν εἰς ΤΗΝ ἴπαυλιν. Et ſuprà, L. I, p. 6, ἐλθὼν εἰς ΤΗΝ ἴπαυλιν &c. Et ſic paſſim alibi apud noſtrum cum articulo. Ἔπαυλις autem eſt propriè villa ruſtica; de quo vide D'Orvill. ad Chariton. p. 137.

[P. 18, l. 3.] Βαθὺν ὕπνον. Rectè Mollius confert Theocrit. Id. VIII, v. 65:

ἄτω ΒΑΘΥΣ ὕπνος ἔχει τυ;

Et S. Lucam Act. c. 2, 9, καταφερόμενος ὕπνῳ ΒΑΘΕΙ. Et Virgil. Æneid. VIII:

pecudumque genus ſopor altus habebat.

[P. 18, l. 6.] Ἐλυπῶντο ἀπαλλαγέντες. Rectè in Miſcell. Obſervat. vol. X, tom. II, p. 204, confertur Xenophon Epheſ. L. I, p. 5, ἀπηλλάττοντο λυπούμενοι.

[P. 18, l. 7.] Ἔθελόν τι, ἠγνόουν ὅ, τι θέλοιεν. Sic jamdudum emendavi; ſic & poſteà vidi conjeciſſe Cl. Hinlopen. Hâc emendatione nihil ſimplicius, nihil verius. Vitiosè in omnibus

omnibus aliis Edd. legitur ἤλγων ἘΘΕΛΟΝΤΙ, quod Mollius quidem vertit, suâ dolebant sponte; Jungermanus verò: suâ voluntate dolebant; Amyot: ils se douloient, pource qu'ils le vouloient. Ecquis autem sponte suâ dolet? Cum Longo, prout à nobis hîc emendatus fuit, confer Platonem in Phædro p. 1227 Ed. Francofurt. 1602: ἐρᾷ μὲν οὖν, ὅτου δὲ, ἀπορεῖ. Καὶ οὐθ' ὅ, τι πέπονθεν, οἶδεν, οὐδ' ἔχει φράσαι· ἀλλ' οἷον ἀπ' ἄλλου ὀφθαλμιᾶς ἀπολελαυκὼς, πρόφασιν εἰπεῖν οὐκ ἔχει. Apud eumdem Longum, L. II, p. 38 Ed. Moll. iidem paulò doctiores à Philetâ facti, exclamant: τοῦτό ἐστιν ὁ ἔρως, καὶ ἐρῶμεν ἀλλήλους (lege ἀλλήλων) οὐκ εἰδότες.

[P. 18, l. 9.] Ἐξέκαε. Sic infrà L. III, p. 79 Ed. Moll. ἘΞΕΚΑΌΝΤΟ πρὸς τὰ ἀκούσματα. Xenophon Ephes. L. I, p. 19, αὐτὸν πρὸς τὸ μειράκιον συνήθεια ἐπὶ πλέον ἘΞΈΚΑΕ. Et L. II, p. 24, μᾶλλον ἈΝΕΚΆΙΕΤΟ. Et Lib. IV, pag. 60, τῆς Ἀνθίας ὄψις ἘΞΈΚΑΕΝ αὐτόν. Achilles Tatius Lib. I, p. 34, τοῦτο μὲν τὴν ψυχὴν ἘΞΈΚΑΥΣΕΝ.

[P. 18, l. 11.] Ἦρος τέλη. An τέλος, ut & Cl. Wyttenbach. visum.

[P. 18, l. 12.] Πάντα ἐν ἀκμῇ. Confer suprà p. 8, ἦρος ἦν ἀρχὴ, καὶ πάντα ἦΚΜΑΖΕΝ ἄνθη, τὰ ἐν δρυμοῖς, τὰ ἐν λειμῶσι.

[P. 18, l. 13.] Ἡδεῖα μὲν τεττίγων ἠχή. Fortè legendum, ἡδεῖα μὲν Ἡ τεττίγων ἠχή. De vocabulo autem ἠχὴ, vide Mœrim Atticistam, p. 175, & Thomam Magistrum, p. 428, voce Ἠχὴ, & quæ suprà observavimus p. 26, de voce ἦχος.

[P. 18, l. 14.] Τερπνὴ δὲ ποιμνίων βληχή. Hæc absunt à duobus primis Codd. R.

[P. 18, l. 16.] Ἀνέμους συρίττειν. Theocritus, Id. I, v. 1:

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα ⸗ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,
Ἁ πολὶ ⸗ παλαῖσι, μελίσδεται.

Ubi vide Cl. Valckenærium in recentiſſimâ illâ & perfectiſſimâ decem Eidylliorum Editione, qui & hunc Longi locum confert, & monet Demetrio, qui dicitur Phaleræus, diſplicuiſſe dictum, ὅτι ⸗ αὔραις ὑΠΕΣΎΡΙΖΕ ΠΊΤΥΣ. (περὶ ἑρμηνείας 192.) Moſchus Idyll. V:

εὐσκιος εὕδων ὕλα,
Ἔνθα ⸗ ἦν πνεύσῃ πολὺς ὦνεμος, ἁ ΠΙΤΥΣ ἈΔΕΙ.

Huetius autem hunc eumdem Theocriti locum conferendum monet, ut & Lucianum Ver. Hiſtor. L. II, p. 393. Idem Theocritus, ſeu quiſquis Θαλυσὸν ſcripſit, v. 57:

Ἀλλήλαις λαλέουσι τὸν γάμον αἱ κυπάρισσοι.

Jungermanus, cujus ſcrinia, ut hîc, ſic & alibi paſſim, compilat Mollius: Tatius Leucipp. (L. V, p. 450 Ed. Cl. Boden) λίγυρὸν ⸗ ΣΥΡΊΖΕΙ περὶ τὰς κάλυκας καὶ τὸ πνεῦμα· ἐμοὶ μὲν ὑμέναιον ἍΓΕΙΝ, (ubi omninò legendum ἈΔΕΙΝ) δοκεῖ τὰ ⸗ ἈΝΈΜΩΝ ἈΤΑΛΜΑΤΑ. Orpheus Hymn. Apoll.

Πᾶνα θεὸν διχέρωτ' ἀνέμων συρίσμαθ' ἱέντα.

Rectè Cl. Boden contulit Claudian. de raptu Proſerpinæ, L. I, v. 206, & de Nupt. Honor. & Mar. & Manil. II, 651, & Apuleium, L. II Aſini aurei ſic loquentem: arbores clementi motu brachiorum OBSIBILABANT.

[P. 18, l. 17,] Μῆλα ἐρῶντα πίπτειν. Malè Jungermanus μῆλα pro ovibus accepit, & interpretatus eſt: pecora amore languentia humi decumbere. Rectè Amyot: on eût dit que les pommes amoureuſes ſe laiſſoient tomber par terre. Nuſquam μῆλα, niſi apud Poëtas, deſignat oves. Infrà L. III, p. 100 Ed. Moll. ΜΗΛΑ ΗΔΗ ΠΕΠ-

ΤΩΚΌΤΑ ΚΆΤΩ. Hoc autem ἐρῶντα diſplicuit Cl. Boden. Nam, inquit, cujus amore capiuntur mala? telluriſne, cujus gremio exeipiuntur, quam granis reddunt prægnantem? Longiùs hæc illi petita videntur: undè conjicit ἐρῶντι, vel εἰς ἔρωτα; quod ſimul, inquit, Veneri ſacra eſſent, ſimul ab Amantibus legebantur, ad provocandum laceſſendumque amorem, & muneri ab Amantibus ferrentur; quod probat è Theocrito Id. III, 10, V, 88, VI, 6, Virgilio Eclog. III, 64, II, 52, Horat. L. I, Ep. I, 77, & ex Heliodor. Æthiopic. L. III p. 132 Ed. Commelin. Miror Cl. Boden non contuliſſe & hunc Longi locum L. III, p. 101 Ed. Moll. qui mirè appoſitus videtur ad hanc emendationem confirmandam: ὁ τευγῶν ἐφύλαττε τὸ καλὸν ΜΗΛΟΝ ΕΡΩΤΙΚΩ̃ ποιμένι. At verò eùm Sophiſtam redoleant præcedentia, τὰς πόλεμους ᾄδειν κ.τ.λ. καὶ τὰς ἀνέμους συρίττειν κ.τ.λ. & multò magis ſequentia, τὸν ἥλιον φιλόκαλον ὄντα πάντας ἀποδύειν, hinc ſequitur receptam ab omnibus lectionem & interpretationem magis Sophiſtæ, interdùm laſcivienti, convenire, nec proindè temerè ſollicitari debere.

[P. 18, l. 19.] Θαλπόμενος τούτοις ἅπασιν. Tres Codd. R. & C. Flor. θαλπόμενος ὑφ' ἅπασιν; ſed minùs benè. Infrà L. II, p. 64 Ed. Moll. τούτοις ἅπασι θερμότεροι γενόμενοι & θρασύτεροι.

[P. 18, l. 21.] Ἐνδινεύοντας. In Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. ἐνδινέοντας. Cæteræ Edd. & Codd. ἐνδινεύοντας; utrumque dicitur. Theocrit. Id. XV, v. 82, habet ἐνδινεῦντι; Heliodorus L. III, p. 132, ἐνδινεύων, & p. 192, δινεύοντες.

[P. 19, l. 3.] Ἐπὶ πολὺν μὲν χρόνον εἶχε. Cùm ἔχειν à Græcis uſurpatur pro verſari in aliquâ re, ſemper conjungitur cum ἀμφὶ, vel περὶ, ut infrà L. IV, p. 121 Ed. Moll. περὶ θήραν εἶχε, & nunquam ſimpliciter ſic dicitur.

Hinc Cl. Hinlopen poſt εἶχε addendum cenſet κάμαλον, ut ſuprà p. 16 Ed. Moll. κάμαλον πολὺν ἔχον τὰς οἷς συλλέγονλες. Sed rectè & verè Cl. Wyttenbach emendat, ὅτι πολὺ μᾶλλον πόνον (pro χρόνον) εἶχε. Summus Valekenær. ad hæc Theocriti Id. VII, v. 139, τέτλιστες λαλαγεῦνλες ΕΧΟΝ ΠΟΝΟΝ, elegantem illam, ut vocat, loquendi formulam appoſitis illuſtrat exemplis, & ex ejusdem Theocriti Idyllio XXII, v. 187, profert πόνον εἶχον, ex Herodoto, L. II, p. 110, ὅτε ἀρότρῳ ἀναῤῥηγνύνλες αὔλακας ΕΧΟΥΣΙ ΠΟΝΟΥΣ, ὅτε σκάλλονλες; denique è Pauſaniâ, L. IV, p. 318, ΠΟΝΟΝ ΕΙΧΟΝ ΠΟΛΥΝ... τελαλμένοι, quod Cl. Wyttenbachii conjecturam mirè confirmat. Sic in Bionis Epirhalam. Achillis & Deidamiæ, pro παρθενικὸν ΚΟΡΟΝ εἶχεν, Joſephus Scaliger legit ΠΟΝΟΝ. Infrà, L. II, p. 33 Ed. Moll. pari conſtructione, πρᾶλμα (vel potiùs πράλμαλα) ἔχον ἐείφως ΔΙΩΚΩΝ. Notandum autem pro ὅτι πολὺν, in C. R. I, ἐπιπολὺν, & in C. III ἐπίπολυν haberi. Amyot autem vertens, demeura encore long-temps, videtur legiſſe χρόνον pro πόνον.

[P. 19, l. 4.] Δεινὰι δακεῖν. Sic prorsùs loquitur Philoſtrat. Ep. XXII, p. 922.

[P. 19, l. 5.] Διώκοινλο. Jungermanus: ἴσως ἰδιώκονλο, & comma præcedens delendum. Amyot vertit: les mouches qui fort la moleſtoient & la piquoient quand elle les chaſſoit.

[P. 19, l. 7.] Νεβείδι. Summus Toup. Animadverſ. in Scholia Theocrit. Id. I, p. 209, idem eſſe notat πάρδαλιν & παρδαλῆν ἐνῆφθαι, ut λέοντα & λεονλῆν πεελιβεβλῆσθαι. Sic Cornutus, à nobis mox edendus, De nat. Deor. c. 27, ΝΕΒΡΙΔΑ δ', ἣ πάρδαλιν, αὐλὸν ἐνῆφθαι.

[P. 19, l. 8.] Τὸν γαυλὸν ἀναπλήσαι οἴνυ καὶ γάλακλος. Sic ſuprà p. 9 Ed. Moll. ἐκοινώνυν γάλακλος καὶ οἴνυ. Sic infrà L. II, p. 64 Ed. Moll. ἔπιον οἶνον, μίξαν-

τῆς γάλα. Obſerva autem miram vini cum lacte commixti potionem, quam rectè Mollius dicit eſſe οἰνόγαλα; de quo vide Fœſium, Œconom. Hippocrat. in Οἰνόγαλα p. 446 Ed. Francofurt. 1588, ubi refert, hujusce potionis ex vino & lacte commixtis paratæ (cujus ferè ſimilem etiamnunc hodiè habent Angli) meminiſſe Hippocratem, L. VII Epidem. & ſcripſiſſe ab eâ choleram morbum generari. Malè hîc Amyot, cui illa potio erat incognita: & emplit un pot de vin, & un autre de lait.

[P. 19, l. 10.] Ἤδη τῷ ὀφθαλμῶν. Hoc τῷ quod in tribus Codd. R. & in aliis omnibus Edd. legitur, è Mollianâ Ed. & hinc è priori Par. & è Lipſienſi excidit.

[P. 19 l. 12.] Ἐπ' ἀνθῶν. Sic divisìm, poſt Reitzium ad Lucian. tom. II, p. 537, edidit Cl. Dutens. Sic quoque conjecit Huetius. Omnes aliæ Edd. conjunctìm, ἐπανθῶν. Cl. Wyttenbach: hoc ἐπανθῶν ἐνέπιπλε τὸ κάλλος nihili eſt; neque ſi legas ἐνέπιπλε ΕΙΣ τὸ κάλλος, quidquam proficias. Puto legendum, ΤΗ̃ μὲν γὰρ γομνὸν ΟΡΩΣΗ Δάφνιν ἐνέπιπλε, vel ἐνέσκηψε, τὸ κάλλος.

[P. 20, l. 3.] Μήλῳ τὸ πρόσωπον αὐτῆς. In Anthologiâ, L. IV, 12, 59:

> Ἄλσος δ' ὡς ἐκόμεσθα βαθύσκιον, εὕρομεν ἔνδον
> ΠΟΡΦΥΡΕΟΙΣ ΜΗΛΟΙΣΙΝ ΕΟΙΚΟΤΑ παῖδα Κυθήρης.

Quod expreſſum è Theocrito Id. VII, v. 117:

> Ὦ μάλοισιν Ἔρωτες ἐρευθομένοισιν ὅμοιοι.

[P. 20, l. 3.] Λευκὸν δὲ ἐνερευθές. Hunc Longi locum protulit Cl. D'Orville ad Chariton. p. 161 omninò videndus. Eleganter Muſæus v. 58:

> Ἄκρα χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν,
> Ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον.

Caſaubonus ad hunc locum à Jungermano, & hinc à Mollio laudatus, docet Animadverſ. ad Athenæum I, XX, p. 60, 18 Ed. Lugdun. 1621, aliud Græcis eſſe ἐρυθὲς, aliud ἐνερυθές; illud eſſe rubrum, hoc rubenti affine, ſive è flavo rubrum, ἐρυθός τι ἔχον, ut loquitur Galenus, ſeu potiùs μετρίως ὑπέρυθρον, ut ipſe Dioſcorides, L. VII, de araneorum veneno agens, τὸ ἐνερυθὲς explicat. Hoc ἐνερυθὲς, quod remiſſam & valdè dilutam notat rubedinem, colorem optimi ſanguinis eſſe, ſunt è Medicis qui ſcribant, ut Actuarius, lib. de urinis, cap. quarto; undè Chloës πρόσωπον hîc rectè dicitur ἐνερυθὲς, præſertim cùm, obſervante eodem Caſaubono, in ſecundo Galeni θεραπευτικῆς μεθόδου, ceu affines colores ponantur ἐνερυθὴς & λευκὸς ἀκριβῶς, & à Dioſcorid. libro IV, ſideritidis folia dicantur ὑπόλευκα ἐνερυθῆ, hoc eſt, medii coloris inter album & rubrum. Caſaubonus ibid. monet paucos obſervaſſe quam vim particula ΕΝ habeat in hâc dictione, & in ſimilibus, ubi eodem modo accipienda eſt, ut in ἔγκιρρος, ἐμπόρφυρος, ἔγχλωρος, ἔμπικρος, ἔγχνοος; non enim otioſam eſſe hanc particulam, neque, ut multi putant, ſignificationem intendere, ſed minuere potiùs. Tandem addit, in Theophraſti libello de coloribus ἔμπυρρον & λευκόπυρρον ejusdem coloris appellationes eſſe inventas. Quæ doctiſſimi Critici verba, quamvis paulò longiuſcula, ideò produxi, ne quis miraretur Chloës πρόσωπον ſimul λευκὸν καὶ ἐνερυθὲς dictum fuiſſe, id eſt, blanc & vermeil, ut vertit Amyot.

[P. 20, l. 6.] Ἐπέλειχεν. Hæc eſt ſuaviſſima, elegantiſſima & unicè vera primi Cod. Reg. lectio, quam à me indicatam & vehementer probatam in textum recepit Cl. Dutens. Minùs benè cæteræ Edd. & Codd. ἐπέρειχεν. Quemadmodùm ſuprà Daphnis hærentem capiti Chloës corollam ardens detrahit, & avidè oſculatur, & Chloë viciſſim Amoris œſtro percita, ſuî Daphnidis veſtibus depo-

ſitis dulcia infigit oſcula tota imminens, ità & hîc Daphnis fiſtulam roſeis & calentibus Chloës labellis animatam & ſuavi aurâ afflatam, allambit inhians; &, ſi quis adhuc ſpiritus inter calamos errat transfuſus, ſemihiulco ore premens, colligit, inhærens exhaurit, exſugit. Proximè accedit Amyot vertens: pour toucher de la langue & des levres là où elle avoit touché des ſienues.

[P. 20, l. 8.] Τὴν Χλόην ἐφίλει. Duo primi Codd. R. omittunt ἐ, & cum Cod. Urſin. pro ἐφίλει ponunt ἐξεφίλει, quod ultimum Urſino placuit. Amyot vertit: pour avoir occaſion de la baiſer à demi, en baiſant la flûte où elle avoit touché.

[P. 20, l. 12.] Πᾶσαν αὐτὴν ἔβλεπεν. Hîc πᾶσαν, pro ὅλην, ut jam ſæpe alibi obſervatum. Achill. Tat. Ed. Cl. Boden, L. V, p. 440, ΠΑΝΤΑ ὃ ΕΒΛΕΠΕΝ ἐμέ. Et L. I, p. 30, ΕΒΛΕΠΟΝ ΑΝΑΙΔΩΣ, ut hîc, εἶα μηδὲν ΑΙΔΟΥΜΕΝΟΣ. Xenophon Epheſ. L. I, p. 11, ΑΠΑΝ αὐτῷ τὸ πρόσωπον ἀποπάζεται. Et L. III, p. 48, περιβεβλήκει ὃ ΑΠΑΣΑΝ. Theocrit. Id. II, v. 96, ΠΑΣΑΝ ἔχει με τάλαιναν ὁ Μύνδιος. Et v. 106, ΠΑΣΑ μοὶ ἐψύχθην.

[P. 20, l. 14.] Καὶ αὐτῇ ἠρέμα. Tres Codd. R. & Codd. Flor. & Urſ. Urſino probante, κρύφα ἠρέμα, pro Ϲ αὐτῇ ἠρέμα. Hinc Mollius, qui Columbanii notam non intellectam deſcripſit, tanquam de ſuo legendum conjecit κρύφα, pro ἠρέμα, quod abſurdum. Columbanius autem indicaverat in Codd. Flor. & Urſ. ità legi κρύφα, pro καὶ αὐτῇ, ut tamen retineatur proximè ſequens ἠρέμα; quam lectionis varietatem non admittendam cenſeo, cùm teretes & religioſas aures offendere debeant duo adverbia ſic conjuncta, κρύφα ἠρέμα. Si quid mutandum eſſet, legere mallem ΚΑΘ' ΑΥΤΟΝ (pro καὶ αὐτῇ) ἠρέμα. Nicetas Eugenianus inditus, in ſecundo de amoribus Droſillæ & Chariclis libro:

Καὶ ΚΑΘ' ἑΑΥΤΟΝ ἐτραγῴδων ἩΡΈΜΑ.

Hîc autem dicitur ἠρέμα ὑπεφθέγγετο, ut suprâ vidisti p. 17 Ed. Moll. πολαμοὺς ἩΡΈΜΑ ῥέοντας. Amyot autem vertit : & dit à part lui (καθ' αὑτὸν) ces paroles tout bas.

[P. 20, l. 14.] Καθεύδουσιν ὀφθαλμοί. Lego οἱ ὀφθαλμοὶ, ut infrà, οἷον δὲ ἀποπνεῖ ΤΟ στόμα.

[P. 20, l. 15.] Ἀποπνεῖ τὸ στόμα. Anacreon Od. VI, ΣΤΟΜΆΤΩΝ ἁδὺ ΠΝΕΌΝΤΩΝ.

[P. 20, l. 15.] Οὐδὲ τὰ μῆλα. Aristænet. Ep. XII, p. 31 Ed. Cl. Abresch. τὸ ἆσθμα ἡδύ· ἢ δὲ ΜΉΛΩΝ, ἢ ῥόδων πόμασι συμμιγέντων, ἀπόζειν φιλήσας ἐρεῖς; de quo loco vide Cl. Wyttenbach in aureâ illâ Ep. Crit. p. 50, ubi rectè confert & hæc Philostrat. Icon. I, p. 787: καὶ ὡς ἡδὺ τὸ ἆσθμα, εἰ δὲ μήλων ἢ βοτρύων ἀπόζει, φιλήσας ἐρεῖς, quomodo & in Aristæneto legendum, pro ἢ δὲ & ἀπόζειν.

[P. 20, l. 16.] Οὐδὲ αἱ λόχμαι. Ingeniosè, ut omnia, Cl. Wyttenbach conjicit ὄχναι, ob præcedens μῆλα ; sed & è saltibus ac sylvis suavissimus odor afflatur, qui manè subeuntium nares titillat, & dulcissimo voluptatis sensu leniter permulcet.

[P. 20, l. 17.] Δάκνει τὴν καρδίαν. Plato in Sympos. p. 192 Ed. Cl. Fischer. τὴν ΚΑΡΔΊΑΝ γὰρ, ἢ ψυχὴν... πληγείς τε καὶ ΔΗΧΘΈΙΣ. Confer Xenophont. Memorab. Lib. I, c. 3, p. 32 Ed. Cl. Etnesti, ubi suavia cum φαλαγγίων ΔΉΓΜΑΣΙ comparantur, & in Sympos. p. 141 Ed. Bachii, ubi sanctus ille Socrates, qui puer formosi Critobuli capiti & humero caput & nudum applicuerat humerum, hoc contactu inflammatus in hæc verba erumpit: φεῦ ταῦτ' ἄρα ἐγὼ ὥσπερ ὑπὸ ΘΗΡΊΟΥ τινὸς ΔΕΔΗΓΜΈΝΟΣ, τόν τε ὦμον πλεῖον ἢ πέντε ἡμέρας ὤδαξον, καὶ ἐν τῇ ΚΑΡΔΊᾳ ὥσπερ ΚΝΉΣΜΆ τι ἐδόκουν ἔχειν.

Scilicet tantum virum momorderat τοῦτο τὸ θηρίον ὁ καλοῦσι καλὸν καὶ ὡραῖον, ut ipſe dicit Memorab. L. I, c. 3, p. 32.

[P. 20, l. 18.] Τὸ νέον μέλι. Jungermanus è Plinio, L. XXI, c. 13, probat in Ponto, apud gentem Sannorum, mel naſci, quod ab inſaniâ quam gignit, μέλι μαινόμενον vocant, cujusque meminêre Strabo L. XII, Diodor. Sicul. & Dioſcorides: nec tamen ideò μαινόμενον, pro νέον, reponendum; quamvis novum mel μαινεποιὸν neminem dixiſſe, vel ſcripſiſſe, putet. Idem monet Cl. Rhodomanum, probante illuſtriſſimo Grotio, conjeciſſe πονῆικὸν μέλι, ſeu νέον ἐν Πόντῳ μέλι, quod ad inſaniam certi temporis adigebat, indicaſſeque de eo locum Xenophont. è Libro quarto Ἀναβάσεως, p. 202 Ed. Henrici Stephani 1581, ubi refertur milites qui ex eo melle comediſſent, ſtatim mente commotos fuiſſe; eos qui minùs ederant, temulentis ſimiles redditos, qui plus aliquantò, furentibus (μαινομένοις); at poſterâ die, eâdem ferè horâ quâ fuerant hoc incommodo affecti, eos reſipiſcere cœpiſſe. Si quis ſcire velit quàm audacter, ne quid pejus dicam, Jungermanum, quem non laudat, Mollius deſcribere ſoleat, illi adeunda eſt Mollii ad hunc locum nota. Cl. autem Boden annotat ſe retinuiſſe τὸ νέον μέλι, quia Ponticum iſtud mel non niſi novum, fuit pernicioſum, quod ex Plinio patet L. XXI, c. 13. Sic & Amyot vertit: comme le miel nouveau. At ego ſemper petam quomodo Ponticum illud mel ſimpliciſſimo illi paſtori innoteſcere potuiſſet. Undè etiam nunc de hoc loco ampliandum cenſeo, quamvis illud ΩΣΠΕΡ ΤΟ ΝΕΟΝ μέλι proximè accedat ad ΩΣ ΠΟΝΤΙΚΟΝ μέλι

[P. 20, l. 19.] Ὀκνῶ δή. Hoc δή, quod ab omnibus Edd. abeſt, è Cod. Urſ. Urſino probante, revocavi.

[P. 20, l. 20.] Οὐκ ἐάσουσιν αὐτὴν καθεύδειν. Simili impetu apiculam alloquitur Strato in Epigrammate apud ſum-

mum Toup. Appendicul. notar. in Theocrit. p. 211:

Οὐ πάυσῃ βομβεῦσα, & ἀνθολόγοισι θέλυσα
Ποσσὶν ἐφάψασθαι χερὸς ἀκροτάτης.

Sic in Cantic. Canticor. c. 2, 7: ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐν δυνάμεσι καὶ ἐν ἰσχύσεσι τῆς ἀγροῦ· ἐὰν ἐγείρητε & ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην (id eſt, ἀγαπωμένην) ἕως οὗ θελήσῃ, pro quo meliùs ibid. c. 3, 5, & 8, 4. ἕως ἂν θελήσῃ. Elegans imprimis in hunc ſenſum CRUDELIS, nobiliſſimi Poëtæ Itali, ᾠδάριον:

Voi, freſchi venticelli,
Spirate dolcemente;
Voi, limpidi ruſcelli,
Scorrete ſoavemente;
Voi, delicati fiori,
Intorno a lei creſcete;
Voi, Ninfe, e voi, Paſtori,
Taciti il pie movete;
In queſta valle ombroſa
La mia Fille ripoſa.

Quo nihil in toto Anacreonte ſuavius arridet.

[P. 21, l. 5.] Θηράσαι θέλυσαν. Operarum vitio in Ed. Moll. θηείσαι.

[P. 21, l. 6.] Ἐπομένη. Sic ſuprà p. 15 Ed. Moll. κύνες ἑπόμενοι. Columbanius obſervat in Codd. Flor. & Urſin. Urſino probante, pro ἑπομένη, legi ἐπ' ἐκείνῃ, quod & ad tertii Cod. Reg. oram conjectum. Mollius, qui Columbanii notas, quas deſcripſit, ſæpe non intelligit, quaſi de ſuo addendum proponit ἐκείνῃ, quod nollem receptum in noviſſimam Ed. Lipſienſem, in quâ ἑπομένη ἐπ' ἐκείνῃ, quaſi illud ἐπ' ἐκείνῃ eſſet additamentum, non autem varians lectio τῇ ἑπομένῃ.

[P. 21, l. 6.] Τὸν μῦν ὡς ἠδυνήθη. Malè in Ed. Moll. & hinc in prior. Par. & in noviſſimâ Lipſienſ. τῷ μῦν, cùm referatur ad maſculinum τέττιξ, qui ſuprà dicitur φεύγων χελιδόνα.

[P. 21, l. 9.] Μέγα βοήθημα. Similem narrationem apud Achillem Tatium videbis L. II, p. 120 & 122 Ed. Cl. Boden.

[P. 21, l. 14,] Ἐκ τῶν κόλπων. Hìc κόλπων, pro κόλπῳ, ut infrà, L. I, p. 26 Ed. Moll. ἐμπίπλει αὐτῆς τοῖς ΚΟΛΠΟΙΣ; & L. IV, p. 145, τῷ Χλόην ἐν τοῖς ΚΟΛΠΟΙΣ εἶχε. Ubi Mollius rectè obſervat hujusce dictionis frequenter pluralem pro ſingulari poni. Sic & Heliodorus, L. IV, p. 186 & 192, habet ἐκ & ὑπὸ τοῦ κόλπων.

[P. 21, l. 17.] Προφάσεως λαβόμενος. Sic loquitur Achill. Tat. L. VIII, p. 636.

[P. 21, l. 18.] Τὸν βέλτιστον. Sic ſuprà p. 13 Ed. Moll. ὁ βέλτιστος Δάφνις. Sic Lucian. tom. II, p. 784, in Icaromenippò: ὁ βέλτιστος Γανυμήδης.

[P. 21, l. 20.] Ἐφίλησε λαβεῖν. Sic Cl. Dutens & Cl. Boden ediderunt è Cod. Urſini cujus lectionem pro ſuâ emendatione venditans Mollius, notam deſcripſit Columbanii docentis hoc ἥδιον ἰδεῖν eſſe παρήχησιν, quale χῆμα eſt illa vox Apollodori Athenienſis pictoris: μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Omnes aliæ Edd. ἐφίλησε δὲ λαβεῖν, pro quo prior Par. Editor conjecit καὶ λαλαβεῖν, quod ſatis arridet Cl. Bodeno.

[P. 22, l. 1.] Αὐτὴν τότε. Sic tres Codd. R. & C. Flor. Fulvii Urſini, Urſino probante, ac Urſinum ſequentibus Mollio & utroque Par. Editore & Cl. Boden. At in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. πόλιν, quod & ad tertii Cod. oram conjectum, & in Amyoti Codice, cùm verterit, une autre fois.

[P. 22, l. 1.] Βυκολικὸν φθεγξαμένη. Sic Edd. Flor.

Commelin. & Jungerman. ac tertii Cod. R. margo. At Codd. Flor. & Urſ. Urſino probante, tres Codd. R. Ed. Moll. & hinc utraque Par. & Lipſienſis, βυκολική. Mallem βυκολικὸν φθεγξαμένη. Sic infrà de eâdem dicit, p. 22, Ed. Moll. οἱ θεοὶ ποιῆσι τήνδε τὴν ὄρνιν, ὄρεσιον ὡς παρθένον, μυσπκὴν ὡς ἐκείνην, καὶ ἔτι νῦν ἄδυσα μηνύει τὴ συμφορὰν, ὅτι βῦς ζηλῆι πεπλανημένας, undè hîc dicitur βυκολικὸν φθέγξεσθαι. Infrà habes, L. II, p. 56 Ed. Moll. σύριγξος ἦχος ΠΟΙΜΕΝΙΚΟΣ, ᾧ ὅιος ἰὼς νομὴν ἡγεῖται ποιμνίων. Et p. 62, ἐσύριττεν ὅιον πείμναις φιλόν. Τερπνὸν ἦν τὸ ΠΟΙΜΕΝΙΚΟΝ.

[P. 22, l. 3.] Διδάσκει μυθολογῶν. Hæc eſt Huetii & prioris Ed. Par. conjectura, quam, à ſummo Valckenærio probatam, in textum recepit Cl. Dutens. Cæteræ Edd. μυθολογῆν. Infrà, L. III, p. 88 Ed. Moll. ἤρξατο αὐτῇ ΜΥΘΟΛΟΓΕΙΝ τὸν μῦθον τῆς Ἠχῦς, pro quo eleganter dicere potuiſſet μυθολογῶν. Suprà, p. 19 Ed. Moll. ἐδίδασκεν αὐτὴν ᾧ συρίττειν. Undè & hîc retineri poſſet διδάσκει ΜΥΘΟΛΟΓΕΙΝ.

[P. 22, l. 5.] Παρθένε, ὡς σὺ, ὕτω. Sic Cod. Urſin. Urſino & ſummo Valckenærio probantibus, & in verſionem Jungermano & Mollio, ac denique in textum recipiente Cl. Boden. Hinc Mollius tanquam de ſuo legendum proponit, ὕτω, ὡς σὺ, καλὴ, quod in ſuæ Ed. textum admiſit Cl. Dutens. Non deerunt fortaſsè qui conjiciant hæc ὡς σὺ, tanquam gloſſam τῷ ὕτως, rectè abeſſe poſſe. Cl. autem Hinlopen & poſt ἡλικίᾳ addendum putat ὡς σύ. Amyot autem vertit: une jeune garce belle & jolie en fleur d'âge, comme toi (ὡς σύ).

[P. 22, l. 6.] Ἐν ἡλικίᾳ. Codd. Flor. & Urſ. Urſino probante, ἐν ὕλῃ, quod pro ſuâ emendatione venditat Mollius. Præfero ἐν ἡλικίᾳ, id eſt, ætate florens; niſi fortè quis hîc legere mallet ἐν ὕλῃ, quòd infrà habeatur ποιῆσι

τήνδε τὴν ὄρνιν, ὄΡΕΙΟΝ ὡς παρθένον, μουσικὴν ὡς ἐκείνην. Suptà vidimus Amyotum legisse ἐν ἡλικίᾳ, & vertisse: en fleur d'âge.

[P. 22, l. 10.] Καὶ τὴν Πίτυν. Hanc vocem solus majusculâ, ut vocant, literâ exarandam curavi; agitur enim de Pinu puellâ, quam, ut verba Jungermani usurpem, p. 207, Pan amavit, amavit pariter & Boreas, qui se postferri Pani videns, in saxa projectam puellam interfecit, cujus miserta Terra in arborem cognominem mutavit. Ejus rami Pani in coronas solemnes fuere posteà. Hæc autem adnotavit Jungermanus ad illa L. II, p. 37 Ed. Moll. ἐκάλουν τὴν Πᾶνα βοηθὸν, ὡς καὶ αὐτὸν τῆς Πίτυος ἐρασθέντα.

[P. 22, l. 11.] Παρέμενον. Huetius conjecit παρένεμον.

[P. 22, l. 12.] Μακράν. Tres Codd. R. μακρά.

[P. 22, l. 13.] Φιλονεικήσας πρὸς τὴν μελῳδίαν. C. Urs. omittit πρὸς, quod Ursino placuisse miror, cùm eleganter apud Platonem aliosque optimos Scriptores dicatur, φιλονεικήσας ΠΡΟΣ τὴν ἀρετήν. Plutarchus in Fabio, p. 180, C. ΠΡΟΣ τὴν συνάρχοντα ΦΙΛΟΝΕΙΚΕΙ. Et in Agide, p. 799, D. ΠΡΟΣ τοὐναντίον ἘΦΙΛΟΝΕΊΚΗΣΕ.

[P. 22, l. 15.] Φωνὴν ἀντεπεδείξατο. Hæc vox notat summam contendentis ambitionem & ardentissimam vincendi cupiditatem. Philostrat. in vit. Sophistar. L. I, p. 491: ἔθελγε δὲ αὐτοὺς καὶ τῇ ἐπιτάσει τοῦ λόγου, ὃ ἐκεῖνοι μὲν ᾠδὴν ἐκάλουν, ἐγὼ δὲ φιλοτιμίαν, ἐπειδὴ τοῖς ἈΠΟΔΕΔΕΙΓΜΈΝΟΙΣ ἐφυμνεῖται; ubi rectè Olearius emendat ἘΠΙΔΕΔΕΙΓΜΈΝΟΙΣ. Nam ἐπιδείξεις erant ventosorum illorum Sophistarum declamationes ad pompam apparatumque compositæ.

[P. 22, l. 16.] Θέλξας. Sic suptà L. I, p 17 Ed. Moll. capræ dicuntur σύριγγι θέλγεσθαι.

[P. 22, l. 18.] Τῇ ἥττῃ. Sic in Edd. Flor. Commel. Jungerman. & Moll. At prior Par. Editor conjecit τῇ ΤΕ,

quod & in textum recepiſſe Cl. Dutens, & in notis probaſſe Cl. Boden miror.

[P. 22, l. 20.] Τήνδε τὴν ὄρνιν. C. Flor. omittit τήν. De illâ autem repetitione articuli, cujus plura in Longo exempla, vide J. F. Reitz. ad Lucian. tom. II, p. 70.

[P. 22, l. 21.] Ὄρειον ὡς παρθένον, μουσικὴν ὡς ἐκείνην. Cl. Wyttenbach. tranſponendum conjicit ὄρειον ὡς ἐκείνην, μουσικὴν ὡς παρθένον, vel legendum ὡραίαν, pro ὄρειον. Fortè paulò audacior eſſet conjectura, ſi quis ità emendare tentaret, ᾠδικὴν (pro ὄρειον) ὡς ἐκείνην παρθένον; ut μουσικὴν eſſet gloſſa τῇ ᾠδικήν: vel ποιοῦσι τήνδε τὴν ὄρνιν ὄρειον, μουσικὴν ὡς παρθένον ἐκείνην: id eſt, & hanc montanam avem faciunt muſicam, ut illam virginem. Proximè accedit Amyot, vertens: & eu firent un oiſeau de montagne, qui aime à chanter, comme elle faiſoit quand elle étoit fille.

[P. 23, l. 4.] Μετοπώρᾳ. Rectè Amyot, l'arriere ſaiſon de l'automne.

[P. 23, l. 4.] Ἤδη περκάζοντος. Hanc prioris Editoris Pariſienſis, cui, ut Cl. Bodeno, aliquid poſt βότρυος deeſſe videbatur, conjecturam in textum recepit Cl. Dutens, & Amyot ſic in ſuâ verſione expreſſit: quand le raiſin fut meur & prêt à vendanger. Ab aliis autem omnibus Edd. & à tribus Codd. R. abeſt illud ἤδη περκάζοντος. Proprium verò in hoc ſenſu περκάζειν. Homer. Od. H, 125, ἕτεραι δ' ὑποπερκάζουσι. Achill. Tat. L. II, p. 110, κῆ μικρὸν ὁ βότρυς ὑποπερκάζεται. Idem Longus infrà, L. IV, p. 104 Ed. Moll. habet βότρυν περκάζουσαν, ubi, operarum vitio, in Ed. Moll. περικάζουσαν.

[P. 23, l. 5.] Ληϊσταί. Nunquam à piratis & à latronibus tuta ſatis fuit amœniſſima illa & omnibus affluens deliciis inſula, quæ mihi præter alias arrideret, & in quâ utinam aliquandò ſuaviſſimos illos, & magno Geſnero

dignos, Daphnidis Amores relegere poſſim, ut diuturnam videndæ Græciæ ſitim expleam. De hujusce inſulæ piratis & latronibus ſic Cl. Pocock, Deſcription de l'Orient, tom. IV, p. 383 verſionis Gallicæ, ubi agit de hodiernâ METELIN, quæ veterum fuit Lesbos : « Comme « cette iſle eſt voiſine du continent, elle eſt ſouvent infeſ- « tée en été par les voleurs. Ils s'y rendent ſur de petits « bateaux, & ſe cachent dans les bois ; & après avoir dé- « pouillé les paſſants, ils s'en retournent chez eux avec leur « butin ». Vide eumdem ibid. p. 368, 374 & 377. Infrà in Longo L. II, p. 60 Ed. Moll. Philetas, Lamon & Dryas gloriantur, ὡς πολλὰς ΛΗΣΤΩΝ ΚΑΤΑΔΡΟΜΑΣ διέφυγον.

[P. 23, l. 5.] Καϱικήν. Vide Heſychium in Καϱικῷ πλοίῳ. Idem Καϱῖται interpretatur πειραταί.

[P. 23, l. 6.] Ἡμιολίαν. De hoc navigii genere, quo breviore, & velociore, & prædas in mari agentibus aptiſſimo, uti ut plurimùm conſueverant piratæ, vide laudatos à Mollio, Bayſium de re navali, Schefferum de militiâ navali, L. II, c. 2, & præſertim Salmaſium in Obſervat. ad jus Atticum & Rom. ubi monet Suidam ἡμιολίοις explicaviſſe πειραϱικοῖς πλοίοις. Apud Suidam in Ἡμιολίοις, tom. II, p. 61, incertus auctor, quem Salmaſ. Polybium eſſe ſuſpicatur : ΛΗΣΤΑΊ τινες ὡς πολυχειρίαν ϰ᾽ ΠΕΙΡΑΤΙΚΑΪΣ ΗΜΙΟΛΙΑΙΣ τῇ Λαϰωνιϰῇ προσενεχθέντες, ὡς τὰ χωρία ἐσωσάμενοι, λείαν ἀπήγαγον. De ἡμιόλιον autem, quod ſeſcuplum & ſeſcuplex, ſeu ſeſqualteras, vel ſeſquialteras ſignificat, vide eumdem Salmaſ. de modo uſurarum, p. 331 & ſeqq.

[P. 23, l. 6.] Ὡς ἴσως μή. C. Urſ. omittit ἴσως ; at Amyot : à cette fin peut-être.

[P. 23, l. 6.] Δοϰοῦσιν βάϱβαροι. Sic paſſim Tyrii dicuntur βάϱβαροι & πειραταὶ apud Xenophont. Epheſ. p. 22, c. 7, &c. De quo vide Cl. Hemſterhuſ. Miſcellan. Obſervat. vol. IV, tom. II, p. 283.

[P. 23. l. 8.] Καθέσυρον. C. R. III καθέρυζον.

[P. 23, l. 11.] Καὶ τὸν Δάφνιν. Hoc τὸν, quod ab omnibus Edd. abeſt, è Cod. Urſ. Urſino probante, reſtitui.

[P. 23, l. 12.] Ἀλύοντα. Solus in hoc Attico Scriptore ἀλύοντα cum ſpiritu aſpero edidi, quòd Attici, qui ideò δασυντὰι appellantur Tzetzæ ad Heſiodum Oper. v. 156 & 450, (dùm contrà Æoles dicebantur ψιλωτὰι, ſeu ψιλώτικοὶ, Euſtathio ad Il. Υ p. 1262) multas voces aſperarunt, inquit Pierſon. ad Mœrim Atticiſtam, p. 179, quas reliqui Græci cum ſpiritu leni efferebant, quales ſunt ἄθυρμα, ἀνύειν, ἀθρόος, ἄδην, ἀμὶς, ἀραιὸς, ἀλεαίνειν, ἄρκυες, ΑΛΥΕΙΝ κ.τ.λ. De ſignificatione autem vocis ἀλύειν ſic Cl. D'Orvill. ad Chatiton. p. 47: Herophilus apud Erotianum in Ἀλυσμὸς ponit τὸ ἀλύειν σημαίνομεν τῷ πλανᾶσθαι. Quod refutat Lexicographus; ſed ſanè vagari aptè redditur, quia vagi etiam ſæpe non ſine mœtore & curis. Cl. D'Orvill. duo affert exempla; unum ex Heliodor. L. II, p. 116, alterum ex Ælian. L. IX, Var. Hiſtor, c. 25. Liceat addere Heliodor. L. II, p. 97, conjunxiſſe ἀλύοντα καὶ πλανώμενον. Suprà apud eumdem, p. 93, ΑΝΑΛΥΟΝΤΑ τὴν ὄχθας, in ripâ oberrantem; & L. II, p. 112, ΑΛΥΟΝΤΙ μοι καὶ πλὴν πόλιν. Xenophon. Epheſ. L. I, p. 17, οἱ μὲν καθεύδοντες, οἱ δὲ ΑΛΥΟΝΤΕΣ. Et L. V, p. 80, περιῆει πλὴν πόλιν ΑΛΥΩΝ, ἀποεία μὲν τῇ καὶ τὴν Ἀρτέμιδα, ἀποεία δὲ τῶν ἐπιτηδείων. Notandum autem in hoc Longi loco Cod. Urſin. & duos primos Codd. R. habere ἀλύοντα δὲ πλὴν θάλατταν, pro δὲ πλὴν θάλατταν ἀλύοντα, & ad marginem tertii Cod. R. legi, ἴσως, ἀλύζοντα.

[P. 21, l. 13.] Ὡς κόρη. Malè C. Flor. & tertius Reg. γυνή. Ad hujuſce tertii oram κόρη, quod unicè verum. Sic infrà L. II, p. 65 Ed. Moll. τοσοῦτον τῇ Χλόῃ τὸ ἀφιλὲς ἦν ὡς ΚΟΡΗ. Et ibid. p. 66, ἢ δὲ ἔχαιρε καὶ ἐπίστευεν ὡς ΚΟΡΗ. Et paſſim alibi apud noſtrum.

[P.

[P. 23. l. 13.] Βραδύτερον τὰ πρόβατα ἐξῆγε τοῦ Δρύαντος. Hîc Mollius in notis duos proponit sensus: tardiùs quàm Dryas, scilicet solet; vel tardiùs Dryantis oves eduxerat: sed posterior sensus unicè retinendus est. Jam non enim ipse Dryas oves suas pascebat; suprà vidisti, p. 13 Edit. Moll. Doreonem à longo tempore Dryantis fuisse amicum, cùm Dryas ipsemet gregem suum pascebat, ἡνίκα αὐτὸς ἔνεμεν. Tunc autem Dryas νέμειν διὰ γῆρας ἐπαύσατο, ut infrà profitetur Philetas, L. II. p. 32 Ed. Moll. Infrà ibid. p. 60, Philetas, Lamon & Dryas, πολλὰ ἔλεγον, ὡς ἔνεμον ἡνίκα ἦσαν νέοι.

[P. 23, l. 16.] Μηδὲν, μηδέ. Hoc μηδὲ, quod ab omnibus Edd. abest, è Cod. Urs. Ursino probante, revocavi. Hoc & in suo Codice invenerat Amyot vertens, ne s'amuserent plus NY à poursuivre les chevres, ny &c. Multas negationes conjungere amant Græci.

[P. 23, l. 17.] Περιεργασάμενοι. Sic restitui è duobus primis Codd. R. & ex Ursin. Cod. Ursino probante. Omnes aliæ Edd. περιεργαζόμενοι.

[P. 23, l. 18.] Κλᾴοντα. Pro κλαίοντα, quod in omnibus Edd. & Manuscriptis, restitui formam Atticam κλᾴοντα, monentem secutus Mœrim Atticistam, p. 231, ad quem omninò vide Cl. Pierson.

[P. 24, l. 2.] Δῶρον. Deest in tribus Codd. R. sed ad tertii oram conjectum est. Hoc δῶρον & à Cod. Amyoti aberat, qui illud in suâ versione non expressit. Sic apud Theocrit. Id. IV, v. 29, pastor de fistulâ loquens:

Ἐπεὶ ποτὶ Πῖσαν ἀφέρπων
Δῶρον ἐμίν νιν ἔλειπεν.

Apud nostrum infrà L. I, p. 24, χαρίζομαι δὲ καὶ τὴν σύριγγα αὐτήν. Et L. III, p. 70, σύριγξ δῶρον ἐρωτικὸν γεγενημένη.

[P. 24, l. 4.] Αὐτὴν βοῶντος. Duo primi Codd. R. αὐτῇ, quod & in C. Flor.

[P. 24, l. 7.] Πληγαῖς νεανικαῖς. Hîc νεανικαῖς eſt vehementibus; quam eſſe interdùm hujusce vocabuli vim monet J. M. Geſner. ad Lucian. tom. III, p. 342. Sic auctor libri de fluviis, qui Plutarcho tribuitur, de Hydaſpe loquens, c. 1, p. 1147: ἔστι δὲ τῆς Ἰνδίας (ποτάμιος) ΝΕΑΝΙΚΩΣ καταφερόμενος εἰς τὸν Σαρωνίτικὸν Σύρτιν.

[P. 24, l. 9.] Φερομένῳ. Sic Edd. Flor. Commel. Jungerman. Moll. & prior Par. At Codd. Flor. & Urſin. Urſino probante, χειμένῳ; quam lectionis varietatem, & ad C. R. III marginem conjectam, ut ſuam emendationem proponit Mollius, & in textum recepêre Cl. Dutens & Cl. Boden. Mallem φερομένῳ, cujus hîc gloſſam puto eſſe χειμένῳ.

[P. 24, l. 9.] Ἰδὼν δὲ καί. Omiſſum fuerat illud δὲ in Ed. Jungerman. operarum vitio, quod Jungermanus in mendorum elencho agnovit.

[P. 24, l. 10.] Ἐμπύρευμα. Eſt autem ἐμπύρευμα, inquit Mollius, propriè carbo cineribus obrutus, ad accendendum ignem, quum opus eſt, relictus. Confer Virgilium:

Agnoſco veteris veſtigia flammæ.

Amyot vertit: la ſouvenance de ſon amour le réchauffa & renforça un petit.

[P. 24, l. 13.] Πρὸ τῶν βοῶν μαχόμενον. Suprà legitur p. 14 Ed. Moll. conferente & Cl. Huetio, ὃν ταῦρος ΠΡΟ ΤΩΝ ΒΟΩΝ ΜΑΧΟΜΕΝΟΝ διέφθειρε.

[P. 24, l. 14.] Σὺ δέ σοι ἡ Δάφνις. Sic reſtitui è Cod. Urſ. Urſino probante, ſicque unicè legendum cenſeo. Hoc & poſteà probatum Jungermano ſua vineta cædenti p. 241, in Indice typographicorum mendorum. In notis enim ſecùs conjecerat fortè delendum τὸ μοὶ, vel ſcribendum, σὺ δὲ μοὶ, quod malè legitur in Ed. Flor. in Mollii notis, in prioris Editoris Par. conjecturis, in Editoris Lipſienſis textu, ac in duobus primis Codd. R. Non enim Dorconi jamjam

morituro, sed Chloæ & victuræ & amanti, servandus erat Daphnis, & hîc σοὶ respondet sequenti κἀμοί. Pejùs Edd. Commelin. Jungerman. Moll. prior Par. & C. R. III, σοὶ δέ μοι. Malè in posterior. Ed. Par. σὺ δέ σοι καί μοι. Minùs feliciter Cl. Boden conjicit, σοὶ δὲ καί μοι Δάφνιν σῶσον.

[P. 24, l. 17.] Νέμωνταί ποι. Sic restitui, Florent. Cod. & tertii Regii marginem secutus. Minùs benè cæteræ omnes Edd. & Manuscripti μοι, pro ποι. Amyot vertens, bien loin de moi, videtur legisse μοι. Demosthenes κατὰ Μειδίου, tom. I, p. 565 Ed. Cl. Reiskii: εἰς μυστήρια τὴν γυναῖκα ἄγει, κἂν ἄλλοσέ ΠΟΙ βούληται. Thucydides, L. I, p. 38, 15 Ed. Duker. εἰ μὲν οὖν ἄλλοσέ ΠΟΙ βούλεσθε πλεῖν. Et L. VIII, p. 548, 63: ναῦς, ὁπότε ΠΟΙ πλέοιεν. Et p. 568, 8: εἰ ἄρα ΠΟΙ κίνοιντο αἱ νῆες. Infrà apud Longum L. IV, p. 135 Ed. Moll. αἶγας ἀπάξων αἵ ΠΟΥ νῦν διψῶσαι κ.τ.λ. Et L. III, p. 78, ἐβληχήσατό ΠΟΥ καὶ ποίμνιον, ἐσκίρτησάν ΠΟΥ καὶ ἄρνες.

[P. 24, l. 17.] Ἴθι δή. Malè Codd. Flor. & Urs. ἴσθι. Infrà eodem sensu, L. III, p. 93 Ed. Moll. ἴΘΙ ΔΗ πεῖσον Χλόην. Et L. III, p. 83, ἴΘΙ, παραδίδου. Alciphron, L. III, Ep. VIII, p. 294, ἴΘΙ, λαβὼν τὴν σύριγγα.

[P. 25, l. 1.] Χαρίζομαι δέ σοι. Hoc σοὶ, in tribus Codd. R. in Edd. Flor. Commel. Jungerman. Moll. & in priore Par. omissum, è Cod. Ursini, Ursino probante, cum Cl. Bodeno revocavi. Hoc σοὶ & in suo Cod. invenerat Amyot vertens, je te donne. Hanc Codicis lectionem sic immutatam, pro suâ conjecturâ Mollius venditavit, χαρίζομαι δὲ καὶ σοὶ, quod in textum recepit Cl. Dutens. Infrà, L. II, p. 63 Ed. Moll. Philetas τὴν σύριγγα χαρίζεται.

P. 25, l. 6.] Τοσαῦτα εἰπών. Sic & Theocritus de Daphnide moriente, Id. I, v. 138:

Χὠ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο.

[P. 25, l. 10.] Βόις. Malè hæc vox aberat ab Editione Moll. & hinc ab utrâque Par. cum in aliis omnibus legatur.

[P. 25, l. 10.] Ἀκύσσι. Jungermanus: ne quis fidem talibus abroget, inveniet apud Ælian. L. VIII, περὶ ζω. C. 19, parem & geminam prorsùs hiſtoriam de porcis, qui parirer ſuos raptores cum navi dedere peſsùm. Eam & Plin. L. VIII, c. 51, breviter ſic refert: compertum agnitâ voce ſuarii, furto abactos, merſo navigio, inclinatione lateris unius, remeaſſe.

[P. 25, l. 16.] Ἐκπίπλωσιν. Proprium in hoc ſenſu ἐκπίπλειν. Achill. Tat. L. III, p. 296: καλαδύσαι τὴν ναῦν, καὶ τοὺς ἄνδρας ΕΚΠΕΣΟΝΤΑΣ ἀνήρων. Confer hæc Luciani in Toxari, tom. II, p. 528: τῆς νεὼς βιαίοτερον ὡς ὁ κυκύφει μέρος, ἐπικλιθείσης, καὶ τῷ κύματος συναπωσαμένου, ΕΚΠΕΣΕΙΝ αὐτὸν εἰς τὸ πέλαγος, ὑδὲ γυμνὸν τ' ἄθλιον, ὡς ἂν καὶ ῥᾷον δύναιτο νεῖν.

[P. 25, l. 18.] Παρήρπηζε. Suprà, p. 22 Ed. Moll. dicuntur ἐκβάντες σὺν μαχαίραις & ἡμιθωρακίοις.

[P. 25, l. 19.] Ἐνεδέδυτο. Malè Huetius emendat ΕΝΕΔΕΔΗΝΤΟ, & ad ſuam conjecturam confirmandam conferendum monet Longum infrà, L. II, p. 32 Ed. Moll. ubi καρβατίνας ΥΠΟΔΕΔΕΜΕΝΟΣ. Sed & ibidem legitur σισύραν ΕΝΔΕΔΥΜΕΝΟΣ, & dicendum, ἡμιθωράκια & σισύραν ΕΝΕΔΕΔΥΝΤΟ; at κνημίδας & καρβατίνας ΥΠΕΔΕΔΗΝΤΟ: ut Plato in Sympoſ. p. 107, τὰς βλαύτας ΥΠΟΔΕΔΕΜΕΝΟΥ.

[P. 25, l. 20.] Ἀνυπόδητος. Fortè hîc addendum ἦν, quod certè ſubaudiendum; ſed confer quæ ſuprà obſervavimus ad p. 7, in ἤδη ἦν ὁ μέν.

[P. 26, l. 1.] Καυματώδης. Hæc eſt conjectura prioris Ed. Par. quam jure ac meritò in textum recepit Cl. Dutens. Cæteræ omnes Editiones καύματος. Achilles Tat.

Lib. II, p. 222, πρὸς τὸ τέρμα αὐτῆς ἡ Ἀφροδίτης ἡ γυνὴ γινομένη, πέφυκεν ἀδμαίνειν ὑπὸ ΚΑΥΜΑΤΩΔΟΥΣ ἡδονῆς.

[P. 26, l. 3.] Τὴν μὲν ἐθνῆσα. Malè in noviſſimâ Par. Ed. πλὴν μὲν ἐθνῆσα.

[P. 26, l. 4.] Ἔκαμνεν. Operarum vitio, Ed. Moll. ἔκαμμεν, & hinc utraque Par. Ed. ἔκαμεν, pro ἔκαμνεν, quòd in omnibus aliis Edd.

[P. 26, l. 8.] Δύο βοῶν κεραῶν. Sic rectè Cod. Urſin. Urſino probante, & Mollio hanc lectionem ſibi ſuoque ingenio deberi profitente. Sic & tres Mſſ. R. & Edd. Cl. Dutens & Cl. Bodeni, & Cod. Amyoti, ut ex ipſius verſione appareat. Malè cæteræ omnes Edd. & tertii Cod. R. margo, δύο βοῶν δύο κεράτων.

[P. 26, l. 11.] Μόνον. Fortè μόνων.

[P. 26, l. 11.] Ὀρνίθων. Illud ὀρνίθων, quod omiſſum fuit in Ed. Cl. Dutens, abeſt & à tribus Codd. R. ad quorum tamen tertii oram adſcriptum eſt, & aberat à Cod. Amyoti vertentis: ſi ce ne ſont animaux aquatiques, & encore poiſſons.

[P. 26, l. 12.] Οὐδ' ἂν ἀπόλοιτο βῦς. Hîc Cl. Wyttenbach reſpici putat illud proverbiale dictum ex Heſiod. Op. v. 345:

Οὐδ' ἂν βῦς ἀπόλοιτ', ἢ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

[P. 26, l. 18] Διαφυγών. C. R. III, διαφευγών; ſed idem ad marginem habet διαφυγών.

[P. 26, l. 20.] Γελῶσαν ἅμα & δακρύουσαν. Hoc eſt Homericum δακρυόεν γελάσασα.

[P. 27, l. 3.] Τὸ παίδευμα. Suprà Dorcon dixit, p. 23 & 24 Ed. Moll. ΕΠΑΙΔΕΥΣΑ τὰς βῦς ἴσχε σύεγλος ἀκολουθεῖν.

[P. 27, l. 5.] Ἔδοξε δή. C. R. III, ἔδοξε ΔΕ.

[P. 27, l. 8.] Ἐπέθεσαν. Cl. Wyttenbach conjicit ἐπέχωσαν.

[P. 27, l. 8.] Ἐφύτευσαν. Hoc sensu, Daphnide mortuo, pastor apud Virgil. Eclog. V, v. 40:

Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras.

Homer. Il. Z, 419:

Ἠδ' ὅπι σῆμ' ἔχεεν· περὶ δὲ πτελέας ἐφύτευσαν
Νύμφαι Ὀρεστιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

[P. 27, l. 9.] Ἐξήρτησαν. Infeliciter hîc Mollius conjicit ἀπήρξαντο. Hîc ἐξαρτᾶν est proprium vocabulum. Infrà, L. I, p. 27 Ed. Moll. τὴν σύριγγα τῆς πέτρας ἘΞΗΡΤΗΣΑΝ ἀνάθημα. Et L. II, p. 59: τὰ κλήματα τῆς κόμης τῆς πίτυος ἘΞΗΡΤΩΝ, pro quo ἀνέθηκε bis, L. IV, p. 136 & 141.

[P. 27, l. 9.] Τῶν ἔργων ἀπαρχάς. Sic rectè ediderunt Cl. Dutens & Cl. Boden, secuti Cod. Ursini ab Ursino probatam lectionem, quam pro suâ emendatione venditat Moll. Cæteræ Edd. & Mss. R. ἀπαρχήν. Infrà L. II, p. 31 Ed. Moll. habes ἈΠΑΡΧΆΣ τοῦ τρυγητοῦ. Pro ἔργων, vir doctissimus conjiciebat ὡραίων, quod referebat ad φυτῶν; sed retinendum ἔργων, quod Amyotus à Cl. Bodeno adductus, vertit, y pendirent chacun quelque chose de leur métier. Mollius autem per ἔργων intelligit frugum; quod, inquit, ἔργα in plurali sæpe idem significant quod Virgilius dixit, hominumque boumque labores.

[P. 27, l. 13.] Ὡς ἐν ποιμέσιν εἰκάζετο. Fortè quis conjiciat ἂν εἰκάζετο, pro ἐν. Sed hîc ἐν significat inter, ut infrà, Lib. II, p. 44 Edit. Moll. κλέος εἶχεν ἘΝ τοῖς κωμήταις. Et Lib. IV. p. 146, ὡς ἐν τοιοῖσδε συμπόταις.

[P. 27, l. 14.] Rectè ταῦτα in omnibus Codd. & in Edd. Flor. Commel. Moll. & in utrâque Par. refertur ad sequentia θρῆνος ἦν. Jungermanus autem in suâ Editione &

in notis distinguit post τᾶυτα, non autem post ἀιπόλοις, & τᾶυτα referens ad præcedens ἠκάζετο, vertit: & ecu inter pastores & caprarios ista (τᾶυτα) agitabantur; in quo Jungermanum secutus est Cl. Boden.

[P. 27, l. 15.] Τελευτήκότι. Operarum vitio, quod in mendorum elencho agnovit Columban. in Flor. Ed. habes τελευτήκότι, pro τελευτήκότι.

[P. 27, l. 16.] Μέλα ὃ τόν. Hoc ὃ in omnibus Edd. omissum, è Cod. Urs. Ursino probante, revocavi. Malè ϔ, pro ϔ, in Ed. Cl. Bodeni.

[P. 27, l. 17.] Ἀλαγῦα. Sic omnes Edd. & Mss. At Cl. Johann. le Fevre, ob sequens ἐσαλαγῦσα, in posterior. Ed. Par. reposuit ἀπαγῦσα. Sed sæpe apud alios Scriptores, & præsertim apud Longum, sic ponuntur conjunctim, primò quidem verbum simplex, deindè verò verbum compositum. Sic suprà, L. I, p. 8 Ed. Moll. ΑΓΕΙΝ ὄπὶ πόλὸν, ΑΠΑΓΕΙΝ ὄπὶ κῶτον. Et L. IV, p. 106, ΑΓΩΝ αἰλὰς πάνυ ἔωθεν, κ) ΑΠΑΓΩΝ τὸ δειλινόν. Et L. II, p. 42, ὄπὶ ϔ θάλατταν ΕΛΘΩΝ, ἀφρυρήτῳ τῇ νηὶ ΠΡΟΣΕΛΘΩΝ.

[P. 27, l. 18.] Εἰς τὸ ἄντρον. C. Urs. Ursino probante, λυτρόν. Sic & C. R. III, εἰς τὸ ἄντρον, ΙΟΣ λυτρὸν, ubi lege ἴσως λυτρόν; quæ glossa malè in textum intrusa est, cùm & ejusdem Codicis margini adscriptum sit: Fulvius habet λυτρόν. Sed retine ἄντρον, cùm, quod fusiùs suprà, ad p. 13 nostræ Ed. demonstravimus, in hoc antro inesset lavacrum.

[P. 27, l. 18.] Αὐλὴ, τότε πρῶτον. Malo cum C. R. III, & Ed. Cl. Dutens, virgulam post αὐτὴ, & ante τότε πρῶτον, ponere, quàm cum Mollio & priore Ed. Par. ac Lipsi. sic distinguere: κ) αὐτὴ τότε πρῶτον, Δάφνιδος κ.τ.λ. Non enim tunc primùm, sed tunc primùm coram suo Daphnide, sese abluebat Chloë.

[P, 28, l. 5.] Κατέκειτο. Sic & apud Theocrit. Id. I, v. 74:

Πολλαί οἱ πὰρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι,
Πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο.

[P. 28, l. 7.] Ποθοῦντα. Theocrit. Id. IV, v. 12:

Ταὶ δαμάλαι δ' αὐτὸν μυκώμεναι ὧδε ποθεῦντι.

Et v. 14:

Ἦ μὰν δειλαῖαί γε, καὶ οὐκέτι λῶντι νέμεσθαι.

[P. 28, l. 8.] Ἐβόησαν τὸ σύνηθες. Suprà, p. 16 Ed. Moll. τοὺς κύνας ἀνακλήσει ΣΥΝΗΘΕΙ ἡμέρωσαν.

[P. 28, l. 9.] Τὰ μέν. Subaudi πρόβατα, quod fortè hinc excidit, cùm sequatur αἱ αἶγες.

[P 28, l. 11.] Συνήθους. C. Flor. & tres Regii, συνήθει; at tertii margo, συνήθους.

[P. 28, l. 11.] Χαίρειν ἔπειθε. Cl. Wyttenbach observat esse dictionem Xenophonteam, & confert Sympos. I, 16, τῇ ψυχῇ παρακελευσάμενος θαῤῥεῖν.

[P. 28, l. 12.] Ἰδὼν τὴν Χλόην. Fortè, ἰδὼν δὲ τὴν Χλόην. Et suprà, οὐ ΜΈΝ ὁ Δάφνις, pro οὐ ΜΉΝ.

[P. 28 l. 13.] Ἤλγει τὴν καρδίαν. Malè C. R. III, ἤργει. Notanda autem & alia peculiaris καρδίας apud veteres Medicos Græcos significatio, qui per καρδίαν sæpe intelligunt stomachum, quemadmodùm prorsùs & nos Galli dicimus, avoir mal au cœur, ubi cor pro stomacho usurpatur.

[P. 28. l. 14.] Ἐσθιομένην ὑπὸ φαρμάκων. Suprà, p. 13 Ed. Moll. ἆρα φαρμάκων ἐγεύσατο Χλόη;

[P. 28, l. 15.] Αὐτὸ τὸ πνεῦμα. Sic omnes Edd. præter solam Mollianam, in quâ, quod operarum vitio imputandum, αὐτόν. An αὐτῷ, vel αὐτοῦ?

[P. 28, l. 15.] Λαβρὸν ἐξέπνει. Suprà, p. 12 Ed. Moll. ἐκπηδᾷ μου τὸ πνεῦμα.

[P. 28, l. 16.] Διώκοντος αὐτόν. C. Urs. quod Ursinum probasse miror, αὐτὸ, ut referatur ad πνεῦμα, non autem ad Δάφνιδα.

[P. 28, l. 16.] Ἐπίλειπε. Sic margo C. R. III, C. Flor. & Fulvii Urſini, Urſino & Mollio probantibus, ac in ſuis Edd. ſequentibus Cl. Dutens & Cl. Boden. Cæteri Edd. & Mſſ. libri ἐπίλιπε.

ANIMADVERSIONES

AD LONGI

LIBRUM SECUNDUM.

[P. 29, l. 2.] Ἐν ἔργῳ. Huetius conferendum indicat Ariſtænet. L. I, Ep. III, p. 14 (Ed. Par. 1610, at p. 8 Ed. Cl. Abreſch.)

[P. 29, l. 4.] Ἀῤῥίχους. Alciphron, L. III, Ep. XV, p. 310: ὁ τρυγητὸς ἐγγὺς, καὶ ἀῤῥίχων ἐστί μοι χρεία.

[P. 29, l. 4.] Ἐπελύγιζεν. Hæc eſt prioris Ed. Par. conjectura, quam, probantibus Cl. Valckenærio & Cl. Bodeno, in textum jure ac meritò recepit Cl. Dutens. Cæteræ omnes Edd. ἐπελέκιζεν, quod fortè quis fruſtrà interpretari conaretur, dedolare, quo ſenſu Gallicè dicimus, faire à coups de hache, id eſt, αὐτοσχεδιάζειν, ut infrà habes apud noſtrum λύγου ΚΑΤΕΞΑΣΜΈΝΗΣ. Pro ἐπελέκιζεν, legitur ἔπλεκεν in Cod. Urſ. probantibus Urſino & Jungermano, ac Mollio. qui hanc lectionis varietatem pro ſuâ emendatione venditat. Sic ſuprà, p. 9 Ed. Moll. ἀκριδοθήραν ἈΝΈΠΛΕΚΕ. At verò ἐπελύγιζεν eſt proprium in hâc re vocabulum, cùm, obſervante & Cl. Bodeno, Ἄῤῥιχος apud Heſychium ſit κόφινος, ἢ ἀγγεῖον ΛΎΓΙΝΟΝ, & ab Interprete Theocriti ad Idyll. I, v. 97, per καταδῆσαι reddatur ſimplex λυγίσαι, quod frequentius eſſe putat Cl. Boden, qui ideò videtur præferre ἐλύγιζεν. Adde & noſtrum ſuprà dixiſſe p. 5 Ed. Moll. δεσμὸν ῥάβδου χλωρᾶς ΛΥΓΊΣΑΣ ὅμοιον βρόχῳ.

[P. 29, l. 6.] Ἔνοινα. Sic omnes Edd. & Mſſ. Mollius in notis emendavit εὔοινα, quam lectionem in textum recepit Cl. Dutens. Certè ἀμπέλους ΕΎΟΊΝΟΥΣ habet Pollux,

L. I, c. 22, 24, 62, 29, & L. VI, c. 3, p. 175, 10, Ed. Francofurti, anno 1608. Sed Cl. Abreſch. Animadverſ. ad Æſchyl. p. 134, corrigendi cauſam ſibi apparere rectè negat, cùm eadem ſit compoſitionis ratio, quæ τῦ ἴυλος, ἐνσώμαλος, ἔνδροσος, ἔνθηρος, κ.τ.λ.

[P. 29, l. 8.] Φέροιλο. Hîcne ſignificat, muſtum defluereț, non autem, ferretur, ut ſuprà, p. 26, αἶμαλος πολλῦ φερομένυ? minimè; nam infrà, L. IV, p. 107 Ed. Mollianæ, ubi ſimilis vindemia deſcribitur: τὸ ΓΛΕΥΚΟΣ εἰς τὺς πίθυς ΦΕΡΟΝΤΕΣ. Immò & paulò infrà, p. 30 Ed. Moll. habes, εἰς τὺς πίθυς ΕΦΕΡΕ τὸν οἶνον, quod, L. II, p. 62 & 63, vocat πληρῶν τὺς πίθυς. Et infrà, p. 31, ἐπὶ πίθοι τὸ γλεῦκος εἶχον. Rectè Amyot: préparoient de l'oſier ſec, dont on avoit ôté l'écorce, à force de le battre, pour en faire des flambeaux à tirer & à entonner le vin la nuit. Confer & Anacreontem à quo vindemia ſic depingitur, Od. LII:

Τὸν μελανόχρωλα βότρυν
Ταλάροις ΦΕΡΟΝΤΕΣ ἄνδρες
Μέλὰ παρθένων ἐπ' ὤμων,
Καλὰ ληνὸν ᾄβαλόνλες,
Μόνον ἄρσενες παλῦσι
Σταφύλην, λύονλες οἶνον.

[P. 29, l. 9.] Ἀμελήσανλες. Suprà, p. 9 Ed. Moll. ποιμνίων ΗΜΕΛΗΣΕ.

[P. 29, l. 11.] Ἐβάζαζεν ἐν ἀῤῥίχοις. Etymologus Magnus, p. 99, 12: Ἄῤῥιχος λέγεται ὁ κόφινος ἐν ᾧ κομίζυσι τὺς βότρυς.

[P. 29, l. 12.] Ἐμβάλλων. C. R. I, ἰμβάλων.

[P. 29, l. 15.] Καὶ τῶν ἀμπέλων τάς. C. Urſ. Urſino probante, ἀμπέλων ΔΕ τάς.

[P. 29, l. 17.] Οὐ μελίωρος, οὐδὲ ἀναδενδράς. De hoc pleonaſmo, quod ſchema Græcis uſitatiſſimum fuit,

vide Cl. Abreſch. Animadverſ. ad Æſchyl. p. 405. At Cl. Hinlopen non videt quomodò hæc ὁ μελίωρος, ὑδὲ ἀναδενδρὰς, conveniant cum iis quæ Longus infrà habet, L. IV, p. 104, ἐτίρωθι ἄμπελον ΥΨΗΛΗΝ, καὶ ΕΠΕΚΕΙΤΟ ἥ μηλέαις ἢ ἥ ὄχναις. An, inquit Cl. Hinlopen, ſuî oblitum Longum putabimus? An, pro πᾶσα, legendum πολλή? Vereor ne ὁ μελίωρος, ὑδὲ ἀναδενδρὰς obſtent. Hactenùs Cl. Hinlopen. Sed obſervandum, L. IV, p. 104, agi de vite quæ non ad uſum, ſed ad delicias, non in aperto cólle, aut campo, ſed in cujusdam privati ditiſſimi horto florebat, & oculos duntaxat amœno paſcebat viſu; hîc autem longè aliter rem ſe habere.

[P. 29, l. 18.] Κάτω τὰ κλήματα. Idem de hodiernis Naxiis ſic tradit Pocock, Voyage du Levant, tom. VI, p. 259 verſionis Gallicæ: Les Naxiotes cultivent la vigne avec ſoin; mais ils la laiſſent traîner par terre: ce qui fait que dans la grande chaleur, le ſoleil deſſéche les raiſins, & que la pluie les fait pourrir.

[P. 30, l. 1.] Νεμομένη. C. R, III habet γενομένη; ſed unicè vera necnon elegantiſſima lectio eſt νεμομένη, quod hîc idem ac ſuprà p. 3 Ed. Moll. κιτρὸς ὑπιπλανώμενος. Nam νέμεσθαι eſt interdùm ſerpere apud Græcos, præſertim apud Medicos. Cl. Wyttenbach, Animadverſ. in Plutarchi librum de ſerâ numinis vindictâ, p. 16, hâc de re adeundos monet Fœſium Œconom. Hippocrat. voce Νομαὶ, Mettarium, Indice Aretæi, voce Νέμεσθαι. Fœſius, loco citato, p. 432, obſervat Hippocratem ſæpe νομὴν accipere & pro faſciarum ab initio ad finem uſque involutione & progreſſione. Sic apud Latinos paſci dicitur. Virgil. Æneid. L. II, v. 684:

Lambere flamma comas & circum tempora PASCI.

[P. 30, l. 1.] Ἐφίκοιτο. Hæc eſt veriſſima prioris Ed.

Par. & summi Valckenær. conjectura, ac trium Codd. R. lectio, quam in textum reposuit Cl. Dutens. Malè in aliis omnibus Edd. ἀφίκοιτο.

[P. 30, l. 1.] Βότρυος. Malè C. R. II, βότρυς.

[P. 30, l. 5.] Ἐπικουρίαν. C. Urs. Ursino probante, post ἐπικουρίαν addit οἴνου; quod οἴνου tanquàm de suo promit Mollius, & quo ita carere possumus, ut illud pro glossâ habendum, vel ortum existimem è præcedenti οἴνου γενέσει. Hîc autem ἐπικουρίαν vocat, quod anteà χειρὸς ὠφέλειαν. Et suprà, p. 11 Ed. Moll. ΚΑΛΕῖ βουκόλον ἐκ ΤΩΝ ἈΓΡΩΝ ΤΩΝ ΠΛΗΣΊΟΝ ΠΡΌΣ ἘΠΙΚΟΥΡΊΑΝ. Rectè hîc Amyot vertit, pour aider à faire les vendanges.

[P. 30, l. 6.] Ὀφθαλμοὺς ἐπέβαλλον. Achill. Tat. L. III, p. 322, ἘΠΙΒΆΛΛΕΙ τῇ Λευκίππῃ τὴν ὀΦΘΑΛΜΌΝ. Heliodor. L. VII, p. 300, ὀΦΘΑΛΜΌΝ ἘΠΈΒΑΛΕΝ οὐ σώφρονα.

[P. 30, l. 7.] Θρασυτέρων. Sic Edd. Flor. Commel. Moll. & utraque Par. Sic Codd. R. I & III. Sic rectè in mendorum typographicorum Indice emendavit Jungerman. pro θρασυτερῶν, quod, operarum vitio, in ipsius Editionem irrepserat. Contrà Cl. Boden correxisse se dicit θρασυτερῶν, pro θρασυτέρων, quod erat in Editis; sed scribendum θρασυτέρων, ut dicitur σοφωτέρων, σφετέρων, κ.τ.λ. De quâ regulâ, cui genitivi plurales feminini comparativorum in ερος desinentium obnoxii sunt, vide, si tanti est, Philippi Labbe Regulas accentuum, p. 64 Editionis quæ prodiit Paris. anno M. DC. XCIII. Sic ipse Cl. Boden, p. 26 suæ Ed. rectè dedit πρεσβυτέρων, non autem πρεσβυτερῶν.

[P. 30, l. 8.] Παρώξυνε. Hîc, quod in fido pastore nollem, παρώξυνε non est irâ, sed quodam tacito voluptatis sensu pertentavit; ut paulò infrà Chloë à lascivis provocata juvenibus, πάλιν ἥδετο, Δάφνις δὲ ἐλυπεῖτο: quod feminæ, & præsertim puellæ, quæ primis titillatur laudibus,

faciliùs quàm Daphnidi concedas. Apud Achill. Tat. L. II, p. 117, ὑπὸ τοῦ Σατύρου παροξυνθεὶς, est, Satyri verbis ad amorem incensus & inflammatus. Sic apud eumdem, p. 490, οὐδέν σε ἩΡΈΘΙΣΕΝ εἰς Ἀφροδίτην, ubi rectè Cl. Boden: nudè etiam ponitur ἐρεθίζειν, ut subaudiatur εἰς Ἀφροδίτην, vel εἰς ἔρωτα. Aristænet. L I, Ep. XXVII : ἕτερα δὲ τοῦ σώματος ἐγύμνωσε μέρη, τὰ δυνατὰ, ὅπως ἂν πολλαχόθεν τὸ μειράκιον ἘΡΕΘΊΣΗ, quæ supplet Cl. Abresch ex hoc Tatii loco, addendo εἰς Ἀφροδίτην; quod observat Schwebel. ad Lambert. Bos. de Ellips. Græc. p. 124.

[P. 30, l. 9.] Ἐλύπησεν. Xenophon Ephes. L. I, p. 7, rectè cum hoc Longi loco collatus in Miscell. Observ. vol. X, tom. II, p. 205 : εἰ δέ ποτε ἄλλας παρθένους, ἢ γυναῖκας, ἴδοι βλεπούσας εἰς ἐκεῖνον.... δήλη ἦν ΛΥΠΟΥΜΈΝΗ.

[P. 30, l. 9.] Ποικίλας φωνὰς ἔρριπτον. Hanc loquendi formulam, ut & multa alia, mutuatus est ab Euripide sic loquente, Alcest. v. 680 :

Ἄγαν μ' ὑβρίζεις, καὶ νεανίας λόγους
ῬΊΠΤΩΝ εἰς ἡμᾶς, οὐ βαλὼν οὕτως ἄπει.

[P. 30, l. 11.] Ἐπήδων. Malè in Edd. Commel. & Jungerman. ut & in C. R. III, ἐπῄδων. Malè Mollius vertit, insano illam excipiebant cantu, ubi hæc annotat : « Ἐπή-« δων. Lege ἐπῇδον, cantabant, nisi malis retinere ἐπή-« δων, & vertere, saltabant, qui gestus Satyrorum est ». Quod quidem Mollius, qui nihil ferè proprium habet, sublegit Jungermano vertenti, insaniorem in modum cantabant, & hæc annotanti : « Ἐπῄδων. Nescio an rectius sit « ἐπήδων, saltabant. Saltantes Satyri plerùmque inducun-« tur. Sed mox tamen ait ἀμούσου βοῆς ». Quod, pace Cl. Jungermani dicam, minimè probat non hîc ἐπήδων legendum esse. Huetius suo exemplari Ed. Commel. in quâ

operarum vitio, ἐπῄδων, (pro ἐπήδων, quod in Juntinâ,) adscripserat, ἴσως ἐπήδων, vel ἐπῇδον, quorum prius unicè verum est. Vertendum, saltabant, vel, subsilientes in eam irruebant. Virgil.

Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.

Amyot in suo Codice videtur invenisse ἐπήδων, &, pro Βάκχην, legisse Βάκχον, quod & in tribus Codd. R. Vertit enim : sautoient après elle, comme feroyent les Satyres autour de Bacchus.

[P. 30, l. 13.] Ἥδετο. Huetius, Cl. Hinlopen & Cl. Wyttenbach conjiciunt ἠδεῖτο, sed malo ἥδετο, quod & in suo Cod. invenit Amyot vertens, Chloë en étoit bien aise. Nam ut priùs Daphnis à lascivioribus provocatus feminis gaudebat, dùm contrà Chloë dolebat; ità & hîc Chloë vicissim à viris provocata gaudet, dùm contrà Daphnis dolet. Hanc oppositionem observa: τὸν Δάφνιν ΠΑΡΩΞΥΝΕ. τὴν δὲ Χλόην ἐλύπησε.... ὥστε αὖ πάλιν ἡ μὲν ἥδετο, Δάφνις δὲ ἐλυπεῖτο.

[P. 30, l. 14.] Εὔχοντο δέ. Cl. Dutens hîc, & alibi sæpe, reposuit formam Atticam ηὔχοντο, quæ paulò suprà legitur; sed, ut jam observavimus, non semper atticissant vel ipsi ἀττικώτατοι Scriptores.

[P. 30, l. 15.] Ἀμύσου βοῆς. Euripid. Iphigen. in Taurid. v. 145 :

Τᾶς ὐκ ἐυμούσου μολπᾶς βοᾶν
Ἀλύροις ἐλέγοις.

Plurima autem vocis ἄμυσος exempla collegit Cl. Wyttenbach in aureâ suâ Epistolâ criticâ, p. 13.

[P. 30, l. 16.] Τῶν ποιμνίων βληχωμένων. Suprà, p. 17 Ed. Moll. Longus τερπνὴν ποιμνίων βληχὴν inter veris & ruris delicias sic recenset, ut Virgilius

Mugitusque boum, dulcesque sub arbore somnos.

[P. 30, l. 17.] Ὀλίων ἡμερῶν. In tribus Codd. R. deeſt ἡμερῶν, quod ad tertii marginem adſcriptum eſt.

[P. 30, l. 19.] Γλεῦκος. Codd. R. II & III, τεῦχος. Sic autem ad tertii oram : γλεῦκος, ſic Fulv. Urſ.

[P. 31, l. 3.] Ἀμελῶς παρῆλθον. Vide Miſcellan. Obſervat. vol. XII, tom. III, p. 507, ubi confertur illud Xenophont. Epheſ. p. 82, L. V : μόνην ἐμὲ τὴν δυσχὴ παρελθών. Operarum vitio, in Ed. Cl. Boden, τὴν πρότερον χρόνον, pro τόν.

[P. 31, l. 7.] Ὕστερον ἀμοιβάς. Vide infrà L. II, p. 50 & ſeqq. Ed. Moll.

[P. 31, l. 8.] Κύνες, φασίν. Jungermanus : proverbium, quod ortum videtur à canibus catenariis, vel δισμίοις, de quibus Caſaubon. in Theophraſt. ad caput περὶ ἀγροικίας, & Douſ. I Præcid. Tibull. Vide & Phædr. Fab. XLVI.

[P. 31, l. 10.] Ἥδον τοῖς τράγοις. Jungermanus vertit : canebant hircis, ovibusque colluctabantur; ut ſit conſtructio, ἥδον τοῖς τράγοις, καὶ συνεπάλαιον τοῖς προβάτοις. Sic Mollius, cantu mulcebant hircos, ovibusque colluctabantur; quo prorsùs modo hîc diſtinxerunt Edd. Flor. Commel. Moll. & Lipſienſ. ac tres Codd. R. qui virgulam poſt τράγοις interpoſuerunt, & τοῖς προβάτοις retulerunt ad συνεπάλαιον, quod cum ablativo conſtruitur, ut apud Plutarch. in Alcibiad. p. 193 D. ὁρῶντας αὐτὸν Σωκράτει μὲν συνδιατρίβοντα, καὶ ΣΥΜΠΑΛΑΙΟΝΤΑ, καὶ συσκηνοῦντα. Uterque autem Par. Editor non poſt τράγοις, ſed poſt ἥδον, diſtinguit, ut ſit ſenſus : canebant, cum ovibus hircisque colluctabantur. At verò Cl. Huetius virgulam nec poſt ἥδον, nec poſt τράγοις, ſed poſt προβάτοις, ante συνεπάλαιον ita interponendam cenſet, ut hîc ſenſus oriatur : hircis ovibusque cantabant, ſimul colluctabantur. Rectè dicitur συείζειν τοῖς τράγοις καὶ τοῖς προβάτοις, ut

infrà,

infrà, L. IV, p. 141, ἰσύεις τι τῇ ποίμνῃ. Immò & hîc paulò infrà : ταῖς δὲ ταῖς Νύμφαις ἦσα, τῷ Πανὶ ἐκείνῳ ἰσύεις. Hîc de Daphnide dici potuit, ἰσύεις τοῖς τράγοις, & de Chloë, ἦδε τοῖς προβάτοις. Vides igitur in hoc loco tres ſenſus è tribus variis interpunctionibus exſurgere. Nullam autem hîc appoſuit Jungermanus, & nudè edidit, ἦδον τοῖς τράγοις καὶ τοῖς προβάτοις συνεπάλαιον, quod & præſtiti, ut liberum lectori permitterem arbitrium. Amyot autem vertit : ils ſautoient, ils flutoient, ils chantoient, ils luttoient bras à bras, l'un contre l'autre, à l'envie de leurs béliers & boucquins.

[P. 31, l. 13.] Σισύραν. Sic pro σισύρας, quod in omnibus Edd. rectè emendavit ſummus Toupius, Emendat. in Suid. tom. III, p. 132, omninò videndus cum ſummo Valekenær. qui de hâc eâdem voce, σισύρα & σισύρνα, agit Animadverſ. ad Ammon. p. 205. Amyot legit σισύραν, & vertit, vêtu d'une peliſſe de peau de chevre.

[P. 31, l. 13.] Καρβατίνας ὑποδεδεμένος. Hœſchelius à Cl. Jungermano laudatus in Addendis, p. 246, confert & hæc duo Luciani loca : κήρυκές τινες Παφλαγόνες ΚΑΡΒΑΤΙΝΑΣ ΥΠΟΔΕΔΕΜΕΝΟΙ. Et, εἶδες τὸν ὑπερβόρειον ἄνδρα πελόμενον .... ΥΠΟΔΕΔΕΜΕΝΟΝ ΓΕ ΚΑΡΒΑΤΙΝΑΣ. Jungermanus autem in notis indicat Politiani locum è Miſcellan. c. 2, qui ſic ſe habet, p. 13 tom. primi Theſauri Critici Gruter. « Quatuor extant græcè ni« mis quàm elegantes libelli Poimenicῶν titulo, quorum « in ſecundo ſenex quidam cum perâ & calceis carbatinis « introducitur «. Xenophon in expeditione Cyri, à Politiano ibid. & hinc à Mollio Politianum deſcribente, laudatus, habet καρβατίνας ἐμπεποιημένας ἐκ τῶν ποδαρίων βοῶν ; undè ſuprà vidiſti, p. 13 & 14 Ed. Moll. δέρμα ταύρου τιμῶν ὑποδήματα.

[P. 31, l. 14.] Πήραν ἐξηρτημένος. Sic infrà, L. IV,

p. 124, Ed. Moll. ΠΉΡΑΝ κ̃ τῶν ὤμων ἘΞΗΡΤΗΜΈΝΟΣ. Alciphron. L. III, Ep. XL, p. 195, πηρίδιον ἘΞΗΡΤΗΜΈΝΟΣ. De voce πήρα vide eumdem Valckenær. Animadversion. ad Ammon. p. 195.

[P. 31, l. 16.] Φιλητᾶς ὁ πρεσβύτης. Sic apud Theocrit. Id. I, v. 65:

Θύρσις ὅδ' ὡ'ξ Αἴτνας, κ̀ Θύρσιδος ἅ δ' ἁ φωνά.

[P. 31, l. 17.] Ταῖσδε ταῖς Νύμφαις. Operarum vitio in Ed. Commelin. legebatur ταῖσδ', pro quo Jungermanus in notis restituit ταῖς δ̀, in quo eum, ut in omnibus ferè, secutus est Mollius, ut Mollium prior Par. Editor. Idem tamen Jungermanus rectiùs edidit ταῖσδε, quæ conjectura est Huetii & prioris Editoris Parisiensis, quodque legitur in Ed. Flor. in posterior. Par. in Lipsiens. & in tribus Codd. R. quodque unicè retinendum. Idem mendum sæpiùs in Longo occurrit.

[P. 31, l. 20.] Ἀπαγγελῶν. Malè ἀπαγγελὼν in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. quod Jungermanus in notis emendavit, ut & post Jungermanum omnes Editores.

[P. 31, l. 21.] Τῶν ἐμῶν χειρῶν. Rectè Mollius monet subaudiendum esse ἔργον. Sic infrà, L. II, p. 41 Ed. Moll. τὰ μὲν φύσεως ἔΡΓΑ. Et L. IV, p. 105, ὑάκινθοι, καὶ κρίνα, χειρὸς ἔΡΓΑ. Amyot vertit: j'ai un beau verger, que j'ai moi-même planté, semé, labouré & accoutré de mes propres mains.

[P. 32, l. 2.] Ὧραι φέρουσι. Anacreon Od. XLIII, ὅσα φέρουσιν ὧραι. Xenophon in Œconomic. p. 22 Ed. Bachii, παράδεισοι πάντων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν μεστοὶ ὁπόσα ἡ γῆ φύειν ἐθέλει. Et περὶ προσόδων, p. 537 Ed. Henrici Stephani, 1581: καὶ μὴν ὅσαπερ οἱ θεοὶ ἐν τῇ ὥΡΑΙΣ ἈΓΑΘΆ ΠΑΡΈΧΟΥΣΙ, καὶ ταῦτα πάντα ἐνταῦθα πρωϊάτατα μὲν ἄρχεται, ὀψιαίτατα δὲ λήγει.

Menander, in Γεωργῷ, ubi sermo est de agro :

φέρει γὰρ ὅσα θεοῖς ἄνθη καλὰ,
κιττὸν, δάφνην.

De hâc autem phrasi ὥραι φέρουσι, vide Cl. Abresch. Animadvers. in Æschyl. p. 109 & 110. Vix ac ne vix quidem notatu dignum est, nisi in tironum gratiam, in hoc Longi loco malè omnes Edd. præter Jungerman. habere ὧραι, pro ὥραι.

[P. 32, l. 2.] Ἔχων. Cl. Hinlopen suspicatur, propter sequentem vocalem, (quod & alibi factum,) huic voci adhæsisse τὸ N, ideòque legit ἔχω, pro ἔχων.

[P. 32, l. 3.] Καθ' ὥραν ἑκάστην. Theocrit. Id. XI, v. 56 :

ἔφερον δέ τοι ἢ κρίνα λευκὰ,
Ἢ μάκων' ἁπαλὰν, ἐρυθρὰ πλαταγώνι' ἔχοισαν.
Ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γὰρ ἐν χειμῶνι·
Ὥς' οὐκ ἄν τοι ταῦτα φέρειν ἅμα πάντ' ἐδυνάθην.

[P. 32, l. 3.] Ὑάκινθος. C. Flor. ὑάκινθον ; ubi Columbanius : « fortassè quia præcesserat ἔχων ; nihil tamen « muto : sequitur enim & μήκωνες, & ἀχράδες ». Columbanio jure ac meritò assentitur Mollius, post eum observans non rarò apud bonos Scriptores hujuscemodi variatas loquendi formas occurrere.

[P. 32, l. 4.] Ἴα ἀμφότερα. Id est, violæ nigræ & candidæ, observante post Jungermanum Mollio. Immò triplicis violæ sic meminit Scholiastes Aristophanis ad Pacem, v. 576 : ἄνθος δὲ τὸ ἴον, διαφορὸν μορφὴν ἔχον· ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστι πορφυρᾶ· ἃ δὲ, λευκά· ἃ δὲ, μέλανα· καὶ ἐν τούτῳ τῶν ἴων θαυμαστόν ἐστιν (lege ἓν τοῦτο, vel ἐν τούτῳ τὸ ἴον θαυμαστόν ἐστι, sed prius præfero) ὅτι τῇ ποικιλίᾳ τῆς ὄψεως αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ δύναται λειμῶνα πληροῦν.

[P. 32, l. 9.] Καταῤῥυτος. Suprà habet L. I, p. 1, ἄλσος καταῤῥυτον. De voce autem συνηρεφὴς, quæ paulò

ſuprà præceſſit, vide ſummum Valckenær. in Euripidis Hippolyt. p. 219.

[P. 32, l. 10.] Αἰμασιάν. De hâc voce, quæ non ſepem, ut vulgò arbitrantur, ſed maceriam, ſive murum ex ſicco lapide & temerè collecto compoſitum, apud veteres propriè ac perpetuò ſignificat, nec pro ſepe, niſi apud recentiores Grammaticos accipitur, exquiſita dedit Menagius in juris civilis Amœnitat. c. 33, p. 199 Ed. Francofurti & Lipſ. 1738.

[P. 32, l. 10.] Ἄλσος ὁρᾶν. Achilles Tatius, L. I, p. 78, ὁ δὲ παράδεισος ΑΛΣΟΣ ἦν. Hîc in ſuo hortulo deſcribendo laſciviens ſenex, mirè ſibi indulget, & ſuo ipſe operi arridet.

[P. 33, l. 1.] Μήκωσι. Malè C. R. II & Cod. Urſ. μύκωσι, quod fruſtrà ex Heſychio explicare conatur Moll.

[P. 33, l. 1.] Ὑποκρυπτόμενος. Malè C. R. III ὑπακρυπτόμενος.

[P. 33, l. 2.] Πράσματα. Ita reſtitui è C. R. III margine, & è Codd. Flor. & Urſ. Urſino probante. Minùs benè cæteræ Edd. & Mſſ. φρᾶσμα. Sic infrà, L. III, p. 72 Ed. Moll. ΠΡΑΓΜΑΤΑ μυεῖα ἔχει. Obſerva autem ingenuam ruſtici Philetæ in hâc ſimilitudine ſimplicitatem. Sic ſuprà, p. 12 Ed. Moll. candidus Daphnis eâdem comparatione utitur: πολλάκις ἐφίλησα ἐρίφους, πολλάκις ἐφίλησα σκύλακας. . . . ἀλλὰ τοῦτο φίλημα καινόν.

[P. 33, l. 6.] Καμών. Hoc ſenſu dicitur apud Achill. Tat. L. V, p. 428, ubi rectè Codd. habent καμὼν, pro vulgato κάμνων.

[P. 33, l. 6.] Ἐπιρρεσάμενος τῇ Σαπφοῖ. Hâc occaſione datâ, hîc cum lectoribus communicabo emendationem cujusdam loci è Sophocle, quam jam in Diario Eruditorum, anno 1773, menſe Januario, pag. 1041, depoſueram. Extat hic locus in Œdipo Rege, v. 464, ubi

futuram Œdipi cæcitatem ſic depingit Tireſias :

ξένην ἔπι
ΣΚΗΠΤΡΩΙ προδεικνὺς ἐμπορεύσεται.

Quid autem hoc ſibi vult ΣΚΗΠΤΡΩΙ προδεικνὺς, quod ne Græcum quidem eſt, quodque Latinus Interpres vertit, baculo nixus ? Ego quidem legere mallem ΣΚΗΠΤΡΟΝ προδεικνὺς, id eſt, baculum prætendens ut viam interroget. Sic & legiſſe puto Sophoclis Scholiaſten, apud quem habetur ΣΚΗΠΤΡΟΝ δεικνύς.

[P. 33, l. 9.] Τί βυλόμενος. Eleganter apud Atticos dicitur, pro cur, quare. Sic ſuprà, p. 26 Ed. Moll. ἐπυνθάνετο ΤΙ ΒΟΥΛΟΜΕΝΗ συείσειεν, Lucianus in Timone, tom. I, p. 146, ΤΙ ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙ δῦρο ἥκετε. Et ibid. in Caraplo, p. 633, τί βυλόμενος ὃ ταῦτ' ἔπραξεν. Sic & apud Heliodor. L. II, p. 114, Xenophont. Epheſ. L. V, p. 81, &c. Immò Atticos eodem ferè ſenſu dixiſſe τί παθὼν & τί μαθὼν monet Boſius, Animadverſ. ad Scriptores quoſdam Græcos, p. 97 & 192.

[P. 33, l. 9.] Ἀλλότριον κῦπον τρυγᾷ. Suprà, p. 33 Ed. Moll. ἔπαιζεν ὡς ἴδιον κῦπον τρυγῶν.

[P. 33, l. 10.] Ἐγέλα ἀπαλόν. Rectè Mollius confert hunc Homeri verſum Od. Ξ, v. 465 :

Καί τ' ΑΠΑΛΟΝ ΓΕΛΑΣΑΙ, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκε.

[P. 33, l. 11.] Ἔβαλλε. C. R. I, ἴβαλε.

[P. 33, l. 15.] Ἐπιδοὺς μήλων. Jungermanus interpretatur : & jusjurandum dabam per myrtos, me eum dimiſſurum, non ſolùm donatum pomis & malis granaris, ſed inſuper &c. ubi apparet eum cum Amyoto ἐπιδοὺς accepiſſe pro donare, ut & pro addere Mollium ſic vertentem : jurans per myrtos me illum dimiſſurum, addito per mala atque granata, me præbiturum ſemper vindemiandas vites. Potes & ſubaudire, vel addere κῆπον poſt μήλων, & intelli-

gere: inſuper mala & granata teſtatus, teſtes advocans. Rectè Heſychius illud Iliad. X, v. 254, ἀλλ' ἄγε δῦρο θεὺς ἘΠΙΔΩΜΕΘΑ, interpretatur, *ἐπιδῶμεν θεὺς μάρτυρας, ἢ δῶμεν*; ubi Euſtathius, quem vide, p. 1268, 28, *ἐπιδόσθαι δὲ, τὸ μάρτυρας θεῖναι.*

[P. 33, l. 16.] Δρέπειν. C. R. I & II, *δρέπλειν.*

[P. 33, l. 18.] Καπυρὸν γελάσας. Rectè Jungermanus, & qui eum deſcripſit Mollius, conferunt Theocrit. in quo Idyl. VII, verſu 37, Μοισᾶν *καπυρὸν ϛόμα*, quod & Theocrito ſublegit Moſchus in Epitaph. Bionis, v. 94. Apud eumdem Theocritum Idyl. II, verſu 85, *καπυρὰ νόσος* eſt amor ardens. Et Id. VI, v. 6, *καπυραὶ χαῖται.* Appoſitè & à Jungermano ac Mollio hoc adducitur ex epigrammate:

Καὶ ΚΑΠΥΡΟΝ ΓΕΛΑΣΑΣ *ἀφεμείϛετο.*

Et è Luciano, ubi in Deor. Dial. XXII, Pan ad Mercurium: *συρίζω πάνυ* ΚΑΠΥΡΟΝ, de quo vide Cl. Hemſterhuſ. tom. I, p. 271. Hîc Cl. Boden: duplicis naturæ, ejuſdem tamen ſoni, vocabulum eſt *καπυρόν*. Alterum componitur ex *καίω* & *πυρῶν*, cujus vim vides in Theocrit. Id. II, v. 85, & Id. VI, v. 16; alterum, quod ad nos pertinet, ac VII Theocriti, v. 37, deſcendit ab antiquo verbo *κάπω*, pro quo repoſuit uſus *κάπλω*, os aperio ad aërem captandum; vulgatius *κάπτω*, edo avidiuſculè. Dicitur indè reſpiratio vehementior *κάπος* & *κάπυς*, quod interpretatur Heſychius, *πνεῦμα*, *κῆπος* (hîc addo pro *κῆπος* legendum *κάπος*, quod eſt apud eumdem Heſychium à Cl. Bodeno laudatum, *ψυχὴ, πνεῦμα.*) Ex illo *κάπυς* fit *καπυρός*. Heſych. *καπύσσων, ἐκπνέων.* Optimè redditur hoc loco *καπυρὸν πάνυ γελᾶν*, in cachinnos effundi, ridere immoderatiùs, non ſine magnâ reſpiratione, toto corde. Hactenùs Cl. Boden; ſed *καπυρὸς* ardentem ſignificans, ejusdem naturæ eſſe poteſt, & ab eodem antiquo verbo, *κάπω*, pro

quo κάπτω, & à quo κάπος & κάπυς, deſcendere poteſt, cùm nimio calore intercluſus ſpiritus arctè meet, & illud ipſum κάπλω, ſeu potiùs κάπω, os aperio ad aërem captandum, ſi exigatur ad regulas analogiæ Græcæ ab Hemſterhuſio & Lennepio traditas, à verbo κάω, undè κάιω, oriatur : nam qui καίεται, æſtu uritur, anhelans os aperit ad frigus & aërem captandum, κάπει, ſeu κάπλει.

[P. 33, l. 20.] Ὅμοιος ἐμοί. An ὅμοιον ?

[P. 33, l. 21.] Φιλῆσαί σε πόνος ἐδύς. Huetius conjicit, ΕΜΕ μᾶλλον, ὦ Φιλητᾶ, φιλῆσαί ΣΟΙ πόνος ἐδύς. Pro πόνος autem Cl. Wyttenbach eleganter conjicit φθόνος.

[P. 34, l. 1.] Βούλομαί γὲ φιλεῖσθαι. Cl. Johannes le Fevre emendare vult, δύναμαί γὲ φιλῆσαι. Jungermanus & Mollius φιλεῖσθαι interpretantur, oſculari. Amyot autem, non pro medio, ſed pro paſſivo hoc verbum habens, vertit, être baiſé.

[P. 34, l. 3.] Πρὸς τὸ μὴ διώκειν. Senſus eſt : quamvis ſenex, non uno tamen contentus eris oſculo, ſed plura appetes. Rectè Amyot vertit : pource que ta vieilleſſe n'empêchera point que tu ne bruſles du deſir de me ſuivre, après que tu m'auras baiſé. Fortè non deerunt qui ità tollere conentur illud μὴ ante διώκειν, ut interpretentur, valdè te impediet ſenectus, quominùs me perſequaris. Tunc ἐδὺν σε ὠφελήσει ſignificaret, valdè tibi nocebit ; quo prorsùs modo, apud Terent. in Andriâ, Act. I, Scen. V, v. 53, inutilis id deſignat quod valdè nocet.

[P. 34. l. 4.] Δυσθήρατος ἐγώ. Hunc alium ſenſum, eumque longiùs arceſſitum proponit Jungermanus : poſſet & hic eſſe ſenſus : capi non poſſum, & ſum pernicior, vel pernicitate vinco accipitrem, aquilam, & alias aves. Quomodo tamen eſſet legendum, δυσθήρατος ἐγὼ, κἢ ἱέρακι, κἢ ἀετῷ, ἢ εἴ τις ἄλλος ὄρνις τούτων ὠκύτερος. Verùm quod fui interpretatus potiùs placet.

[P. 34, l. 7.] Πρεσβύτερος. Rectè Columbanius, & qui eum deſcripſit Mollius, hæc adducunt è Platone in Sympoſ. p. 1189 Ed. Francofurti, 1602, ubi Agathon cum Phædro de Amore ſubtiliter diſputans, ità differit: ἐγὼ δὲ Φαίδρῳ πολλὰ ὁμολογῶν, τοῦτο γὰρ ὁμολογῶ, ὡς Ἔρως Κρόνῳ καὶ Ἰαπετῷ ἀρχαιότερός ἐστι. Quem quidem Platonis locum, ut Longus, ſic & Lucianus à Mollio laudatus, expreſſit in Dialogo Cupidinis & Jovis, tom. I, p. 205: σὺ παιδίον, ὦ Ἔρως, ὃς ΑΡΧΑΙΟΤΕΡΟΣ εἶ πολὺ τοῦ ΙΑΠΕΤΟΥ; Idem de ſaltatione, tom. II, p. 271, τῷ ΑΡΧΑΙΩ ἐκείνῳ Ἔρωτι.

[P. 34, l. 8.] Τοῦ παντὸς χρόνου. Fortè non deerunt qui conjiciant τοῦ ΠΑΝΤΩΝ ΠΑΤΡΟΣ χρόνου, ſeu ΚΡΟΝΟΥ. Amyot vertit, & que toute ancienneté.

[P. 34, l. 8.] Προθήσειν. Sic rectè emendavit Mollius, in quo eum meritò ſecutæ ſunt poſteriores Edd. Malè omnes ante Moll. προσθήσειν.

[P. 34, l. 9.] Τὸ παλαιὸν βυκόλιον. Rectè Mollius contulit αἰπόλια παλαιὰ αἰγῶν ex Il. B, v. 474; adde & ex Il. Λ, v. 678, & ex Od. Ξ, v. 101 & 103.

[P. 34, l. 14.] Παῖδες ἁλαθοὶ βυκόλοι. Diſtinguendumne poſt, an ante ἁλαθοὶ, ut ſit παῖδες ἁλαθοὶ, vel ἁλαθοὶ βυκόλοι?

[P. 34. l. 15.] Ποιμαίνω. Vide Cl. Abreſch. Animadv. ad Æſchyl. L. III, p. 9, ubi & hunc Longi locum profert, & alia hujuſce vocis exempla colligit. Anacreon ſic Dianam alloquitur, Od. LIX:

Οὐ γὰρ ἀνημέρους
ΠΟΙΜΑΙΝΕΙΣ πολίτας.

Hìc autem legere mallem ΤΟΝ ΤΕ Δάφνιν ποιμαίνω καὶ ΤΗΝ Χλόην; & has voces, τόν τε & πλὴν omiſſas puto.

[P. 34, l. 20.] Ὅρα δὴ μήτι σοι. Suprà eodem ſenſu, p. 44 Ed. Moll. ΟΡΑ ΔΕ, ἢ σοι καθ' ἡλικίαν τὸ δῶρον.

[P. 35, l. 3.] Ἐν γήρᾳ. Plato de Amore, in Symposio, p. 151 Ed. Fischer. πρῶτον μὲν νεώτατος θεῶν. Μέγα δὲ τεκμήριον τῷ λόγῳ αὐτὸς παρέχεται, φεύγων φυγῇ τὸ γῆρας, ταχὺ ὂν δηλονότι. Θᾶττον γοῦν δέοντος ἡμῖν προσέρχεται· ὃ δὴ πέφυκεν Ἔρως μισεῖν, καὶ οὐδ' ὄντος πολλοῦ πλησιάζειν; quod video contulisse & Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 254.

[P. 35, l. 3.] Θεασάμενος τοῦτο τὸ παιδίον. Sic reposui è Cod. Urs. probantibus Ursino, D'Orvill. ad Chariton. p. 212 & 254, & Mollio, qui hanc Codicis lectionem sibi in notis arrogar. Sic quoque habent utraque Par. Ed. & Lips. nisi quod uterque Par. Editor, Mollii notam secutus, θεασάμενος post παιδίον posuit. Θεασάμενος autem malè abest à tribus Codd. R. & ab Edd. Flor. Commel. & Jungerman. Malè in hisce duabus ultimis Edd. punctum post γήρᾳ ità figitur, ut legatur, τοῦτο τὸ παιδίον ταῦτα εἰπὼν, quod immeritò in suâ versione expressit Jungerman. Amyot vertit: te répute bien-heureux de ce que toi seul entre les hommes, en ta vieillesse tu y es encore bien voulu de cet enfant.

[P. 35, l. 4] Ἀνήλατο. C. R. I & II, ἀνήλλατο, ut & C. Urs. Ursino probante.

[P. 35, l. 5.] Κλάδον ἀμείβων ἐκ κλάδου. Expressit illud è Theocrito, Id. XV, v. 120:

οἱ δέ τε κῶροι ὑπερποτοῶνται Ἔρωτες,
Οἷοι ἀηδονιδῆες ἐφεσδόμενοι ἐπὶ δένδρων,
Ποτῶνται, πτερύγων πειρώμενοι, ὅσδον ἀπ' ὄσδω.

Et Id. XXIX, v. 14:

Νῦν δὲ τῶδε μὲν ἄματος ἄλλον ἔχεις κλάδον,
Ἄλλον δ' αὔριον, ἐξ ἑτέρω δ' ἕτερον ματῇς.

Sic & Moscho in Amore fugitivo, Amor dicitur:

Καὶ πτερόεις, ὅσον ὄρνις, ἐφίπταται ἄλλοκ' ἐπ' ἄλλους
Ανέρας, ἠδὲ γυναῖκας.

Bion, Id. II, omninò conferendus:

Τᾷ δὲ τᾷ τὸν Ἔρωτα μελάλμενον ἀμφιδόκευεν.

[P. 35, l. 8.] Πτερύſων δὲ τῶν ὤμων. C. R. I, ἐκ τῶ ὤμων.

[P. 35, l. 9.] Οὐκέτι ἴδον. In tribus Codd. R. deeſt illud ἴδον, quod ad tertii oram adſcriptum eſt.

[P. 35, l. 10.] Πολιὰς ἔφυσα. Theocrit. Id. XIV, v. 282

μάλην ὡς ἄνδρα γενειῶν.

[P. 35, l. 12.] Καὶ ἐσπεύδετε. Sanctus Paulus ad Philippenſes, c. 2, v. 17, εἰ καὶ ΣΠΕΝΔΟΜΑΙ ἐπὶ θυσίᾳ.

[P. 35, l. 14.] Μῦθον, ἢ λόγον. Agnoſcis imitationem Platonicam. Plato in Gorgiâ, p. 312 E, ἄκουε δὴ μάλα καλοῦ λόγου, ὃν σὺ μὲν ἡγήσῃ, ὡς ἐγὼ οἶμαι, μῦθον, ἐγὼ δὲ ΛΟΓΟΝ. Et in Phædone, p. 376 H, ἐννοήσας ὅτι τ' ποιητὴν δέοι, εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν ΜΥΘΟΥΣ, ἀλλ' ἢ ΛΟΓΟΥΣ. De quo vide omninò Cl. Wyttenbach. Animadverſ. in Plutarchi de ſerâ numinis vindictâ librum p. 82 & 83, ubi monet hæc Platonis loca à Plutarcho, Ariſtide & Libanio fuiſſe expreſſa. Adde & Achill. Tat. L. I, p. 88: ΜΥΘΟΝ ἔλεγον τ' ΛΟΓΟΝ. Confer & egregium illum Criticum Koën ad Gregor. de Dialectis p. 235, ubi & hunc Longi locum profert.

[P. 35, l. 15.] Ἐπυνθανόμην τί δῆτα πολέ. Sic ſuprà, p. 34 Ed. Moll. ἐπυνθανόμην τίνος δή. Hîc πολὲ idem valet quod gallicum DONC; quel eſt donc cet Amour?

[P. 35, l. 16.] Πότερα. Hîc πότερα pro πότερον, ut & apud eumdem ὅια pro ὅιον, & ὅμοια pro ὁμοίως, & ἴσα pro ἴσως, obſervante Reitzio ad Lucian. tom. II, p. 59. Infrà pro πάλιν ὦν, C. Flor. malè habet πάλιν νῦν.

[P. 35, l. 18.] Νέος καὶ καλός. Hæc ſæpiſſimè conjungi, ut apud Platonem, Ep. II, p. 707 F, Σωκράτης καλῷ δὲ νέῳ, & apud eos qui Platonem imitando expreſſerunt, ut & Julianum, Orat. VI, 189 A, Ariſtidem, tom. II, p.

288, Stobæum, Sermon. CIX, p. 355, apud Lucian. Deor. Dial. XIX, p. 264, apud Callimachum in Apollinis hymno, ubi hicce Deus dicitur. v. 36, ἀὶ καλὸς ϗ ἀὶ νέος, poſtremò in hoc Longi loco, doctè, ut ſemper, obſervavit Cl. Wyttenbach in illâ nunquam ſatis laudandâ Epiſtolâ Criticâ, p. 16. Idem & apud Tatium, L. VI, p. 656, & apud omnes ferè Scriptores, videbis.

[P. 35, l. 20.] Ἀναπτερῶ. In Cantic. Canticor. c. VI, v. 4, ἀπόστρεψον ὀφθαλμούς σου ἀπεναντίον μου, ὅτι αὐτοὶ ΑΝΕΠΤΕΡΩΣΑΝ με. Appoſitè Mollius hæc laudat ex Ariſtophane in Avibus (v. 1443:)

Λέγων ΑΝΕΠΤΕΡΩΚΕΝ ὥσθ' ἱππικαλεῖν.

Adde & ibid. Ariſtophanem habere, v. 1444, δεῖ τραγῳδίᾳ ΑΝΕΠΤΕΡΩΣΘΑΙ ϗ πεπόῆσθαι τὰς φρένας. Et v. 1446:

Λόγοισί τ' ἄρα ϗ ΠΤΕΡΟΥΝΤΑΙ; (cui reſpondet Piſthetærus:) φήμ' ἐγώ·
Ὑπὸ γὰρ λόγων ὁ νοῦς τε μείρεται,
Ἐπαίρεταί τε ἄνθρωπος. Οὕτω καί σ' ἐγὼ
ΑΝΑΠΤΕΡΩΣΑΣ βούλομαι χρηστοῖς λόγοις
Τρέψαι πρὸς ἔργον νόμιμον.

Et in Lyſiſtratâ, v. 670:

Καὐναπτερῶσαι
Πᾶν τὸ σῶμα, κἀποσείσασθαι
Τὸ γῆρας τόδε.

Quo prorsùs modo Anacreon dixit, Od. LIV:

Ὅτ' ἐγὼ νέων ὅμιλον
Ἐσορῶ, πάρεστιν ἥβη.
Τότε δὴ, τότ' ἐς χορείην
Ὁ γέρων ἐγὼ ΠΤΕΡΟΥΜΑΙ.

Sic & Xenophon in Sympoſ. p. 525 Ed. Henrici Stephani, 1581, in re ſimili, de iis dicit qui puerum cum puellâ ſaltantes ſpectabant: πάντες ΑΝΕΠΤΕΡΩΜΕΝΟΙ ἐθεῶντο;

quod ſic expreſſit Heliodorus, L. II, p. 125 : μανικῶς ἀΝΕΠΤΕΡΩΜΑΙ πρὸς τὸν θέαν. Et L. II, p. 107, μὲ θρῦς τῆς πολλῶν ἀΝΕΠΤΕΡΩΣΕΝ. Apud eumdem, L. III, p. 135, ἀναπτερῶν eſt, in ſpem inducere : enim verò ἀνεπτερῶσθαι eſt, ſpe, aut metu, aut ſubito nuncio arrectum emicare. Xenophon, in tertio Hellenic. p. 290 : ἀΝΑΠΤΕΡΩΜΕΝΩΝ δὲ τῆς Λακεδαιμονίων, καὶ τὰς ξυμμάχους ξυναγαγόντων, καὶ βουλευομένων τί χρὴ ποιεῖν. Plutarchus, in Sertorio, p. 581 D, habet, ἀΝΕΠΤΕΡΩΣΘΑΙ πρὸς τὴν ἐλπίδα, quo ſenſu apud Achill. Tat. L. VII, p. 620, & apud Lucianum, de domo, tom. III, p. 192, ἐπαρθῆναι καὶ ΠΤΕΡΩΘΗΝΑΙ πρὸς τὴν τῶ πολέμω ἐπιθυμίαν, ubi Lucianus ſic ἐπαρθῆναι & πτερωθῆναι conjungit ut Ariſtophanes in Avibus ſuprà laudatus. Euripides in Oreſte verſu 877 :

μῶν τί πολεμίων πάρα
Ἄγγελμ' ἀΝΕΠΤΕΡΩΣΕ Δαναΐδων πόλιν.

Et in Supplic. v. 89, ὡς φόβος μ' ἀναπτερᾷ. Eleganter Achilles Tat. L. I, p. 86, pavonem, qui caudam ſuam ambitioſè explicat, dicit ἀΝΑΠΤΕΡΩΣΑΙ τὸ κάλλος, καὶ θέατρον ἐπιδεικνύναι τῆς πτερῶν; quod infrà vocat λειμῶνα πτερῶν. Nicetas Eugenianus, in libro ſecundo fabulæ Manuſcriptæ de Amoribus Droſillæ & Charicli :

Ὁ γὰρ Ἔρως εἴωθε νύκτωρ τὸ πτέον
ἈΝΑΠΤΕΡΟΥΣΘΑΙ τῶις ὀρῶσιν εἰσρέων.

Idem infrà, L. VI, totum hunc Longi locum ſic expreſſit :

Ἔρως γὰρ αὐτὸς ὁ θρασὺς, ὁ τοξότης,
Καλὸς θεός τις μυθοπλαςεῦται νέος,
Καὶ τόξα πλυτεῖ, καὶ φαρέτραν ἰσφέρει.
Χαίρει τὰ πολλὰ τοιγαροῦν καὶ τοῖς νέοις.
Ὅπου γὰρ κάλλος ἐκδιώκων προφθάνει,
ἈΝΑΠΤΕΡΟΙ τε καὶ φρένας καὶ καρδίαν.

[P. 35, l. 20.] Δύναται δέ. Eleganter vim amoris ſic

depingit Auctor Cantici Canticorum capite 8, verſu 6: θές με ὡς σφραγίδα ἐπὶ τὸν βραχίονά σου· ὅτι κραταιὰ ὡς θάνατος ἀγάπη, σκληρὸς ὡς Ἅιδης ζῆλος· πτερύγια αὐτῆς, πτερύγια πυρὸς, φλόγες αὐτῆς. Ὕδωρ πολὺ οὐ δυνήσεται σβέσαι τὴν ἀγάπην, οὐ ποταμοὶ οὐ συγκλύσουσιν αὐτήν.

[P. 36, l. 1.] Ὁμοίων θεῶν. Ceux qui ſont Dieux comme lui, ut vertit Amyot. Phædra de Amore loquens apud Ovid. Heroid. IV, L. I:

Regnat, & in dominos jus habet ille Deos.

Sophoeles apud Stobæum, Tit. LXIII, p. 241 Ed. Grot.

Εἴ μοι θέμις, (θέμις δ' ἀληθῆ λέγειν)
Διὸς τυραννεῖ πνευμόνων· ΑΝΕΥ ΔΟΡΟΣ,
ΑΝΕΥ ΣΙΔΗΡΟΥ πάντα τοι συμπέπλεγται.

Ubi agnoſcis Anacreonticam imitationem. Sic enim Teius vates, Od. II:

Τί δῆτα δίδωσι; Κάλλος·
Ἀντ' ἀσπίδων ἀπασῶν,
Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων.
Νικᾷ δ' ὁ καὶ σίδηρον,
Καὶ πῦρ καλή τις ὤν.

De imperio autem & jure Amoris in cæteros Deos plura videbis apud Menandrum in Heroë, Euripidem in Auge, & Sophoclem in Phædrâ & Trachyn. laudatos à Stobæo, Serm. LXIII. Ibidem Orpheo Venus dicitur κρατέειν πρεσσῶν Μοιρῶν. Vide & Achillem Tat. L. I, p. 20, & Heliodor. L. IV, p. 180, à Columbanio, Mollio & Cl. Bodeno collatos. Chariton. L. VI, p. 101, κρατῶ πάντων τ' θεῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Διός. Anacreon, Od. LVIII:

Ὅδε δ' θεῶν δυνάστης,
Ὅδε καὶ βροτοὺς δαμάζει.

[P. 36, l. 3.] Τὰ φυτὰ ταῦτα. Amyot & hîc videtur legiſſe πάντα; vertit enim, toutes les plantes & tous les arbres ſont de ſa facture.

[P. 36, l. 6.] Οἴστρῳ πληγείς. Anacreon, Od. III, de Amore:

Τύπτει μέσον ἧπαρ ὡς ΟΪΣΤΡΟΣ.

Achill. Tat. L. II, p. 222: ἐν τῇ τῆς Ἀφροδίτης ἀκμῇ ΟΪΣΤΡΕΪ ὑφ' ἡδονῆς. Josephus, Antiquitat. Judaic. L. VII, c. 8, p. 301: τῷ δ' ἔρωτι καιόμενος, καὶ τοῖς τοῦ πάθους κέντροις ΜΥΩΠΙΖΌΜΕΝΟΣ. Sic & Leander apud Musæum, v. 195, dicitur πόθου βεβολημένος ὀξέϊ ΚΈΝΤΡΩ. Suprà, v. 166, Hero γλυκύπικρον ἐδέξατο ΚΈΝΤΡΟΝ ἐρώτων.

[P. 36, l. 8.] Ἤμην. Hîc observa vocem ἤμην, pro quâ Atticos dicere ἦν monet Mœris Atticista in Ἦν, p. 172, quamvis ἤμην legatur & apud Euripidem. De quo vide Cl. Pierson in hunc Mœridis locum.

[P. 36, l. 9.] Τροφῆς ἐμεμνήμην. Passim apud Homerum hæc loquendi formula.

[P. 36, l. 10.] Ἤλγουν τὴν ψυχήν. Suprà, L. I, p. 27 Edit. Moll. ἤλγει τὴν καρδίαν. Sed, quod jam anteà observatum, ἡ καρδία & ἡ ψυχὴ sic promiscuè à Græcis usurpantur, ut interdùm à nobis le cœur & l'ame. Hunc autem dolorem Theocritus vocat θυμαλγὲς ἄχος, Id. III, v. 12.

[P. 36, l. 11.] Τὴν καρδίαν ἐπαλλόμην. Suprà, L. I, p. 12 Ed. Moll. Cl. Huetio & Cl. Bodeno monentibus, ἐκπηδᾷ μου τὸ πνεῦμα, ἐξάλλεται ἡ καρδία. Confer & p. 28, ac præsertim Achill. Tat. L. I, p. 30, ubi ἔτρεμον τὴν καρδίαν. Cæterùm admirabilem illam Sapphicam ᾠδὴν à Longino servatam ob oculos habuisse Longus videtur.

[P. 36, l. 13.] Ἐνέβαινον. Malè Codex Regius tertius, ἀνέβαινον. Suprà, L. I, p. 18 Edit. Moll. εἰς τοὺς ποταμοὺς ἈΝΈΒΑΙΝΕ.

[P. 36, l. 13.] Καόμενος. Hîc, ut alibi passim, pro καιόμενος, quod in omnibus Edd. restitui formam Atticam

καόμενος, quæ & legitur in C. R. I, & in tertio indicatur, cùm in hoc, τῷ καόμενος ſuperimponatur alpha. Achilles Tatius L. I, p. 66, de amante : καίομαι τῷ πυρί.

[P. 36, l. 14.] Τῆς Πίτυος. Vide quæ ſuprà obſervavimus p. 61 primi libri in hæc verba, ἤδη Πᾶνα καὶ τὴν Πίτυν. Huetius inſuper conferenda monet Geoponic. L. II, p. 311.

[P. 36, l. 17.] Ὅτι μοί. Legitur ὅτι μὴ in Ed. Jungerman. operarum vitio, quod Jungerman. correxit in mendorum elencho.

[P. 36, l. 17.] Βῦς ἤθελον. Suprà habes de grege, L. I, p. 17 Ed. Moll. σύριγξι ΘΕΛΓΕΣΘΑΙ.

[P. 36, l. 18.] Οὐδὲν φάρμακον. Imitatur Theocrit. qui & à Cl. Valckenær. cum Longo collatus, ſic habet in Id. XI initio :

Οὐδὲν ποτὶ τὸν ἔρωτα πεφύκει ΦΑΡΜΑΚΟΝ ἄλλο,
Νικία, ὥστ' ἔγχριστον, (ἐμὶν δοκεῖ) ὥστ' ἐπίπαστον,
Ἢ ταὶ Πιερίδες.

Quod & reſpexit Bion apud Stobæum Ecl. Phyſ. cap. 12, p. 149 :

Μῶσαν Ἔρως καλέοι, Μῶσαι δ' Ἔρωτα φέροιεν.
Μολπὰν ταὶ Μῶσαί μοι ἀεὶ ποθέοντι δίδοιεν,
Τὰν γλυκερὰν μολπὰν, τᾶς ΦΑΡΜΑΚΟΝ ἄδιον ὐδέν.

Idem Theocrit. Id. XIV, v. 52 :

Χὠ, τι τὸ ΦΑΡΜΑΚΟΝ ἐστιν ἀμαχανίοντος ἔρωτος,
Οὐκ οἶδα.

Et Id. XXIII, v. 24 :

Ξυνὸν τοῖσιν ἐρῶσι τὸ ΦΑΡΜΑΚΟΝ.

Chariton, L. VI, p. 102, ΦΑΡΜΑΚΟΝ γὰρ ἕτερον ἔρωτος, ὐδὲν ἐστιν πλὴν ὁ ἐρώμενος. Suprà, L. I, p. 17 Ed. Moll. τῆς ἐρωτικῆς λύπης ΦΑΡΜΑΚΟΝ τὸν κάμαλον ἔσχον. Confer & Cl. Koppierſ. Obſerv. Philolog. c. 11, p. 138 & 139,

ubi & hunc è Callimachi Epigrammate XLIX locum profert:

Αἱ Μῶσαι τ' Ἔρωτα κατιχναίουσι, Φίλιππε.

[P. 36, l. 19.] Ἐν ᾠδαῖς λαλύμενον. Incantationum frequens in veteri medicinâ uſus. Sic apud Pindar. Pyth. III, Stroph. 3, v. 91, ubi varia deſcribuntur remedia, quibus ægros ſanabat Æſculapius:

Τὰς μὲν μαλακαῖς
ΕΠΑΟΙΔΑΙΣ ἀμφέπων,
Τὰς δ' προσανία πόνους, κ.τ.λ.

In Od. T, v. 457, vulnerati Ulyſſis ſanguis incantatione inhibitus ſtetit:

ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν
Ἔσχεθον.

[P. 36, l. 20.] Ὅτι μὴ φίλημα. An ΤῸ φίλημα, ἢ Ἡ πειθολή? Theocritus, Id. XXIII, v. 9:

φίλαμα τὸ κυφίζον τὸν ἔρωτα.

Cl. Boden hîc annotat Jungermanum habere ὅτι μοι τὸ φίλημα, quamvis reverà non μοι, ſed μὴ, hîc habeat. Sed malè ſuprà idem Jungerman. p. 49 lin. 21 ſuæ Ed. habet ὅτι ΜΗ τὰς μὲν βᾶς ἔθιλον, pro ὅτι μοι, quod in typographicorum mendorum Indice correxit, quodque à Cl. Bodeno confuſum in causâ fuit cur erraret, & lin. 27, tribueret lectionem quæ pertinet ad lineam 21 ejusdem pagiuæ.

[P. 37, l. 5.] Λύσης. Sic unicè legendum. Sic pro λύτης, quod in omnibus Edd. & Codd. repoſui è conjecturâ Mollii, qui minùs benè in eâdem notâ addit ſuſtineri poſſe alteram lectionem λύτης, quam à Cl. Bodeno λύπης penitùs rejiciente, prælatam fuiſſe miror. Enim verò quamvis amor vehementiſſimus & ſit & dicatur rabies, λύσσα, non ideò tamen rabies, ſed mœror contrahit animum, nec dici poteſt σωιεχάλιζεν ὑπὸ λύτης, ſed rectè ὑπὸ λύπης. Immò & λύπη à Suidâ tom. II, p. 474, definitur

definitur ΣΥΣΤΟΛΗ ἄλογος ψυχῆς, quod Suidas, ut monuerunt Kuſterus, Pearſonius, aliique, debet Diogeni Laërtio docenti L. VII, Segm. III, p. 433, Ed. Meibom. Stoicis τὴν ΛΥΠΗΝ εἶδ) ΣΥΣΤΟΛΗΝ ἄλογον, quodque, obſervante Aldobrandino, Cicero, qui nihil ferè proprium habet in operibus philoſophicis, ſic ad verbum expreſſit in quarto Tuſculanar. libro : ità hæc prima definitio eſt, ut ægritudo ſit animi, advertſante ratione, CONTRACTIO. Galenus, L. IV, de Dogmat. Hippocratis & Platonis, Stoicorum de animi perturbationibus doctrinam exponens, & laudatus à Menagio, Obſervat. ad Laërt. p. 302 tomi ſecundi, & à Salmaſio ad Simplicium, p. 60, omninò videndo, habet ἀλόγους ΣΥΣΤΟΛΑΣ, & ταπεινώσεις, καὶ δήξεις; quod poſtremum vocabulum Cicero ibid. vertit, ægritudinem quæ quaſi morſum aliquem doloris (δῆξιν) efficiat. Suprà, L. I, p. 17 Ed. Moll. habes ΕΡΩΤΙΚΗΣ ΛΥΠΗΣ φάρμακον. Et L. IV, p. 127 Ed. Moll. ἀπείρος ΕΡΩΤΙΚΗΣ ΛΥΠΗΣ. Sic apud Thucydid. L. VI, p. 194, l. 99, habes ἐρωτικὴν λύπην. Præterea & Huetius in hoc Longi loco conjecit λύπης, pro λύτης.

[P. 37, l. 7.] Ἀλγῶσιν οἱ ἐρῶντες. Suprà Philetas de ſe ipſo dixerat, p. 37 Ed. Moll. ΗΛΓΟΥΝ ἡ ψυχήν.

[P. 37, l. 8.] Ἀμελῶσιν ἴσως. Sic omnes Edd. & Mſſ. Sed diſtinguendum poſt ἀμελῶσιν, & legendum ἴσως καὶ ἡμεῖς, id eſt, pariter & nos, ſic & nos. Poſt ἀμελῶσιν, ſubaudiendum πόσης καὶ ποτῆ. Rectè Amyot : ils ne font compte de boire ni de manger (ἀμελῶσιν); auſſi peu en faiſons nous. (ἴσως δὲ ἡμεῖς ἠμελήκαμεν.)

[P. 37, l. 10.] Παρ' ἡμῖν. Fortè non deerunt qui ità legendum conjiciant πάρ', ut πάρ' ſit pro πάρεσι.

[P. 37, l. 12.] Γενέσθαι πλὴν ἡμέρας. De hoc Longi loco vide Cl. Wyttenbach. Epiſt. Crit. p. 22. Hîc infrà dicuntur νύκτα μισοῦντες, p. 40 Ed. Moll.

[P. 37, l. 13.] Ἐρῶμεν ἀλλήλων. Sic edidi cum tribus Codd. R. pro ἀλλήλως, quod in omnibus Edd. quodque ne Græcum quidem eſt. Semper enim cum genitivo conſtruitur ἐρᾶν, & hîc, & apud alios omnes Scriptores. Suprà, p. 35 Ed. Moll. ἤρας Ἀμαρυλλίδος; p. 37, ἠράσθην Ἀμαρυλλίδος; p. 38, Ἀμαρυλλίδος ἐρῶντα; L. III, p. 83, ἐρᾶς Χλόης; L. IV, p. 126, σώματος ἐρῶ δάλυ, & ibid. p. 129, οἷος ὢν οἵων ἐρᾷ κ.τ.λ. Hinc viro doctiſſimo, & inter majorum gentium Criticos recenſendo, Joh. Frid. Herelio, (cujus Animadverſiones criticas miſcellas, Erfordiæ, 1768, typis Henr. Rudolph. Nonnii Academ. typographi, expreſſas, omnibus qui hæc ſacra tractant, indicandas cenſeo), Divam Criticen minùs faviſſe puto, cùm, p. 75 ſuæ Epiſtolæ Criticæ ad V. Cl. Johan. Ge. Meuſelium, Altenburgi, 1767, in Heliodoro, L. V, p. 235, ubi habetur, παῖδάς τε τὰς σὰς ἴσα ⁊ πατρὶν ὁρᾶν τοῖς ἐμοῖς, pro ὁρᾶν legere vult ἐρᾶν, quod cum accuſativo nunquam conſtruitur. Quid autem diſcriminis interſit inter φιλεῖσθαι & ἐρᾶσθαι, egregiè patet è Xenophonte in Hierone, p. 536: ἃ μόνον ΦΙΛΟΥΣΙΝ, ἀλλὰ ⁊ ἐρῶσι ὑπ' ἀνθρώπων. Hinc propriè Plutarchus in Bruto, p. 997, C: Βροῦτον ὃ λέγουσι δι' ἀρετὴν ΦΙΛΕΙΣΘΑΙ μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν, ΕΡΑΣΘΑΙ δ' ὑπὸ τῶν ἀρίστων, μισεῖσθαι δ' μηδ' ὑπὸ τῶν πολεμίων.

[P. 37, l. 14.] Εἰ τοῦτο μέν. Sic nullo ferè ſenſu legitur in omnibus Edd. & Codd. niſi quod Cl. Dutens Mollii verſionem ſecutus, punctum fixit poſt ἐρώμενος, ante τί ἦν. Mollius autem vertit: quòd ſi illud amor eſt, ego ſum amaſius; quorsùm igitur hæc nos malè habent? Jungermanus: ſi quidem igitur hoc eſt amor, ego verò amaſius; quid igitur ità dolore cruciamur? Idem Jungermanus hæc annotat: « poſſet aliquis conjectare deeſſe hîc tale quid: σὺ « δ' ἢ ἐρωμένη· vel totum locum ſic ſupplendum: εἰ τοῦτο

« μέν ἐστιν ὁ ἔρως, καὶ σὺ ἡ ἐρωμένη, ἐγὼ δὲ ὁ ἐρώμενος, « κ.τ.λ. » Ego quidem legendum puto, εἰ τοῦτο ΜΗ ἐστιν ὁ ἔρως, ubi illud ΜΗ pro ΜΕΝ positum, ità reddit omnia plana & expedita, ut hic sensus oriatur quem in versione expressi: nisi hoc esset amor, & ego te amarem, cur tandem hisce doloribus angeremur, cur nos mutuò quæreremus; quæ omnia mutui ac veri amoris sunt indicia? Rectè Mollius hæc confert Ovid. Heroid. II:

Ipsa quoque incalui, qualemque audire solebam,
Nescio quem sensi corde repente deum.
Fugerat ora color, maciesque adduxerat artus,
Et gemitus, nullo læsa dolore, dabam;
Nec cur hoc facerem poteram mihi reddere causam:
Nec noram quid amans esset, & illud erat.

[P. 37, l. 17.] Ἐκ τοῦ κήπου. Ad marg. C. R. III, αὐτοῦ. Fortè legendum ΤΟΥΤΟ τὸ ἐκ τοῦ κήπου παιδίον, quod Longo solemne.

[P. 37, l. 18.] Ὄναρ ἐκεῖνο. Nempè in illo somnio, de quo vide suprà, L. I, p. 7 Ed. Moll. Fortè quis mallet distinguere post ὄναρ, & legere, ἐκεῖνο νέμειν ἡμᾶς τὰς ἀγέλας ἐκέλευσε, id est, ille quoque nos jussit pascere oves. Sic infra L. II, p. 51 Edit. Moll. ΑΥΤΗΝ ἠλεήσαμεν .... ΕΚΕΙΝΗ πεδίοις κοινὸν οὐδὲν ἔχει.

[P. 37, l. 19.] Αὐτὸ λάβοι. Malè Ed. Moll. & hinc utraque Par. αὐτόν.

[P. 37, l. 20.] Αὐτὸ φύγοι. Appositè Jungermanus, & hinc Mollius hæc conferunt ex Achille Tatio, L. II, p. 116: κάτωθεν δ' ὥσπερ ἐκ τῆς καρδίας ὁ Ἔρως ἀντεφθέγγετο· ναὶ τολμηρὲ, κατ' ἐμοῦ στρατεύῃ καὶ ἀντιπαρατάττῃ; Ἵπταμαι, καὶ τοξεύω, καὶ φλέγω. Πῶς δυνήσῃ με φυγεῖν; Ἂν φυλάξῃ μου τὸ τόξον, οὐκ ἔχεις φυλάξασθαι τὸ πῦρ· ἂν δὲ καὶ ταύτην κατασβέσῃς σωφροσύνῃ τὴν φλόγα, αὐτῷ σε καταλήψομαι τῷ πτερῷ. Bion apud Stobæum, Ser-

mon. LXIV, p. 277 Ed. Grotii, Venetem sic alloquitur:

Ἐς τί δέ νιν (Amorem) ΠΤΑΝΟΝ ϛ ἑκαϐόλον ὤπαϐας ἡμῖν,

Ὡς μὴ πικρὸν Ἔρωτα δυναίμεθα ΤΗΝΟΝ ἀλύξαι;

Ubi fortè, pro τηνὸν, in secundo versu legendum πτηνὸν, seu πτανόν.

[P. 38, l. 4.] Περιπλοκή. Sic restitui pro vulgato περιπλοκὴν, quod est in omnibus Edd. & Codd. ac stare nequit.

[P. 38, l. 5.] Καρτερήϐομεν. Sic edidi cum Cl. Dutens, secutus elegantem Danielis Heinsii conjecturam à Jungermano, Mollio & summo Valckenætio probatam, & ab Amyoto in Gallicâ versione expressam. Interpretatur enim, nous l'endurerons. In cæteris Edd. μαρτυρήϐομεν, quod Mollius explicat, probabimus, periculum faciemus; quo sensu infrà, in re simili, p. 39 Ed. Moll. πειρατέον καὶ τούτου.

[P. 38, l. 5.] Δεύτερον μ^τ Φιλητᾶν. Amyot videtur punctum fixisse post καρτερήϐομεν, & legisse, vel in suo Codice scriptum invenisse, δεύτερον μ^τ Φιλητᾶν τοῦτο αὐτοῖς γίνεται κ.τ.λ. vertit enim: vrai est qu'il fait froid, mais nous l'endurerons. (καρτερήϐομεν.) Ainsi leur étoit la nuit une seconde école, en laquelle ils recordoient les enseignements de Philetas. Observa autem Cl. Wyttenbachium conjecisse eodem modo distinguendum, & punctum figere post καρτερήϐομεν, ante δεύτερον μ^τ κ.τ.λ.

[P. 38, l. 6.] Γίνεται. C. R. II, & C. Urs. γίγνεται.

[P. 38, l. 8.] Ἐφίληϐαν. Operarum vitio in Ed. Commel. ἐφίληϐ, quod Huetius & Jungermanus correxerunt.

[P. 38, l. 8.] Ἀλλήλους ἰδόντες. Malè Codd. Flor. & Commel. virgulam ponunt post ἀλλήλους, & legunt ἰδόντες ὃ μήπω πρότερον ἐποίηϐαν. Paulò infrà, p. 40 Ed. Moll. ϛ ἸΔΟΝΤΕΣ ἈΛΛΗΛΟΥΣ, ἅμα μειδιάματι

καλέδραμον. Et L. III, p. 74, ΙΔΟΝΤΕΣ ΑΛΛΗΛΟΥΣ. Et L. I, p. 17, ἔχαιρον ΙΔΟΝΤΕΣ. Suprà iis oſculum, φίλημα, ut amoris remedium, ἔρωτος φάρμακον, à Philetâ indicatum erat; & paulò infrà dicunt, obſervante Jungermano, κὴ ἐφιλήθημεν, κὴ ἤδεν ὄφελος. Indè, ut primùm ſeſe conſpiciunt, in mutuos amplexus effuſi ruunt.

[P. 38, l. 9.] Ὃ μήπω πρότερον ἐποίησαν. Non hîc dicit eos oſculi ſuavitatem nunquam deguſtaſſe, cùm de Chloës oſculo ſuprà loquatur Daphnis, L. I, p. 12, 13 & 17 Ed. Moll. ſed indicat eos tunc primùm mutua ſibi libaviſſe oſcula, ſtatim atque ſeſe conſpexerunt: niſi quis legere malìet, ΚΑΙ, ὃ μήπω πρότερον ἐποίησαν, πιεσίβαλλον.

[P. 38, l. 12.] Νέων αἰπόλων. Nota emphaſin. Multò enim laſcivior erat caprariorum, quàm bubulcorum & paſtorum petulantia. Theocritus, Id. I, v. 86:

Βώτας μὰν ἐλέγευ· τῦν δ' αἰπόλω ἀνδρὶ ἔοικας,
Ὠπόλος, ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας ὕια ϛαλεῦντας,
Τακέσας ὀφθαλμῶς, ὅτι ἁ τρέας αὐλὸς ἔσυλο.

Ubi vide Heinſ. Lect. Theocrit. c. 4.

[P. 38, l. 14.] Καὶ καλάμεμψιν. Jamdudùm ſic legendum conjeceram, cùm poſteà vidi eamdem placuiſſe emendationem Jungermano & Rhodomano, (qui à Jungerm. laudatus, τῷ ἔχειν præfert παρέχειν,) & Jungermani lectionem probatam fuiſſe à ſummo Hemſterhuſio ad Lucianum, tom. I, p. 7, not. 62. At Edd. Flor. Commel. Jungerman. Moll. & prior. Par. πάλιν ἦν ἀχρυπνία ἔχειν ἐννοιαν τῶ γεγενημένων, καλάμεμψις κ.τ.λ. Pro ἀχρυπνία, C. Urſ. & C. R. II, Urſino & Mollio probantibus, ac ſequente in ſuâ Ed. Cl. Dutens, ἀχρυπνίαν, & margo C. R. III, ἀχρυξία. Pro ἔννοιαν, C. Flor. & tres Miſſ. Reg. probante Moll. & ſequente Cl. Dutens, ἔννοια. Minùs benè Cl. Boden edidit ἀχρυπνίαν ἔχειν κὴ ἔννοιαν

τῆς γεγενημένων, καὶ ἀμεμψίς κ.τ.λ. Sic rectè Amyot in ſuâ verſione Gallicâ ſenſum aſſecutus eſt : la nuit enſuivant ils ne purent repoſer, & ne firent autre choſe que remémorer ce qu'ils avoient fait, & regretter ce qu'ils avoient omis de faire.

[P. 38, l. 14.] Καὶ ἐφιλήσαμεν. Subaudi ἔλεγον, ut ſuprà p. 38, Ed. Moll. ante ἀλγῶσιν οἱ ἐρῶντες κ.τ.λ. At infrà, L. II, p. 65, ὦ Δάφνι, ΛΕΓΟΥΣΑ, θεὸς ὁ Πὰν κ.τ.λ. Fortè hîc omittendum τὸ Ε anre ἐφιλήσαμεν, & legendum, ἐφιλήσαμεν, κ᾽ οὐδὲν ὄφελος· Ε περιεβάλομεν.

[P. 38, l. 15.] Περιεβάλομεν. Cl. Boden annotat Jungermanum conjeciſſe ſcribendum περιεβάλλομεν, nec ſe hoc improbare, ſi paulò anrè retinueris περιέβαλλον τὰς χεῖρας. At verò Jungermanus nuſquam ſe conjicere dixit περιεβάλλομεν; ſed ſic edidit, & in typographicorum mendorum elencho monuit in Ed. Flor. legi περιεβάλομεν.

[P. 38, l. 16.] Οὐδὲν πλέον. De locutionibus πλέον ἔχειν, πλέον ποιεῖν, & πλέον εἶναι, vide ſummum Valckenær. in Hippolyt. p. 194, & in Euripidis fragm. c. 14, p. 150, & Lambert. Boſ. p. 10 & 21 Animadverſ. ad Scriptores quoſdam Græcos. Achilles Tat. L. II, p. 138, à Cl. Bodeno cum hoc Longi loco collatus, ΠΛΕΟΝ οὐδὲν ἦν, ut Xenophon Epheſ. p. 6, ΠΛΕΟΝ αὐτοῖς οὐδὲν ἦν. Heliodorus, L. VIII, p. 382, ΠΛΕΟΝ ᾗ ἐγίνετο οὐδέν. Idem Achilles Tat. L. II, p. 232, ΠΛΕΟΝ ᾗ ΗΝΥΟΜΕΝ οὐδέν. Undè apud eumd. Tat. L. V, p. 412 Ed. Cl. Bodeni, (at 285 Ed. Salmaſ.) pro ἀλλὰ πλέον ΩΝΗΣΕΝ οὐδὲν, lego ἀλλὰ πλέον ΗΝΥΣΕΝ οὐδέν. Xenophon Eph. L. IV, p. 55, ὡς ᾗ οὐδὲν ΗΝΥΕ. Heliodor. L. VIII, p. 386, & L. IX, p. 414, ΗΝΥΕ ᾗ οὐδὲν, & ibid. paulò infrà, ὡς ᾗ ΗΝΥΕΤΟ οὐδέν. Eodem ſenſu Achilles Tar. L. VII, p. 586, ἀλλ᾽ ἐπέραινον οὐδέν.

[P. 38, l. 16.] Πλέον χαδόν. Cl. Wyttenbach, propter

sententiam, & propter linguæ genium, quæ, inquit, σχεδὸν in fine prorsùs respuit, punctum figit post πλέον, & legit, σχεδόν τι ὖν κατακλιθῆναι. Mallem σχεδὸν ὖν ΤΟ κατακλιθῆναι. Suprà vidisti, p. 38 Ed. Moll. σχεδὸν τοῦτό ἐστιν ὁ ἔρως, ubi σχεδὸν in principio positum est.

[P. 38, l. 19.] Ἐπὶ τούτοις. Amyot: or pour avoir eu ces pensées amoureuses en veillant, &c.

[P. 38, l. 19.] Οἷον εἰκός. Suprà, p. 30 Ed. Moll. οἷον ὖν εἰκός.

[P. 39, l. 1.] Ταῦτα ὄναρ ἔπραξαν. Hæc in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. omissa. Rectè Jungermanus contulit Achill. Tat. L. I, p. 38: πάντα δὴ ἦν μοι Λευκίππη τὰ ἐνύπνια· διελεγόμην αὐτῇ, συνέπαιζον, συνεδείπνουν, ἡπτόμην. Πλείονα εἶχον ἀγαθὰ τῆς ἡμέρας· (an τῶν τῆς ἡμέρας) καὶ γὰρ κατεφίλησα, καὶ ἦν τὸ φίλημα ἀληθινόν. In hoc autem Longi loco, pro ὅσα δὴ C. Urs. habet ὅσα δή.

[P. 39, l. 2.] Ἐνθεώτεροι. Sic Xenophon in Symposio, p. 117 Ed. Bachii, in re simili: ἐκ θεῶν τοῦ κατεχόμενοι.

[P. 39, l. 2.] Δέ. C. Urs. δή.

[P. 39, l. 3.] Ῥοίζῳ. Hîc, ut sæpe alibi, imitatus est Homer. Od. I, v. 315:

Πολλῇ δὴ ῥοίζῳ πρὸς ὄρος τρέπε πίονα μῆλα.

Et Il. Ψ, v. 361:

Σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων.

Et Il. K, v. 502:

Ῥοίζησεν δ' ἄρα πιφαύσκων Διομήδεϊ δίῳ.

Hanc vocem pro sibilo usurpant Lucian. in Amor. tom. II, p. 404, Plutarchus in Marcello, p. 306, in Cimone, p. 488, in Demetrio, p. 898, &c. Idem Longus infrà, L. III, p. 95, ἤλαυνε ῥοίζῳ πολλῷ τὰς ἀγέλας εἰς τὴν νομήν.

[P. 39, l. 4.] Ἐπειγόμενοι κατά. Hîc πρὸς è Codd. Flor. & Urs. Ursino probante, & è tertii R. marg. revocare volueram; sed in omnibus Edd. κατὰ, pro quo primùm ità

conjeceram μετὰ, ut illud κατὰ è compendii ignotatâ ratione natum fuisse suspicater. Ursini autem Codicis lectionem pro suâ conjecturâ dedit Moll. At verò Cl. Abresch. Animadv. ad Æschyl. p. 83 & 84, probare conatur τὸ κατὰ interdùm idem significare, quod πρὸς, id est, versùs, & ideò frustrà esse Moll. in hoc loco substituentem πρός.

[P. 39, l. 5.] Ἅμα μειδιάματι. Hoc μειδίαμα in amore frequens, eleganter hîc à Longo adhibitum fuisse observat Lennep. Animadvers. ad Coluthum, L. II, c. 4, p. 92. Statim infrà, τὰ μὲν οὖν; ubi μὲν omissum esse in Ed. Jungerman. nescio cur dicat Cl. Boden, cùm in illius Edit. hoc μὲν legatur.

[P. 39, l. 10.] Καθέζοντο ἐπὶ στελέχους. Hoc rectè è C. Urs. Ursino probante, reposuerunt Jungermanus, Cl. Dutens & Cl. Boden, quod sibi in notis arrogavit Mollius. At verò Edd. Flor. Commel. Moll. & prior Par. ac duo ultimi Mss. R. καθέζοντο .... στελέχους. Malè C. R. I, ὑπὸ στελέχους; lege ἐπὶ, ut suprà, L. I, p. 12 Ed. Mollii, conferente & Jungermano, καθίζαντες ἐπὶ στελέχει δρυός. Notandum autem Cod. Ursin. habere καθέζονται pro καθέζοντο.

[P. 39, l. 11.] Γευσάμενοι. Sic suprà, L. I, p. 13 Ed. Moll. πρῶτον ΓΕΥΌΜΕΝΟΣ τῶν ἔρωτος ἔργων.

[P. 39, l. 11.] Ἐν φιλήματι. Jungermanus in typographicorum mendorum elencho φιλήμασι conjecit, quam conjecturam superfluam vocat Cl. Boden.

[P. 39, l. 13.] Θλίψιν τοῖς στόμασι. Cl. Wyttenbach emendat σώμασι; quod & jam conjeceram, cùm hîc agatur de χειρῶν περιβολαῖς. Idem verè monet has voces sæpiùs confundi, ut apud Xenophont. in Sympos. IV, 26, p. 141 Ed. Bach.: ἴσως δὲ καὶ διὰ τὸ μόνον πάντων ἔργων τὸ τοῖς ΣΩΜΑΣΙ συμψαύειν ὁμώνυμον εἶναι τῷ τῶν ψυχαῖς φιλεῖσθαι, ἐντιμότερόν ἐστιν, ubi legendum ΣΤΌΜΑΣΙ, pro ΣΩΜΑΣΙ; φίλημα enim non corporis, sed

oris contactus est, ut περιβολὴ est non oris, sed corporis contactus. Aristænetus, L. I, Ep. XVI, p. 43 Ed. Abresch. de osculo : καὶ πεφίληκεν .... καὶ ΚΑΤΈΤΡΙΦΈ μου τὸ στόμα, ubi fortè quis præferret κατέθλιψε.

[P. 39, l. 13.] Κατὰ τήν. Edd. Flor. Comm. & Jungerman. ac tres Mss. R. καὶ τήν. At rectè Cod. Flor. κατ᾽, quod & conjecerat Huetius, & in textum recepit Moll. & hinc uterque Par. Editor & Cl. Boden.

[P. 39, l. 14.] Περιβολήν. Codd. Flor. & Urs. προσβολήν. Infrà legitur βιαιότερον δὴ, ubi Huetius delendum censet τὸ δή.

[P. 39, l. 16.] Τῷ φιλήματι ἀκολουθῶν. Suprà L. I, p. 11 Ed. Moll. ταῖς τῆς ταινίας ὁλκαῖς ταῖς χερσὶν ἈΚΟΛΟΥΘΩ̃Ν. Eleganter Achilles Tat. L. II, p. 222 : ἡ καρδία ταραχθεῖσα τῷ φιλήματι, πάλλεται· εἰ δὲ μὴ τοῖς σπλάγχνοις ἦν δεδεμένη, ἨΚΟΛΟΎΘΗΣΕΝ ἂν ἑλκυσθεῖσα τοῖς φιλήμασι.

[P. 39, l. 17.] Ὀνείρων εἰκόνα. Enim verò, ut suprà dixit, p. 39, ὅσα μεθ᾽ ἡμέραν οὐκ ἔπραξαν, ταῦτα ὄναρ ἔπραξαν· γυμνοὶ μετ᾽ ἀλλήλων ἔκειντο.

[P. 39, l. 19.] Εἰδότες. Sic ante Cl. Bodenum restitueram è Codd. R. I & II, & è C. Urs. Ursino & Jungermano probantibus, pro ἰδόντες quod in aliis Edd. Rectè Amyot vertit : sans sçavoir rien du surplus; ubi videtur legisse εἰδότες.

[P. 40, l. 2.] Ἀληθῶν τι ἔπραξαν. Theocrit. Idyl. XI, v. 143 :

Ἐπράχθη τὰ μέγιστα, καὶ ἐς πόθον ἤνθομες ἄμφω.

Achilles Tat L. II, p. 130, eodem sensu : ἐπεχείρουν τι προύργου ποιεῖν. Mollius : Herodianus de Heliogabalo, ἵνα δὴ καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν πράττειν δοκοίη.... Eodem sensu usus est noster verbo πράττειν, quo aliquandò facere utuntur Latini. Plaut. mavult ancillæ facere quàm liberæ. Idem :

ſi tibi cordi eſt facere, id eſt, amplecti amicam. Senec. Ep. CXXIII: una felicitas eſt bonæ vitæ, facere, eſſe, bibere, frui patrimonio. Nota autem ἔπραξαν hîc ſignificare feciſſent. Hunc Longi locum profert J. F. Reitzius ad Lucian. tom. II, p. 193, ut oſtendat eſſe hoc aoriſtis imprimis familiare, ut eorum indicativus ſubjunctivè ſit interpretandus, quod ex particulâ ἄν, quæ & ſæpe additur, ut & interdùm omittitur, facile eſt videre. Idem Reitzius confert eumdem Longum, L. I, p. 15 Ed. Moll. ῥᾳδίως ἂν λύκος ἔλαθε. Adde & Longum dixiſſe, Lib. II, p. 45, τὰς ἀγρὰς ἄν τις ὠνήσατο. Et p. 53, p. 62, & L. IV, p. 104, εἴκασεν ἄν τις. Et p. 107, Παντὸς ἂν τις ἀγέλην ἔδοξεν ὁρᾶν. Et p. 110, ἔκλαυσε δ' ἄν τις. Et p. 125, εἶδεν ἄν τις. P. 127, ἂν ἠλέησεν. P. 131, ἂν ἔπλασεν. P. 141, ὤμοσεν ἄν τις κ. τ. λ. Confer & eumdem Reitz. ad Lucianum in Toxar. tom. II, p. 543, ubi monet indicativos illos pro ſubjunctivis poſitos, Interpretibus ſæpe fraudi fuiſſe.

[P. 40, l. 4.] Καʃέλαβε. Summus Hemſterhuſ. ad Lucian. in Somn. tom. I, p. 16, obſervat, & multis appoſitis demonſtrat exemplis, Græcos verbum καʃαλαμβάνειν in malam partem uſurpare de periculis & caſibus, qui inopinati repentino impetu ſuperveniunt, ut & in hoc loco.

[P. 40, l. 5.] Πλούσιοι. In tribus Codd. R. ut & in Florentino, πλούσιον; ſed ad tertii oram, πλούσιοι.

[P. 40, l. 7.] Προσκώπτης. Mollius, qui infeliciter conjicit πρωκώπτης, rectè poſt Bayſium obſervat, apud Thucydid. L. I, p. 10, 18 Ed. Duker. πρωσκώπτης eſſe ſimul αὐτερέτας & μαχίμους, videlicet remiges, qui etiam, cùm opus erat, decertabant & propugnabant. De hâc autem voce vide & Reitz. ad Lucian. de domo, tom. III, p. 207, ubi & hunc Longi locum profert. Προσκώπτης habet & Heliodorus, L. V, p. 243. Rectè Amyot, ruirent leurs valets à la rame.

[P. 40, l. 8.] Ὅσοι. Jungermanus, operarum vitio, quod in mendorum Indice agnovit, ὅϛα edidit.

[P. 40, l. 10.] Οἰκήσεων. C. R. II, & ἡ οἰκήσεις; an ſcribere voluit ἡ οἴκησις?

[P. 40, l. 10.] Ἠσκημένη. Vide Abreſch. Animadverſ. ad Æſchyl. p. 178, ubi hunc Longi locum profert, & probat ἀσκεῖν pro ornare uſurpari.

[P. 40, l. 11.] Ἄλση. Tres Mſſ. R. & Florent. ἀλωὴ, quod pro ſuâ emendatione venditat Mollius.

[P. 40, l. 12.] Ἀνθρώπων τέχνης. Sic teſtitui, rectè monentem ſecutus Cl. Valckenær. in Euripidis Hippolyt. p. 282. Omnes Edd. & Mſſ. τέχνη. Xenophon Memorab. Lib. I, cap. 4, pag. 34, habet τύχης & γνώμης ἔρϛα. Heliodorus, Lib. I, p. 51, τὸ ᾗ ἦν ὐ ΦΥΣΕΩΣ ἔρϛον ... ἀλλὰ ΤΕΧΝΗΣ. Ælian. H. V. L. III, c. 1, p. 160 Ed. Kuhn. Theſſalica Tempe deſcribens: διαφερόντως δ' ἔχει ποικίλας & παντοδαπὰς ὁ τόπος ὗτος, ὐκ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔργα, ἀλλὰ Φύσεως αὐτόμαϛα, ἡς κάλλος τότε φιλοτιμηθαμένης, ὅτε ἐλάμβανε γένεσιν ὁ χῶρος .... ἄλση τέ ϐϛι ποικίλα, καὶ ὑποδρομαὶ συνεχεῖς, ἐν ὥρᾳ θέρους καλαφυγῶν ὁδοιπόρους ἥδιϛα καλαγώϛια ..... διαῤῥέουσι δὲ & κρῆναι συχναὶ, καὶ ἐπιῤῥεῖ ναμάλα ὑδάτων ψυχρῶν, & ποῶν ἡδέων. Λέγεϛαι δὲ τὰ ὕδαλα ταῦϛα & τοῖς λυθαμένοις ἀϛαθὲς εἶ).

[P. 40, l. 12.] Ἐνοικῆσαι. Cl. Valckenær. loco ſuprà citato, ſuſpicatur legendum ἐνηθῆσαι, ut ſit ſenſus, cuncta opportuna voluptati juvenili. Illùc enim, inquit, nave vecti, paulò ante juvenes veniſſe dicuntur, opulenti Methymnæi, διαθέσθαι τὸ τρυφηλὸν ἐν ξενικῇ τέρψει διελήσαϛες. Prætereà, inquit Cl. Valckenær. Longus alibi verbum adhibuit ἐνηθῆσαι, Lib. III, p. 79 Edit. Moll. Et loca voluptaria & amœni ſeceſſus dicebantur ἡθηλήεια, quæ Herodoto ſunt ἐνηθηλήεϛον, Lib. II, c. 133, ubi quædam ab hoc eodem

summo viro notata sunt. C. Ursini habet ἐνικῆσαι. Immò, quod mirè felicem summi Valckenærii conjecturam confirmat, η, οι & ε eodem modo à Græcis recentioribus efferuntur, & in quibusdam Codd. forma τοῦ κ ad figuram τοῦ β accedit.

[P.40, l.13.] Καταπλέοντες. Codd. R. I & II, παραπλέοντες. Infrà habes, Lib. III, p. 67 Edit. Moll. τὴν κατάπλουν τῶν δέκα νεῶν. At p. 86, ναῦς παραπλέουσα. Sed hîc lege καταπλέοντες, id est, observante Moll. navigando descendentes è mari, scilicet in terram.

[P. 40, l. 14.] Ἐποίουν οὐδέν. Hoc ad finem eleganter rejicitur, ut suprà, L. I, p. 12 Ed. Moll. τέτρωτο μὲν οὐδέν. Et L. II, p. 34, ἀπεκρίνατο μὲν οὐδέν. P. 50, ἔχω γὰρ νέμειν ἔτι οὐδέν. Et Lib. IV, p. 124, αὐτὸς μὲν οὖν εἶπεν οὐδέν. Et L. II, p. 47, ἀληθῶν λέγοντες οὐδὲ ἕν. Xenophon Memorab. L. I, c. 2, p. 22, cum hoc Longi loco omninò conferendus : τούτων οὐδεὶς οὔτε ἘΠΟΊΗΣΕ ΚΑΚΌΝ ΟΥΔΈΝ. Sic & ad finem rejicitur οὐδείς. Infrà, L. II, p. 72, τῆς αὐλῆς προῆλθεν οὐδείς. L. IV, p. 144, τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἐγνώρισεν οὐδείς. L. II, p. 45, ᾐτιάσατο κωμήτης οὐδὲ εἷς. Et p.49, αἶγα μὲν οὐδὲ μίαν. Sic & Virgil. navem in conspectu NULLAM.

[P. 40, l. 16.] Πετραίους ἰχθῦς. Mollius observat eos saxatiles vocari, quòd in petris stabulentur, ac πετραίους ab Athenæo, L. VII, & à Galeno, L. I, ad Glauconem, & à Columellâ Plinioque latinè saxatiles appellari, & Plauto saxatilem piscatum dici, qui in scopulis exercebatur. Inter pisces saxatiles ii recenseri debent, qui gallicè dicuntur yeux de bouc, quorum frequens apud Græcos recentiores usus, quosque describit Tournefort, Voyage du Levant, Lett.VI, p. 294 tom. I Ed. Lugd. 1727.

[P. 40, l. 16.] Ἁλιτενοῦς. Hesych. Ἁλιτενές· παράλιον, ταπεινόν. Ubi vide Cl. Alberti, qui hunc Longi locum

laudat. Vide & Suidam, à quo laudatus Appianus de Bello Punic. p. 126, dixit ἀλίτενὴς ἡ θάλασσα. Amyot vertit, quelque écueil jetté avant dedans la mer.

[P. 48, l. 20.] Ὠτίδας. Sic legendum. Malè Edd. Flor. Commel. Moll. & Lipſienſ. ὠτίλίδας. Rectè Huetius emendat ὠτίδας. Dicitur & ὠτίδας. Galenus tertio de alimentis libro: μίλαξὺ δέ πως ἡ τῶν γεράνων τε καὶ τῶν χηνῶν ἡ σὰρξ τῶν καλυμένων ΟΥΤΙΔΩΝ, ἢ ΩΤΙΔΩΝ, ὄξί. De hâc ave vide & Athenæum, L. IX, p. 390, & ad eum Caſaubon. c. 10, p. 671, ubi otum inter & otidem diſtinguit. Hinc gallicum outarde.

[P. 41, l. 3.] Καλαβάλλονλες. Proprium in hoc ſenſu vocabulum. Hinc penſio dicitur καλαβολὴ, de quo vide ſummum Valckenær. Animadverſ. ad Ammon. p. 115, & ſummum Hemſterhuſ. ad Lucian. Dial. Mort. III, tom. I, p. 340. Alciphron L. I, Ep. I, p. 8, καλαβαλόντες ἀργύριον. Et Ep. IX, p. 34, πρὸς τὴν καλαβολὴν ταργυρίου. Et Ep. XXIII, p. 96, καλαβαλὼν ὀβόλους δύο. Et L. III, Ep. XXXVIII, p. 336, καλαβαλὼν ἀργυρίδιον, pro quo Xenophon Epheſ. L. V, p. 73, ἀργύριον καλατίθεσθαι.

[P. 41, l. 5.] Ἐςώσης. Legitur ἐνεςώσης in Edd. Cl. Dutens & Cl. Boden. Sic habent & duo primi Mſſ. R. tertii margo, & Flor. ac Urſ. Codd. probante Urſino, ac Mollio hanc lectionem pro ſuâ emendatione venditante; at cæteræ omnes Edd. & C. R. III, ἑςώσης; quod Cl. Wyttenbach retinendum cenſet, cùm ἵςασθαι dicatur de tempore, ac præſertim de meridie. De quo vide ſummum virum nobisque amiciſſimum, & ſuprà noſtras laudes longè poſitum Ruhnken. in aureâ Timæi Editione, p. 168, voce Σταθιρά. At Cl. Valckenær hîc omninò præfert ἐνεςώσης.

[P. 41, l. 6.] Νύκλα χλμίειον. Sic loquitur, L. III, p. 22, Thucydides, quem ſæpe noſter imitatur. Cl. autem D'Orvill. ad Chariton. omninò videndus, hîc χειμίειον

attiecè pro χειμερίαν poſitum obſervat, & plura exempla ſimilia colligit.

[P. 41, l. 8.] Ἐς ἀνολκὴν λίθων. Rectè Cl. Abreſch. Dilucid. Thucyd. p. 474, confert Thucydid. dicentem, L. IV, c. 112, v. 84, δόκοι πρὸς ΛΙΘΩΝ ΑΝΟΛΚΗΝ προσκείμεναι. Sæpe autem Longus expreſſit Thucydidem; quod pluribus aliis exemplis appoſitis demonſtrare poſſem, niſi conſulerem brevitati.

[P. 41, l. 9.] Τὰ παλιθέντα. Confer ſuprà, pag. 29, cum Huetio, λίθων ΘΛΙΨΑΙ τὰ ἔνοικα τῷ βοτρύων δυναμένῳ.

[P. 41, l. 9.] Χρήζων χώνης. Hæc eſt veriſſima Jungerman. conjectura, quam Moll. & hinc uterque Par. Ed. & Cl. Boden in textum recepêre. At Edd. Flor. Commel. & Jungerman. χρήζοντος, non autem χρήζοντες, ut Cl. Boden ſcripſit. Rectè duo primi Mſſ. R. χρήζων; at tertius διαχρήζοντος. Xenophon Epheſ. L. III, p. 52, τινὲς χρήζων.

[P. 41, l. 11.] Τὸ πῦσμα ἐκλύσας. De hodiernis Magnotis, qui veterum Lacedæmoniorum, à quibus originem repetunt, mores retinuerunt, ſic Whéler, Voyage de Dalmatie, de Grece, &c. tom. I, p. 82 verſionis gallicæ, quæ prodiit Hagæ Comitum 1723 : Ils ſont naturellement ſi larrons, que quand quelques vaiſſeaux vont dans leurs ports, ils en vont couper les cables la nuit, quand ils n'en peuvent enlever autre choſe; ce qui met ſouvent les vaiſſeaux en danger d'échouer en côte, quand on ne s'en apperçoit pas de bonne heure. Quod & hîc accidit.

[P. 41, l. 15.] Μεμψάμενοι. Hæc eſt veriſſima Jungermani emendatio, quam in textum recepit Moll. & hinc uterque Par. Editor & Cl. Boden. Malè Ed. Flor. μεμψώμενοι, & Edd. Commel. & Jungerman. μεμψόμενοι.

[P. 41, l. 16.] Ξενοδόκους. Malè in Edd. Commel.

Jungerman. & Lipſienſ. ξενοδόχυς. Rectè ξενοδόκυς in Edd. Flor. Moll. & hinc in utrâque Par. Ed. Malè Columbanius in typographicorum mendorum elencho emendavit ξενοδόχυς, quod uſitatius eſſe falsò monet Mollius, dùm contrà ſummus Hemſterhuſ. rectè ad Plutum, p. 122, obſervat ξενοδόχυς eſſe ſcribendi rationem ſerioris ævi, præter Grammaticorum mentem, qui Atticæ dialecti leges condiderunt, ſæpe à librariis adoptatam. At verò ξενοδόκυς eſt forma Attica, de quâ omninò vide Thom. Magiſtr. p. 640, & Mœrim Attieiſt. p. 271, & ad eos Interpretes.

[P. 41, l. 19.] Καλὸν εἰ τὸ πεδίον. Hîc, & alibi ſæpe, καλὸν eſt aptum, ut ſuprà, p. 41, Edit. Moll. πάντα ἐνοικῆσαι (ſeu ἐνυβῆσαι) καλά. Amyot : il y avoit belle plaine à courir le lievre ; ubi gallicum belle prorsùs reſpondet græco καλόν.

[P. 42, l. 2.] Ῥινηλατῶν. Suprà, L. I, p. 15 Edit. Mollianæ : ὅια δὴ κυνῶν ἐν ΡΙΝΗΛΑΣΙΑΙΣ πεπειρία.

[P. 42, l. 4.] Ἅμα ὑλακῇ διαθέοντες. Confer ſuprà, L. I, p. 17 Edit. Moll. ὑπὸ τῶν κυνῶν ὑλακτησάντων παραχθῆσαι, αἱ μὲν εἰς πέτρας ἀνέδραμον· αἱ δὲ μίσχει τῆς θαλάττης αὐτῆς κατέδραμον.

[P. 42, l. 7.] Τρώξιμον. Theocrit. Id. I, v. 49 :

Σινομένα τὰν ΤΡΩΞΙΜΟΝ.

[P. 42, l. 8.] Τὴν λύγον τὴν χλωράν. Malè in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. omiſſum eſt τήν.

[P. 42, l. 10.] Κλυδώνιον. Hanc vocem uſurpat Heliodor. L. I, p. 43.

[P. 42, l. 12.] Ὑπανέσχεν. De hoc verbo vide D'Orvill. ad Chariton. p. 270, ubi & hunc Longi locum profert.

[P. 42, l. 12.] Παλίῤῥοια. Ad oram Cod. Reg. III, περίῤῥοια.

[P. 42, l. 14.] Αἰσθήσεως δὴ γενομένης. Ad oram C. R. III, αἰσθήσεως ΔΕ, pro ΔΗ. Suprà L. I, p. 12 Edit.

Moll. αἴσθησιν γενέσθαι τοῦ συμβάντος Λάμων. Mollius annotat Dionysium Halicarnass. dixisse, L. V. Antiq. Rom. ταχεῖα τοῖς Τυῤῥήνοις αἴσθησις ἐγένετο. Et L. IX, ταχείας γενομένης τοῖς Ῥωμαίοις αἰσθήσεως. Thucydid. L. II, p. 100, Ed. Duker. αἴσθησις ταχεῖα ἐπεγένετο. Heliodor. L. IX, p. 425, αἴσθησιν γενέσθαι.

[P. 42, l. 16.] Ἐβόων δὲ πάντες. Malè ἐθόων in Edd. Flor. & Commel. quod in notis damnavit Columbanius, & emendaverunt Huetius ac Jungermanus.

[P. 42, l. 19.] Κατὰ ῥοῦν ἐφέρετο. Achill. Tat. L. III, p. 244, κατὰ ῥοῦν ἐφερόμεθα τῆς θαλάσσης.

[P. 42, l. 20.] Στερόμενοι. Hîc Huetius emendavit στερούμενοι.

[P. 43, l. 1.] Εἷς δέ τις. Interdùm apud Græcos εἷς solum dicitur pro τὶς, quidam. De quo vide Cl. Bergler. ad Alciphron. L. I, Ep. III, p. 15. Mollius autem confert S. Marc. c. 14, 47: εἷς δέ τις τῶν παρεστηκότων, & Ciceronem dicere amantem, cum incerta est persona, unus aliquis.

[P. 43, l. 2.] Περιῆγε τὰς χεῖρας. Plutarchus in Camillo, p. 134: τὰς χεῖρας ὀπίσω περιάγει. De hâc autem loquendi formulâ vide Schott. Observation. Human. L. IV, c. 3, p. 185.

[P. 43, l. 6.] Σκιῤῥοὶ γέροντες. Sic in Edd. Flor. Commel. Jungerman. Moll. prior. Par. & Lips. ac in Codd. R. I & III; at in secundo Codice R. σκηροὶ, quod propiùs accedit ad conjecturam Danielis Heinsii apud Jungermanum legentis σκληροὶ, & ab Aristotele aliisque vocem σκληρὸν & ἄγριον semper ferè περὶ τῶν ἀνδρῶν conjungi, observantis. Quam emendationem Heinsio sublectam sibi arrogavit Mollius, & in textum recepit Cl. Dutens. At rectè, ut mihi quidem videtur, Cl. Boden tuetur τὸ σκιῤῥοί. Jungermanus autem legere mallet, σκιῤῥογέροντες, ut τυμβογέροντες,

τυμβογέροντες, ὠμογέροντες, κ.τ.λ. Et in hoc adſentientem habet doctiſſimum Rhodomanum. Amyot vertit, verds vieillards.

[P. 43, l. 6.] Γεωργικῶν ἔργων. Vox ἔργων in Edit. Moll. & hinc in utrâque Par. ac Lipſienſ. omiſſa, in cæteris omnibus Edd. & in tribus Codd. R. legitur.

[P. 43, l. 10.] Πρεσβύταλός τε. Unus Cod. Flor. γε; alius τότε..

[P. 43, l. 17.] Αὐτοὶ ὃ δὴ τῶν κυνῶν. Fortè quis hîc conjiciat αὐτῷ, id eſt, hîc; quo ſenſu paſſim apud noſtrum, & apud alios Scriptores Græcos, uſurpatur αὐτῷ. Sic infrà, L. II, p. 58 Ed. Moll. videbis pro αὐτοὶ κοιμηθέντες, legendum αὐτῷ.

[P. 43, l. 17.] Ζήτησιν ἐποιούμεθα. Sic ſuprà, p. 52 Ed. Moll. ζήτησιν ἐποιεῖτο τῷ πείσμαλος. Sic gallicè dicitur, faire la recherche.

[P. 43, l. 20.] Ναῦν ἀπολύσει. Cave legas ἀπολλύσει. Suprà, p. 43 Ed. Moll. vidiſti hanc eamdem navem τάχυ μάλα ΛΥΘΕΙΣΑΝ.

[P. 43, l. 20.] Ἐν τῇ θαλάττῃ φερομένην. Suprà, p. 43 Edit. Moll. κατ' ῥοῦν ἡ ναῦς ἘΦΕΡΕΤΟ.

[P. 43, l. 21.] Πόσων οἴει. Atticam elegantiam hîc obſerva. Plato in Sympoſ. p. 190 Ed. Cl. Fiſcher. πόσης, οἴεσθε, γέμει σωφροσύνης;

[P. 44, l. 1.] Οἷα μὴν ἐσθής. Malè & nullo ſenſu εὐθὺς in omnibus Codd. & Edd. præterquàm in poſterior. Par. ubi Cl. Dutens rectè repoſuit ἐσθὴς, prioris Ed. Par. conjecturam ſecutus. Methymnæis de harumce veſtium jactutâ conquerentibus ſic reſpondet Daphnis, pag. 45 Edit. Moll. ἀλλὰ ἘΣΘΗΣ ἐνέκειτο ἐς ἄργυρος; quod pariter vidit & contulit Cl. Bernard ad Syneſium de febribus, p. 4, rectè annotans à veteribus inter divitias recenſeri veſtium multitudinem, ut patet è Luculli exemplo apud Horat.

L. I, Ep. VI, v. 40 & ſeqq. Immò &, quod hanc emendationem mirè confirmat, apud Xenophontem Epheſium, (cujus ſtyli inaffectati ſimplicitatem quamdam naturalem ad Longi colorem ſcribendi & articulos orationis prope interciſos accedere, & in quo etiam rerum morisque antiqui veſtigia neutiquam pervulgata, quæ cognoviſſe non mediocriter juvet, occurrere affirmat ſummus Hemſterhuſ. Miſcell. Obſerv. vol. III, tom. III, p. 402.) videbis, L. I, p. 13, in nave, quâ vehebantur Anthias & Abrocoma, magnam veſtium multitudinem, magnam auri argentique vim: πολλὴ μὲν ΕΣΘΗΣ ⁊ ποικίλη, πολὺς ἄργυρος ⁊ χρυσός. Idem, L. III, p. 48 & 49: πολὺς μὲν κόσμος γυναικῖος, πολὺς ὁ ἄργυρος καὶ χρυσός. Idem, L. IV, p. 58, de itineris cujusdam apparatu loquens: ἦν ὁ πολὺ μὲν πλῆθος χρυσίου, πολὺ ὁ ἀργύρου, πολλὴ ὁ ΕΣΘΗΣ. Et L. V, p. 76: πλοῦτόν τε διαδέχεται πολὺν ⁊ εὐδαιμονίαν· πολλὴ μὲν οἰκετῶν παραπομπὴ, πολλὴ ὁ τοῦ ΕΣΘΗΤΩΝ ὕπαρξις, καὶ σκευῶν πολυτέλεια. Heliodor. L. I, p. 42, de nave loquens: ὁλκὰς ἦν ἐπληροῦτο χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ⁊ ΕΣΘΗΤΩΝ. Apud eumdem, ibid. p. 7, videbis piratas ea omnia efferentes quæ in Theagenis & Charicleæ nave inerant: χρυσοῦ ὁ ⁊ ἀργύρου, καὶ λίθων πολυτίμων, καὶ ΣΗΡΙΚΗΣ ΕΣΘΗΤΟΣ, ὅση δύναμις ἐκάστοις, ἐκφορτίζειν. Sic L. V, p. 234, de navis poſſeſſore: τοῦ πλοίου φόρτου τοῦ αἰωνίμων δεσπόζει, χρυσοῦ τε ὄντων, καὶ λίθων πολυτελεστάτων, καὶ ΣΗΡΙΚΗΣ ΕΣΘΗΤΟΣ. Et L. II, p. 86: χρυσοῦ μὲν καὶ ἀργύρου ⁊ ΕΣΘΗΤΟΣ ἀφθονία. Chariton, L. I, p. 10: χρυσός τε καὶ ἄργυρος, ΕΣΘΗΤΩΝ κάλλος καὶ κόσμος. Et L. VI, p. 102: χρυσὸς, ἄργυρος, ΕΣΘΗΣ. Et ibid. p. 112: χρυσὸν, ⁊ ἄργυρον, καὶ ΕΣΘΗΤΑ. Et L. VII, p. 121: ⁊ τὰ χρήματα, καὶ τὰς ΕΣΘΗΤΑΣ, καὶ τ' πλοῦτον τὸν βασιλικόν. Alciphron, L. I, Ep. VIII, p. 30: πρὸς μὲ

ὧν τ' χρυσὸν ὂν ἐπαϛήλλονϑ (ἀ λησταὶ) ἐϛ τὴν ΕΣΘΗΤΑ, κέχηνα.

[P. 44, l. 1.] Κόσμος κυνῶν. Mollius: Xenophon de Venat. κυνῶν ϑ' κόσμος, δέραια, τελαμωνίαι, ἱμάντες.

[P. 44, l. 2.] Ἀργύειον. C. Flor. ἄργυρον. Fortè ἄργυρος, ut in omnibus exemplis ſuprà ex Heliodoro, Xenophonte juniore & è Charitone allatis.

[P. 44, l. 5.] Ὡς ναύτης. Non adſentior Cl. Hinlopen. hæc verba delenda cenſenti.

[P. 44, l. 7.] Διέκειτο μὴν κακῶς. Sic ſuprà, L. I, p. 23 Ed. Moll. ὁ ϑ' ἔκειτο πληγαῖς νεανικαῖς συγκεκομμένος ὑπὸ τῆϛ λησῶν ... ἰδὼν ϑ' τὴν Χλόην, κ.τ.λ.

P, 44, l. 11.] Καλέκλασεν. Sic ſuprà, p. 35 Ed. Moll. μή τί σοι τὴν φυτὴν καλακέκλασται.

[P. 44, l. 13.] Τρέχοντες πολλά. Tres Mſſ. R. & Edd. Flor. Commel. & Jungerman. τεύχοντες. At Urſ. Cod. Urſino probante, τρέχοντες, quod in textum recepit Moll. & hinc utrique Par. Editor ac Lipſienſ. Amyot autem in ſuo Codice invenit τρέχοντες; vertit enim: qui ne font que courir çà & là.

[P. 44, l. 15.] Καλεδίωξαν αὐλάς. Cl. Bodeno ſuſpectum & nimis remotum videtur illud αὐλὰς, pro quo reponendum cenſet αἴγας.

[P. 44, l. 15.] Ἐπὶ τὴν Θάλατταν. Malè abeſt τὴν ab Ed. Moll. & hinc ab utrâque Par.

[P. 44, l. 16.] Ὥσπερ λύκοι. Homer. Il. A, 72, λύκοι ὥϛ; undè Virgil. lupi ceu.

[P. 44, l. 17.] Πόαν. C. Flor. & Urſ. Urſino probante, λύγον.

[P. 44, l. 18.] Ὑπὸ τῦ πνεύμαϛος. Edd. Commel. & Jungerman. ὑπὸ, quod Jungermanus in typographicorum mendorum elencho emendavit.

[P. 44, l. 21.] Τίς πιςύσει. Ad oram C. R. III, p. (ſic) πιςύσειν.

[P. 44, l. 21.] Νῦν ἔχων. De hâc loquendi formulâ vide Lambert. Boſ. Animadverſ. ad Scriptores quosdam Græcos, p. 15 & ſeqq.

[P. 45, l. 7.] Μηθυμναίοις λέγων. Hoc Μηθυμναίοις refertur ad λέγων; alioquin legendum eſſet Μηθυμναίους, ut referretur ad ἔπεισθε.

[P. 45, l. 10.] Ψᾶρις, ἢ κολοιός. Imitatur Homerum, Il. P, v. 755:

Τῶν δ' ὥς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται, ἠὲ κολοιῶν.

Quod & obſervavit Moll.

[P. 45, l. 14.] Ὁρῶν. A finibus. Sic jamdudùm conjeceram, & ſic exaratum poſteà vidi in Cod. R. III, & in Ed. Commel. Minùs benè cæteræ omnes Edd. & Mſſ. ὀρῶν, à montibus. Amyot vertens, hors de leur territoire, legiſſe videtur ὀρῶν, quod unicè probandum, ob ſequens ἐς ἄλλους ἀγρούς. Suprà vidiſti, pag. 42 Edit. Mollianæ; hos juvenes appuliſſe τοῖς ἀγροῖς ἐν οἷς ὤκουν ἡ Χλόη καὶ ὁ Δάφνις.

[P. 45, l. 15.] Διωκόντων δέ. Cod. Urſ. Urſino probante, & C. R. II, διωκόντων δή.

[P. 45, l. 16.] Καλὰ πολλὴν ἡσυχίαν. Duo primi Codd. R. πολύν.

[P. 45, l. 16.] Πρὸς τὰς Νύμφας. Sic in re ſimili, L. I, P. 27 Edit. Moll. λούει τ' Δάφνιν ἡ Χλόη πρὸς τὰς Νύμφας ἀλαγῦσα, εἰς τὸ ἄντρον εἰσαλαγῦσα; quòd ſcilicet, ut ſuprà monuimus, in hoc Nympharum antro lavacrum ineſſet.

[P. 45, l. 17.] Ἀπονίπτει. Achill. Tat. L. VIII, p. 634, ἀπονίψασθαι τὸ πρόσωπον.

[P. 45, l. 19.] Καὶ τῆς πήρας προκομίζεται. Cl. le Fevre conjicit καὶ τῆς πήρας.

[P. 46, l. 2.] Ἦλθε κακοῦ. Sic suprà, L. I, p. 16 Ed. Moll. ὁ μὲν κινδύνου παρὰ τοσοῦτον ἐλθών. Heliodorus, L. VII, p. 207, παρὰ τοσοῦτον ἐλθόντες κινδύνου, ut & Lib. X, p. 455. De quâ loquendi formulâ confer Hor. Vitringam & Reitzium ad Lucianum, tom. II, pag. 123, ubi & hic Longi locus laudatur.

[P. 46, l. 5.] Τρυφώντων. Post hanc vocem auctiùs ad oram C. R. III, & in Codd. Flor. & Urs. Ursino probante, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ ὄντων, τούτους εἰς βοήθειαν ἥκειν ἱκέτευον; ubi illud ἐν ἡσυχίᾳ ὄντων mihi videtur esse glossa τοῦ τρυφώντων, ut sequentia τούτους εἰς βοήθειαν ἥκειν ἱκέτευον, glossa τοῦ ἱκετηρίας θέντες. Frequentiùs hoc sensu dicitur ἱκετηρίαν. Demosthenes de coronâ, p. 262, l. 16 Ed. Cl. Reiskii, οὐχ ἱκετηρίαν ἔθηκεν ὡς ἀδικούμενος. Et contrà Timocrat. p. 703, ἔθεσαν τὴν ἱκετηρίαν οἱ ἄνθρωποι. Andocides de Mysteriis, p. 54, tom. IV Ed. Cl. Reiskii, habet ἱκετηρίαν καταθεῖναι, & ibid. ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν, & ibid. p. 56, ἱκετηρία κεῖται ἐπὶ τοῦ βωμοῦ. Æschines contrà Timarch. p. 123: ἱκετηρίαν θέντες εἰς τὴν βουλήν. Et de legatione malè gestâ, p. 200, ἱκετηρίαν θέντες ἐν τῷ δήμῳ οἱ οἰκεῖοι. Harpocration in hanc vocem, p. 196: ἱκετηρία· Αἰσχίνης ἐν τῇ ἀπολογίᾳ. Ἱκετηρία καλεῖται ἐλαίας κλάδος στέμματι ἐστεμμένος. Nam οἱ ἱκετεύοντες ἐλαίας κατεῖχον κλάδον, addit Aristophan. Scholiastes ad hunc Pluti versum 1383:

Ὁρῶ τιν' ἐπὶ τοῦ βήματος καθεδούμενον,
Ἱκετηρίαν ἔχοντα.

[P. 46, l. 8.] Ἀληθῶν λέγοντες οὐδέν. Xenophon Ephes. L. V, p. 68, τῶν μὲν ἀληθῶν οὐδὲν λέγει.

[P. 46, l. 13.] Τῶν πρώτων οἰκιῶν. Eodem & modo & sensu gallicè dicitur, des premieres maisons. Quomodò tot loquendi formulæ & vocabula græca in gallicam irrepserint linguam, sic doctè explicat eruditissimus & amicissi-

mus nobis ſocius Cl. Dacier, cui elegantiſſimam Æliani Variarum Hiſtoriarum & Xenophontis Cyropædiæ verſionem gallicam debemus, olim egregiam Froiſſardi cum multis Codd. Mſſ. collati Editionem debituri, quique hujuſce notæ, quam ex peculiari diſputatione de hoc argumento à ſe conſcriptâ excerpſit, mihi fecit copiam : Long-temps avant l'ére Chrétienne, la langue Grecque fut uſitée dans les Gaules, ſur-tout dans la Gaule Narbonnoiſe ; elle continua d'y être cultivée dans les ſiecles ſuivants ; les premiers Miniſtres de l'Évangile qui paſſerent dans les Gaules pour y porter la foi, prêcherent en grec, & furent entendus du plus grand nombre de leurs auditeurs : les relations fréquentes de quelques-uns de nos premiers Rois avec les Empereurs d'Orient, tantôt leurs alliés, tantôt leurs ennemis, ne permettoient pas de négliger la langue grecque ; à cette époque il y avoit en France des écoles où on l'enſeignoit. Elle étoit dans le ſixieme ſiecle tellement familiere aux habitants d'Arles, que ſous l'Evêque S. Céſaire, les laïcs comme les clercs, y chantoient dans l'Égliſe les pſaumes, les hymnes & les antiennes en grec & en latin. (vie de S. Céſaire, tom. III du Rec. des Hiſt. de Franc. p. 384.) Les monuments de notre hiſtoire, écrits dans les VII, VIII & IX ſiecles, ſont remplis d'expreſſions grecques. Vers la fin du Xe, S. Gerard, Evêque de Toul, établit dans ſon diocèſe des communautés de Moines Grecs, qui ouvrirent des écoles, où l'on venoit de toutes parts étudier leur langue (Hiſt. Litt. de la Franc. tom. VII, p. 528.). A peu près dans le même temps, Ponce, Evêque de Marſeille fit un pareil établiſſement dans ſa ville épiſcopale (ibid. p. 414.). Durant les Croiſades, il dut ſe faire entre les Croiſés & les Chrétiens d'Orient, un échange de mots & de tours de phraſes, dont ces derniers profiterent ſi bien, que vers l'an 1300, au rapport d'un Écrivain

contemporain, (Raymundus Montanerius, Historien Catalan, cité par Du Cange, dans la préface du Glossaire de la basse Latinité, p. 20 de la nouvelle Edition.) on parloit françois dans la Principauté de la Morée & dans le Duché d'Athenes, comme à Paris.

[P. 46, l. 15.] Ἀκήρυκτον. Hîc sensu proprio ἀκήρυκτον accipiendum est pro bello quod à præcone, seu caduceatore, indictum non est. Sæpissimè autem πόλεμος ἀκήρυκτος jungitur cum ἄσπονδος, ut apud Demosthenem de Coronâ, p 314, 16 Ed. Cl. Reiskii, apud Æschin. contrà Timarch. p. 33 & 38 Ed. Stephan. apud Lucian. in Piscator. tom. I, p. 605, ἄσπονδα καὶ ἀκήρυκτα πάντα. Tunc significat bellum implacabile; de quo vide Cl. Abresch. Dilucid. Thucydid. p. 555.

[P. 46, l. 16.] Καθελκύσαντα. Suprà, p. 41 Ed. Moll. ναῦν μικρὰν ΚΑΘΕΛΚΥΣΑΝΤΕΣ.

[P. 46. l. 17.] Πλησίον γάρ. Tres Manuscripti Reg. omittunt γάρ.

[P. 46, l. 17.] Οὐκ ἦν ἀσφαλές. Sic habet Cod. Flor. At Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ac tres Mss. Regii omittunt illud ἦν. Mollius, & hinc uterque Par. & Lips. Editor, οὐκ ἀσφαλὲς ἦν. Sic suprà dixit, p. 42 Ed. Moll. ΟΥ ΓΑΡ ΑΣΦΑΛΕΣ ΕΔΟΚΕΙ, μετοπωρινῆς ὥρας ἐνεστώσης, ἐνθαλαττεύειν. Anacreon in quodam Epigrammate, hyemem vocat ὥρην ἀνέγγυον. Ovid. Fast. L. II, v. 453:

Orta dies fuerat; tu desine credere ventis:
Perdidit illius temporis aura fidem.

[P. 46, l. 19.] Εὐθὺς τῆς ἐπιούσης. Statim atque postera lux affulsit, ut εὐθὺς τῆς ἡμέρας, continuò primâ luce. Quid autem discriminis inter εὐθὺς & εὐθὺ Atticistæ statuerint, vide apud summum Valckenær. Animadvers. ad Ammon. L. I, c. 2, p. 91.

[P. 46, l. 19.] Αὐτερέταις στρατιώταις. Malè in omnibus

Edd. præterquàm in posterior. Par. & in Lipsiens. ἀντερέταις. Rectè αὐτερέταις in tribus Codd. R. quod & conjecerat Mollius, post Jungerman. in mendorum elencho, & post Huetium, verè observans apud Suidam & Eustathium, αὐτερέτας esse τοὺς ἐλαύνοντας καὶ μαχομένους, τοὺς αὐτοὺς καὶ ἐρέτας καὶ ὁπλίτας. Thucydides, L. I, p. 10, 16, αὐτερέται δ' ὅτι ἦσαν καὶ μάχιμοι πάντες ἐν τῇ Φιλοκτήτου ναυσί. Et L. VI, p. 437, 51: οἵτινες αὐτερέται κομισθέντες καὶ ὁπλιτεύσουσιν εὐθύς. Confer eumdem & L. III, 178, 58. Heliodor. L. II, pag. 63, αὐτερέται τὴν πλοῦν ἀνύοντες.

[P. 46, l. 20.] Ἐπέπλει τοῖς παραθαλαττίοις ἀγροῖς. Confer summum Hemsterhus. ad Lucian. tom. 1, p. 384, Dial. Mort. XII, ubi & hunc Longi locum laudat.

[P. 47, l. 1.] Πεπαυμένου τοῦ τρυγητοῦ. Suprà, p. 31 Ed. Moll. ΠΑΥΣΑΣΘΑΙ τὴν τρυγητόν. Et L. III, p. 90 Ed. Moll. τοῦ μὲν ἦρος ΠΑΥΟΜΕΝΟΥ.

[P. 47, l. 2.] Ὅσοι τούτων ἐργάται. Sic Alciphron, L. I, Ep. XI, p. 44, τοὺς τῆς θαλάττης ἘΡΓΑΤΑΣ.

[P. 47, l. 5.] Λείαν ἤλαυνε. Columbanius: In Urs. Cod. est hoc Scholion: εἰ μὲν ἔλαβε, τὸ ΛΕΙ δίφθογγον, εἰ δὲ μὴ, ἰῶτα.

[P. 47, l. 7.] Τὴν τῆς χειμῶνος. Sic suprà, L. I, p. 15 Ed. Moll. vidisti, τὴν Δάφνιν φυλλάδα χλωρὰν κόπτοντα, τοῖς ἐρίφοις τροφὴν μετὰ τὴν νομήν. Sic & infrà, L. IV, p. 147 Edit. Moll. Daphnis capellis φυλλάδα χλωρὰν ἔδωκε. In hoc autem Longi loco tres Mss. R. ante τῆς χειμῶνος, omittunt τὴν, quod & abest ab Edd. Commel. & Jungerman. In Ed. Flor. τῆς τῆς χειμῶνος, operarum vitio.

[P. 47, l. 8] Τροφήν· ὥστε. C. Urs. Ursino probante, τροφήν· καὶ ὥστε. Alter Ursini non habet illud καὶ, quod in suo Codice invenisse videtur Amyot, sic vertens, & voyant de loin.

[P. 47, l. 10.] Στελέχει κοίλῳ ξηρᾶς ὀξύης. Sic restitui

ex certâ emendatione Cl. Koën. ad Gregor. de Dialect. p. 7, quam summus Valckenær. probat, & cui favet Amyot vertens, dans le tronc d'un arbre sec & creux. An legit στελέχει ΚΟΊΛΗΣ καὶ ξηρᾶς? Legitur στελέχει ξύλῳ in omnibus Codd. & in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. At στελέχει καὶ ξύλῳ in Edit. Moll. & hinc in prior. Par. & in Lipsiens. ut in posterior. Par. στελέχει καὶ ξύλῳ κοίλῳ. Huetius sui exemplaris oræ adscripsit hîc ξύλῳ dici pro ξυλίνῳ. Jungermanus autem conjecit ξύλου.

[P. 47, l. 10.] Παρῆν τοῦ ἀγέλαις. Rectè Amyot vertit, les deux troupeaux; suas videlicet oves & Daphnidis capras pascebat. Suprà, L. I, p. 9: ἤδη δέ τις καὶ τὰς ἀγέλας ἀμφοτέρας ἐφρούρησε, θατέρου προσλιπαρήσαντος ἀθύρματι.

[P. 47, l. 11.] Καταφεύγει. Sic, cum Cl. Bodeno, restitui è Cod. Urs. probante Ursino; quam lectionis varietatem pro suâ emendatione venditat Moll. Proximè accedunt Codd. R. I, & II, in quibus καὶ φεύγει. Infrà habes, p. 49 Ed. Moll. τὰς Νύμφας ἐφ' ἃς ἑλκομένη ΚΑΤΕΦΥΓΕΝ. In aliis omnibus Edd. legitur simplex φεύγει.

[P. 47, l. 13.] Διὰ τὰς θεάς. Ex Ed. Moll. & hinc ex utrâque Par. excidit articulus τάς.

[P 47, l. 13.] Οὐδὲν ὄφελος. Sic suprà, p. 43 Ed. Moll. ἀλλ' ἦν οὐδὲν ὄφελος. Et p. 39, καὶ οὐδὲν ὄφελος.

[P. 47, l. 14.] Κατακερτομήσαντες. Operarum vitio, καθάπερ τομήσαντες in Ed. Jungermani, qui hoc mendum in elencho ipse correxit. Suidas: Κατακερτομεῖν, καταχλευάζειν, αἰτιατικῇ.

[P. 47, l. 19.] Ἐγίγνωσκον. Hanc veterem formam servant tres Mss. R. At recentior forma ἐγίνωσκον in omnibus est Edd.

[P. 47, l. 19.] Περαιτέρω. Mollius: « Codex meus habebat παραιτέρω ». Cave autem putes Mollium in suâ Editione adornandâ usum fuisse Codice Manuscripto; sed sic

paſſim, (quod innumeris exemplis, ſi tanti eſſet, demonſtrare poſſem,) deſignat Editionem Florentinam, in quâ hîc, ut & in Commelin. φιλίρω. Sic & paulò infrà dicit ſuum Codicem habuiſſe κοκκύων, quod reverà in Edit. Florentinâ.

[P. 47, l. 21.] Δεδιότες. Sic Xenophon in Memorab. L. III, c. 5, p. 125 Edit. Lipſ. 1772, ὅταν ΧΕΙΜΩΝΑ, ἢ ΠΟΛΕΜΙΟΥΣ, δύσωσιν, ubi illud Germaniæ lumen, ſummus Erneſti, rectè è Codice, pro πολέμους, reſtituit πολεμίους; quæ doctiſſimi viri emendatio hoc ipſo Longi loco confirmatur.

[P. 48, l. 5.] Τὴν σύριγγα ἐρρυμμένην. Sic ſuprà, L. I, p. 23 Ed. Moll. in re ſimili, Chloë τῷ σύριγγα ῥίπτει.

[P. 48, l. 7.] Κωκύων. In Edd. Flor. Commel. & Jungerman. κοκκύων. Rectè Jungermanus reſtituit κωκύων, quod Mollius, qui hanc emendationem ſibi arrogat, in textum recepit; in quo eum ſecuti ſunt uterque Par. Editor & Cl. Boden.

[P. 48, l. 8.] Ἐκαθέζοντο. Sic reſtitui è duobus primis Codd. R. At C. tertius, & cæteræ omnes Edd. ἐκαθέζετο. Simul autem ſedebant, & ut plurimùm ſub fagi tegmine. Suprà, L. II, p. 40, ΚΑΘΕΖΟΝΤΟ ὑπὸ σκιάχις δρυός. Infrà, L. II, p. 57: ὑπὸ τῷ ΣΥΝΗΘΗ ΦΗΓΟΝ ἔρχεται. Amyot autem in ſuo Codice videtur inveniſſe ἐκαθίζοντο; vertit enim, à l'ombre duquel ils avoient accoutumé de ſe ſeoir.

[P. 48, l. 10.] Ἔρριψεν ἑαυτὸν χαμαί. Xenophon Epheſ. L. I, p. 15, ῥίψας ἑαυτὸν εἰς γῆν.

[P. 48, l. 11.] Καλαμάμφιλο. Sic Cod. Urſ. Urſino probante, & hinc Mollio & utroque Par. Editore ac Lipſ. At Edd. Flor. Commelin. & Jungerman. & tres Mſſ. R. ἀμάμφιλο. Cl. Abreſch. Dilucid. Thucydid. p. 733, hunc Longi locum profert, & obſervat καλαμάμφιεσθαι cum accuſativo pariter & cum dativo conſtrui; quod & monuit

Suidas in hanc vocem, tomo II, paginâ 259.

[P. 48, l. 13.] Ἀφ' ὑμῶν. Cod. R. III, ἀφ' ἡμῶν.

[P. 48, l. 15.] Πρώτου γάλακτος. Rectè Cl. Boden, post Stuck. de Sacrific. p. 72, observat Nymphas cum reliquis Diis rusticis, pertinere ad Numina ἄοινα, quibus pro vino lac libabatur.

[P. 48, l. 18.] Αἶγας ἀποδέρουσι. Sic Penelope de procis conqueritur apud Homer. Od. P. v. 535:

Οἱ δ' εἰς ἡμέτερον πωλεύμενοι ἤματα πάντα,
Βοῦς ἱερεύοντες καὶ ὄϊς καὶ πίονας αἶγας.

[P. 48, l. 19.] Καὶ τὰ πρόβατα καταθύουσι. Hæc desunt in tribus Codd. R. sed ad tertii oram adscripta sunt.

[P. 48, l. 20.] Λοιπὸν οἰκήσει. E tribus Codd. R. revocavi vocem λοιπὸν, quæ omissa est in omnibus Edd. sed quam reposuêre Columban. & Jungerman. in typographicorum mendorum elencho. Hoc vocabulum in suo Cod. invenisse videtur Amyot vertens: Chloë DÉSORMAIS demourera en la ville.

[P. 48, l. 20.] Ποίοις ποσίν. Apud Sophoclem in Ajace Mastigophor. versu 1030, Teucer, Ajace mortuo, sic loquitur:

Ποῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνατὸν, εἰς ποίους βροτοὺς,
Τοῖς σοῖς ἀρήξαντ' ἐν πόνοισι μηδαμοῦ;
Ἤπου Τελαμὼν σὸς πατὴρ, ἐμός θ' ἅμα,
Δέξαιτ' ἂν εὐπρόσωπος ἵλεώς τ' ἴσως,
Χωροῦντ' ἄνευ σοῦ.

Achill. Tat. L. IV, p. 434: ποίῳ γὰρ ἴδοιμι τῷ προσώπῳ τὴν πατέρα, μάλιστα μὲν οὕτως αἰσχρῶς φυγών; Confer & D'Orvill. ad Charitonem, pag. 460, in hæc Charitonis verba, ποίοις ὀφθαλμοῖς.

[P. 49, l. 2.] Περιμένω. Sola Editio Jungerman. περιμενῶ, quod Jungermanus in typographicorum mendorum elencho, & Cl. Boden in notis, præferunt.

[P. 49, l. 3.] Πόλεμον. Mollius conjicit πολέμιον.

[P. 49, l. 5.] Τῶν Νυμφῶν τῶνδε. Malè Ed. Moll. & hinc utraque Par. & Lipſienſ. τῶν δέ. Rectè prior Par. Editor & Cl. Boden conjecerunt τῶνδε, quod & in Edd. Flor. Commel. & Jungerman.

[P. 49, l. 8.] Ταῦτα λέγοντα. Cod. Urſ. Urſino probante, & C. R. II, τοιαῦτα; ſed retinendum ταῦτα. Xenophon Epheſ. L. II, p. 30: ΤΑΥΤΑ λέγοντα αὐτὸν ΥΠΝΟΣ ΚΑΤΑΛΑΜΒΑΝΕΙ, ἐς αὐτῷ ὄναρ ΕΦΙΣΤΑΤΑΙ.

[P. 49, l. 11.] Ἀνυπόδητοι. Sic reſtitui è tertio Cod. R. Malè in duobus primis, & in omnibus huc uſque Edd. ἀνυπόδετοι. Sic ſuprà vidiſti, L. I, p. 5. Ed. Moll. τὰ ἀγάλματα τῶν Νυμφῶν αὐτῶν λίθοις ἐπεπέδητο· πόδες ΑΝΥΠΟΔΗΤΟΙ, χεῖρες ἐς ὦμους γυμναὶ, κόμη μέχρι τῆς αὐχένων λελυμένη. Suprà monuimus ἀνυπόδητον propriè dici Ἀττικῶς, dùm contrà ἀνυπόδετος uſurpatur Ἑλληνικῶς. Mollius autem poſt Columban. obſervat ſimilem prorsùs habitum Europæ comitibus tribui ab Achille Tat. L. I, p. 10 Ed. Cl. Boden.

[P. 49, l. 13.] Ἐλεῦσαι. Cl. Wyttenbach emendat ἐλεύσεις; ſed ἐλεῦσαι exemplis appoſitis confirmare nititur Reitz. ad Lucian. tom. II, p. 921.

[P. 49, l. 16.] Ἡμῖς τοι. Sic reſtitui è tribus Codd. R. In omnibus autem Edd. deerat τοι.

[P. 49, l. 17.] Ἐν τῷδε τῷ ἄντρῳ. Malè Ed. Moll. & hinc prior Par. ὦ ὃ τῷ.

[P. 49, l. 18.] Ἐκείνη πεδίοις κοινὸν ὑδὲν. Sic è tribus Codd. R. emendavi; quod & conjecerat Jungerman. in cujus Ed. ut & in Flor. & Commelin. ἐκείνη ſine iota ſubſcripto. At in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. & Lipſienſ. ἐκείνη πεδίοις κοινὸν ὑδὲν ΕΧΕΙ κ.τ.λ. quod minùs elegans. Fruſtrà quis conjiciat παιδίοις pro πεδίοις.

[P. 49, l. 19.] Λάμωνος. Dryantis, non autem Lamonis,

& filia habebatur, & oves paſcebat Chloë. Jam dudùm igitur emendavetam ἡ Δρύαντος, eùm poſteà & Huetium ſic conjeciſſe deprehendi. Sic & Amyot videtur legiſſe vertens: ne penſe pas qu'elle ſoit fille de Dryas. An & παιδίοις legit pro πεδίοις?

[P. 50, l. 2.] Ὃν ὑμεῖς ἐδέποτε. Operarum vitio ex utrâque Par. Ed. exeidit ὑμεῖς.

[P. 50, l. 3.] Τοῦτον. Legitur τοσοῦτον in Ed. Jungerman. operarum vitio, quod ipſe in mendorum elencho agnovit Jungerman.

[P. 50, l. 6.] Καλαλιπὼν ἀγροικίαν. Alciphron, L. III, Ep. XXXIX, p. 356 & 358: καλαλιποῦσα τὰς σκοπέλους & τὴν ΑΓΡΟΙΚΙΑΝ.

[P. 50, l. 7.] Καὶ ἄπεισι. Jungermanus interpretatur, veniet, & Reitz. ad Lucian. tom. II, p. 217, hinc abibit. Hîc tamen ἄπεισι poſſet & de præſenti intelligi, quamvis tamen ut plurimùm pro futuro uſurpetur; de quo vide eumdem ibid. Reitz. & ſummum Hemſterhuſ. ad Lucian. t. I, p. 10, Thomam Magiſtrum in ΑΠΕΙΣΙΝ, p. 88, ac Mœrim Atticiſtam in hanc eamdem vocem, p. 16, ubi declarant ἄπεισιν Attiecè dici pro ἀπειλύσει. Amyot autem hîc vertit: il eſt déjà parti pour s'en aller.

[P. 50, l. 9.] Καὶ αὐτὸς κοινῇ χαμαί. Xenophon Eph. L. I, p. 13, ἐκεῖνο ὡς γῆν ἀθυμοῦντες. Suprà, p. 49 Ed. Moll. Daphnis ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν χαμαί.

[P. 50, l. 10.] Μέρος γεγονέναι. Sic paulò ſuprà: μήτε μέρος γένοιτο λύπης.

[P. 50, l. 12.] Νεμήσεται. Sic Cod. R. III, Cod. Urſin. Urſino probante, & Ed. Lipſienſ. At duo primi R. Codd. & Flor. νομήσεται; atque hinc Mollius & utraque Par. Ed. νομεύσεται. Editiones Florent. Commelin. & Jungerman. νεμήσεσθε.

[P. 50, l. 13.] Καὶ συείσεται κοινῇ. Hoc, operarum

vitio; è posteriore Parisiensi Editione excidit.

[p. 50, l. 14.] Μελήσει Ἔρωτι. Sic suprà, p. 50 Ed. Moll. Χλόης γὰρ ἡμῖν μᾶλλον ἤ σοι μέλει. Et pag. 36: Ἔρωτι ὑμῶν μέλει. Et L. I, p. 24: τὸ δὲ ἐντεῦθεν τῇ σύριγγι μελήσει, κ.τ.λ.

[P. 50 l. 16.] Μεστὸς δακρύων. Hæc est Urs. Cod. ab Ursino probata lectio, quam in textum recepit Moll. & hinc uterque Paris. Editor, necnon & Lipsiens. In tribus Codd. R. & in Flor. κοινῇ ὑφ' ἡδονῆς καὶ λύπης δακρύων, ubi μεστὸς omissum, & δακρύων est participium. Edd. Florent. Commel. & Jungerman. κοινῇ ἡδονῆς καὶ λύπης μεστὸς, δακρύων, nisi quod, operarum vitio, κρύων, pro δακρύων, in Ed. Jungerman. Rectè, ut omnia, summus Valckenær vocem κοινῇ, à librario malè repetitam è præcedentibus καὶ συρίσετε κοινῇ, delendam judicat.

[P. 50, l. 20.] Ἔνθα τὸ τοῦ Πανός. Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ἔνθεν. Suprà vidisti, p. 51 Ed. Moll. τὴν Πᾶνα τὴν ὑπὸ τῇ πίτυϊ ἱδρυμένον.

[P. 51, l. 1.] Κατέχον, Sic è C. Urs. probantibus Ursino & Jungermano, restituerunt Cl. Dutens & Cl. Boden. Ad oram Cod. R. III, κατέχον, ἢ κατέχων. C. R. I, κατέχον, cui superscriptum Ω, ut indicetur varians lectio κατέχων, quam habent Cod. Flor. & altet Ursini. In Edd. Flor. Commel. Jungerman. Moll. & prior Par. ut & in Cod. R. II & III, κατέσχε, cui κατέχεν præfert Moll. Sed, ut observat Jungerman. qui hanc lectionem, κατέσχε, meritò rejicit, Daphnidi undè hircus esset, cui in illâ direptione adeò nihil relictum, & cui bono fistulam in unâ manu supplicans tenuisset? Legendum igitur κατέχον, quod referendum ad ἄγαλμα; Pani enim & fistula tribuitur, & hircus apprimè convenit.

[P. 51, l. 6.] Τοὺς ἀμφὶ τὴν Λάμωνα. Sic Urs. Cod. Jungermano & Mollio probantibus. Sic ediderunt Jungermanus & Cl. Boden. Hunc sensum in suâ versione gallicâ

aſſecutus eſt Amyot. Malè, præter Lipſienſ. cæteræ omnes Edd. & Codd. τ̈, pro τὰς. Rectè monuit Jungermanus ſic & aliàs Longum loqui amare, & infrà, pag. 58 Edit. Moll. τὰς ἀμφὶ τ̈ Δρύαντα καὶ Λάμωνα pro Dryante & Lámone uſurpari.

[P. 51, l. 7.] Εὐφροσύνης. Mollius legendum cenſet; ΚΑΙ εὐφροσύνης; ſed rectè Cl. Abreſch. Adnotation. ad quædam loca novi Teſtamenti, p. 617, obſervat eum fruſtrà infarcire illud καὶ ante εὐφροσύνης, cùm nullus Scriptor, uno Xenophonte Epheſio excepto, participia ἀσωδίτως juncta æquè habeat in deliciis. Idem confert hæc ejusdem Longi paulò ſuprà ſic dicentis: παυσάμενος δακρύων καὶ εὐχῶν, ἀράμενος τὰς φυλλάδας. Infrà, L. III, p. 73: ἀμέλειαν φυλάξας, κρέας ἁρπάσας.

[P. 51, l. 12.] Μακροτάτη γεγονέναι. Sic apud Ariſtæn. L. I, Ep. X, p. 27: ἅπαντα δ' ἦν ὅμως βραδύνειν ἐδόκει τῷ Ἀκουσίῳ· καὶ ὅτε ἡμέραν ἐκείνης ἐνόμισε μακροτέραν ἑωρακέναι, ὅτε νύκτα ΒΡΑΧΥΤΕΡΑΝ τῆς νυκτὸς ἐκείνης, ubi rectè Cl. Pierſon. Veriſimil. L. I, c. 8, p. 100, ΒΡΑΔΥΤΕΡΑΝ repoſuit. Suprà Longus, p. 38 Ed. Moll. θᾶττον εὐχόμεθα γενέσθαι πρὼ ἡμέραν. Confer & Charíton. L. VI, p. 98. Xenophon Epheſ. L. I, p. 10, ΒΡΑΔΥΝΕΙΝ ᾗ πάντα ἐδόκει Ἀβροκόμῃ καὶ Ἀνθίᾳ, ubi verba Ariſtæneti agnoſcis.

[P. 51, l. 14.] Ὅσον δέκα σταδίους. Codd. R. II & III, ὅσον σταδίων.

[P. 51, l. 15.] Καταδρομῇ. C. R. III, παδαδρομῇ. Legendum καταδρομῇ, ut ſuprà, p. 48 Ed. Moll. θεασάμενος πρὼ καταδρομήν. Et p. 1, ac infrà, p. 60, ληστῶν καταδρομή.

[P. 51, l. 20.] Ἐπ' ἀγκυρῶν ὁρμίσας. Lucian. de Merced. conduct. tom. I, p. 717, ἐπ' ΑΓΚΥΡΩΝ πλησίον ὁρμίσας.

[P. 51, l. 21.] Μηδὲ μίαν. Sic in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. Et hoc quidem multò majorem vim habet ac emphaſin, quàm ſi cum Mollio, utroque Editore Pariſienſ. & Lipſienſ. conjunctim legas μηδεμίαν.

[P. 51, l. 21.] Λυπῆσαι. Confer Cl. Abreſch. Dilucid. Thucydid. p. 629, ubi hunc Longi locum laudans, eodem ſenſu à Thucydide, quem noſter ſæpe imitatur, uſurpatum fuiſſe λυπῆσαι, obſervat. Suprà, L. I, p. 18 Ed. Moll. δεινὰὶ αἱ μῆαι λυπῆσαι.

[P. 52, l. 1.] Ἀνῆκεν. Operarum vitio in Ed. Molliana, ἀνῆκον. Cl. Boden conjicit ἀνῆγεν; ſed retinendum ἀνῆκεν.

[P. 52, l. 5.] Ἐς νύκτα λαγώσης. Sic Reitz. ad Lucian. tom. II, p. 422: non ceſſandi, deſinendi, notionem ſolam huic verbo ineſſe putem, ſed & perſeverandi, ut apud Longum Paſtor. ᾗ τῆς τέρψεως ἐς νύκτα λησώσης.

[P. 52, l. 6.] Λάμπεσθαι πυρί. Agnoſcis Homericam imitationem. Scilicet in Odyſſ. T, v. 37, Telemachi domus, numine accedente, tota igne videtur ardere. Sic enim exclamat Telemachus:

Ὦ πάτερ, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
Ἔμπης μοι τοῖχοι μεγάρων, καλαί τε μισόδμαι,
Εἰλάτιναί τε δοκοὶ, ἐπὶ κίονες ὑψόσ' ἔχοντες,
Φαίνονθ' ὀφθαλμῷς ὡσεὶ πυρὸς αἰθομένοιο.
Ἦ μάλα τις θεὸς ἔνδον, ὃι οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι.

Cui Ulyſſes reſpondet:

Αὔτη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι.

[P. 52, l. 6.] Κτύπος ἠκούετο. Xenophon Epheſ. L. II, pag. 36: ψόφος τῆς ὕλης ἩΚΟΎΕΤΟ ἐπ' ἀνθρώπων κλύπος.

[P. 52, l. 7.] Ῥόθιος. Sic Lucian. in Amor. tom. II, p. 404, propriè uſurpat τὸ ῥόθιον τῶν ἐλατήρων, & in Lexiphan. tom. II, p. 337, τῷ δρόμῳ τὸ ῥόθιον, & in Toxari, p. 528,

p. 528, ὡς τὸ ῥόθιον ἐπιδέχεσθαι τῆς ὁρμῆς. Et ibid. metaphoricè, p. 560, τὸ ῥόθιον τῆς θυμοῦ. De voce ῥοθίω vide præter Heſych. & Suid. Cl. Dukerum, & quos indicat auctores ad Thucydid. qui hoc vocabulo uſus eſt L. IV, p. 244, ut & Plutarch. in Moral. p. 241, C. 271, B. 439, A. 494, A. & 778, B. Euripid. Iphigen. in Taurid. v. 407:

Ἢ ῥοθίοις ἐλαλίνοις,
Δικρότοισι κώπαις.

Vide eumdem & v. 426, & v. 1134, ῥοθίαις πλάταις, & v. 1387:

Λάζεσθε κώπας, ῥόθιά τε λευκαίνετε.

Et in Cyclop. v. 17:

Παῖδές τ' ἐρέτμοις ἤμβυοι, γλαυκὴν ἅλα
Ῥοθίοισι λευκαίνοντες.

Confer eumdem & in Andromach. v. 1096, & Æſchyl. in ſeptem contrà Thebas, v. 368, & in Prometheo, v. 1047, Homer. Od. E. 412:

Ἀμφὶ δέ τε κῦμα
Βέβρυχεν ῥόθιον.

[P. 52, l. 8.] Ἄλλος ἄλλον ἐκάλει. In Edd. Flor. Commel. & Jungerman. & in tribus Codd. R. deeſt hoc ἄλλον, quod de ſuo addidit & in textum recepit Mollius, & hinc uterque Par. Editor & Lipſienſis. Amyot vertit: l'autre appelloit ſes compagnons.

[P. 52, l. 9.] Τετρῶσθαί τις ἐδόκει. Moll. vertit, videbaturque nonnullus vulneratus. At Jungermanus, nonnullus vulnus ſibi inflictum opinari; ut Amyot, l'un penſoit être jà bleſſé. Quo ſenſu δοκεῖν ſæpè uſurpari ſuprà declaravimus, p. 22 & 23.

[P. 52, l. 10.] Νεκρῷ μεμυμβυος. Summus Valckenær legendum putat χῆμά τι ἔκειτο νεκρὸν μεμυμβυον. Chariton, L. III, p. 59: ὁ μὲν ὢν ἔκειτο κῆ χῆμα ἐκ

χρῶμα νεκρῶ ποιῆσας; unde in Longo legere mallem, χῆμά ΤΙΣ ἐκείνῳ ΝΕΚΡΟΥ μιμούμενος, id eſt, aliquis jacebat mortui ſpeciem (νεκρῶ χῆμα) præ ſe ferens. Idem Chariton, L. VII, p. 139, ΣΧΗΜΑ ἔχων ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ. Suprà Longus, L. I, p. 5 Ed. Moll. τὸ πᾶν ΣΧΗΜΑ, χορεία ἦν ὀρχουμένων. Idem infrà, p. 71 Ed. Moll. ΑΝΤΡΟΥ ΣΧΗΜΑ ἐποίει. Sed poteſt hîc retineri & τι; ut ſit, τι μιμούμενον χῆμα νεκρῶ, id eſt, jacebat quiddam, quod cadaveris ſpeciem præ ſe ferebat.

[P. 52, l. 15.] Οἱ ὖ κριοὶ καὶ αἱ ὄϊες. Sic rectè Jungermanus in typographicorum mendorum elencho, & nos in Ed. Cl. Dutens emendavimus. Malè cæteræ omnes Edd. & tres Codd. R. οἱ ὄϊες. Hîc dicitur οἱ ὖ κριοὶ & αἱ ὄϊες ſ. Χλόης, ut ſuprà, οἱ τράγοι τῆ Δάφνιδος καὶ αἱ αἶγες. Contrà οἱ ὄϊες ſunt arietes. Ariſtoteles de generatione animal. L. IV, c. 3, p. 678, tom. II Ed. Duval. Pariſ. 1654: ἐπικάζουσι τῷ μὴ καλῶν ἐνίους, τοὺς μὲ, αἰγὶ φυσῶντι πῦρ· τοὺς ὖ, ΟἸΪ ΚΥΡΙΤΤΟΝΤΙ. Homer. Od. I, verſ. 425:

ἌΡΣΕΝΕΣ ὌΪΕΣ ἦσαν ἐυτρεφέες, δασύμαλλοι.

[P. 52, l. 16.] Ὠρύοντο. Dicitur & de canibus apud Theocrit. Id. II, v. 35:

Τοὶ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πτόλιν ὨΡΎΟΝΤΑΙ.

Appianus de bellis civilibus, L. IV, p. 591 Ed. Cl. Henric. Stephan. ann. 1592: τέρατα καὶ σημεῖα ἐν Ῥώμῃ πολλὰ καὶ φοβερὰ ἦν· κύνες τε ὑπὸ ὨΡΎΟΝΤΟ ὁμαλῶς οἷα λύκοι.

[P. 52, l. 17.] Πίτυος ἐστεφανωμένη. Mollius ſubintelligendum monet στεφάνῳ, & confert Platonem in Sympoſ. p. 182 Ed. Cl. Fiſcher. ubi vides Alcibiadem ἐστεφανωμένον κιττῷ τινι ΣΤΕΦΆΝΩ δασεῖ καὶ ἴων. Fortè κλάδοις omiſſum eſt, vel ſubaudiendum; ut ſuprà dixit, p. 18 Ed. Moll. πίτυος ἐστεφανῦτο ΚΛΆΔΟΙΣ. Sed & infrà legi-

tur, p. 56, ἐκαθέζετο γὰρ τῆ ΠΙΤΥΟΣ ἐστεφανωμένη. Et pag. 59 Edit. Moll. ΣΤΕΦΑΝΩΣΑΝΤΕΣ ΠΙΤΥΟΣ. At p. 58, ΚΙΤΤΩ̣ στεφανώσας. Et L. III, p. 77, ΚΙΤΤΩ̣ τὰς κεφαλὰς ἐστεφανωμένοι. Et L. I, p. 21 Ed. Moll. στεφανωσαμένη ΠΙΤΥΪ.

[P. 53, l. 1.] Ἐξ ἁλός. Transponendum suspicor illud ἐξ ἁλὸς, & legendum, πηδῶντες ἐξ ἈΛΟΣ, τῆ ὑραῖς παίοντες τὰς ναῦς, ἔλυον κ.τ.λ. Sic infrà, p. 57 Edit. Moll. τῆ ναυαρχίδος ἡγεῖτο δελφὶν ΠΗΔΩΝ ἐξ ἁλός.

[P. 53, l. 7.] Νύκτα ἐπελθεῖν. Suprà, pag. 53 Edit. Moll. ἐπῆλθεν ἡμέρα. Et infrà, p. 58, νυκτὸς ἐπελθούσης.

[P. 53, l. 10.] Μηνίοντός τι τοῖς ναύταις. Sic rectè legitur in omnibus Edd. præterquàm in posterior. Par. Cl. Dutens, qui Mollii conjecturam, μηνύοντος, quæ in tertio Cod. Reg. in textum recepit. Sed ob sequentia, οὐδὲν γὰρ ἱερὸν σεσύλητο Πανὸς κ.τ.λ. omninò legendum μηνίοντος, pro quo frustrà prior Par. Editor conjecit μηνιῶντος, cùm pariter dicatur & μηνίω & μηνιάω. Idem malè conjicit, ἐπὶ τοῖς ναύταις, pro τι τοῖς ναύταις; nam μηνίω cum dativo, sine præpositione, construitur. Homerus Iliad. A, v. 422:

Μήνι' Ἀχαιοῖσιν.

Et Il. Σ, v. 257:

Ὄφρα μὲν οὗτος ἀνὴρ Ἀγαμέμνονι μήνιε δίῳ.

Ut autem in posterior. Paris. Ed. Longi, sic & in primâ Achillis Tatii, malè μηνύματα, pro μνηνίματα, positum fuit; de quo vide Cl. Boden. ad Achill. Tat. L. V, c. 25, p. 489. Idem Achilles Tat. L. V, p. 498, habet μήνιμα ἐκ τοῦ θεοῦ. Vox autem μήνιμα est Homerica, & occurrit Il. X, v. 358, & Od. A, v. 73. Xenophon autem Ephes. L. I, p. 2: ΜΗΝΙΑ̣ πρὸς ταῦτα ὁ Ἔρως. Et Lib. III, p. 53, μηνίσαι μὲν ἐκείνη, scilicet Isis.

[P. 53, l. 11.] Συμβαλεῖν. Xenophon Ephes. L. I,

p. 9 : ΣΥΜΒΆΛΛΕΙΝ δὲ τὰ τοῦ θεοῦ λόγια οὐκ ἐδύναντο. Heliodor. L. I, p. 2 : καὶ τοῦτο παρῆν ΣΥΜΒΆΛΛΕΙΝ καὶ τῶς πόῤῥωθεν.

[P. 53, l. 13.] Οὐκ ἀθεεί. Homer. Od. Σ, v. 352 :

Οὐκ ἈΘΕΕΊ ὅδ' ἀνὴρ Ὀδυσήϊον δόμον ἵκει.

Moschus in Europâ, v. 148 :

Οὐκ ἈΘΕΕΊ γὰρ ταῦτα διέρχομαι ὑγρὰ κέλευθα.

[P. 53, l. 16.] Μαινομέναις φρεσί. Homer. Il. Ω, v. 114, φρεσὶ μαινομένῃσι.

[P. 53, l. 17.] Ἀγέλας δὲ βοῶν καὶ αἰγῶν ἀπηλάσατε. Tres Codd. R. Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ἀγέλας δὲ βοῶν καὶ αἰγῶν ΚΑΊ ἀπηλάσατε. Pro quo Huetius rectè, meo quidem judicio, legendum conjicit, καὶ αἰγῶν, ΚΑΊ ΟΪΩΝ, ἀπηλάσατε; nisi mecum legere malis, ἀγέλας δὲ βοῶν, ΚΑΊ ΟΪΩΝ, καὶ αἰγῶν; quod & in suo Codice videtur invenisse Amyot vertens : ravir les troupeaux de bœufs, de brebis & de chevres. Cl. Hinlopen pariter vidit hîc deesse ὀΐων. Idem Pan paulò infrà reddi jubet καὶ τὰς ἀγέλας Χλόης, καὶ τὰς αἶγας, καὶ τὰ ΠΡΌΒΑΤΑ. Cod. Urs. probantibus Ursino & Jungermano : ἀγέλας δὲ βοῶν καὶ αἰγῶν, καὶ ποιμνίων ἀπηλάσατε. Hinc Mollius edidit : καὶ αἰγῶν ΠΟΊΜΝΑΣ ἀπηλάσατε; in quo eum secuti sunt uterque Editor Parisiens. & Lipsiens. Heliodorus, L. IX, p. 445 : πολλὰς μὲν ἈΓΈΛΑΣ βοῶν, πολλὰς δὲ ΠΟΊΜΝΑΣ προβάτων, πλεῖστα δὲ αἰγῶν ἈΙΠΌΛΙΑ, καὶ βοῶν ΣΥΒΌΣΙΑ. At L. X, p. 458 : βοῶν ἀγέλας, καὶ ἵππων, καὶ προβάτων.

[P. 53, l. 19.] Μελομένας. Vox poëtica. Habes apud Euripid. in Hippolyt. τὰν Διὸς, οὐρανίαν Ἄρτεμιν, Ἄρτεμιν ᾇ μελόμεθα. Idem in Phœniss. v. 766, σοὶ χρὴ μέλεσθαι. Homer. Il. A, v. 523 :

ἐμοὶ δέ κε ταῦτα μελήσεται.

[53, l. 20.] Καὶ οὔτε τὰς Νύμφας. Malè ex Edit.

Moll. & hinc ex utrâque Par. & è Lipſienſ. excidit ἐγ, quod in aliis omnibus legitur.

[P. 54, l. 3.] Ἀλλ' ὑμᾶς. Hanc vocem ὑμᾶς, quæ in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. & in Lipſienſ. omiſſa fuerat, ex aliis omnibus Edd. & è tribus Codicibus Reg. revocavi.

[P. 54, l. 4.] Βορᾶν ἰχθύων. Homer. Il. T, v. 268:

Τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα
Ῥίψ' ἐπιδινήσας ΒΟΣΙΝ ΙΧΘΥΣΙΝ.

Achilles Tat. in re ſimili dixit, L. III, pag. 246, θηείων βοράν.

[P. 54. l. 5.] Καὶ Χλόην. An ἐγ ΤΗΝ Χλόην?

[P. 54, l. 5.] Ἀποδώσεις. C. R. III, ἀποδώσεῖε. Malo ἀποδώσεις, cùm hoc è ſolo ducis nutu aptum & ſuſpenſum eſſet. Cl. le Fevre conjicit legendum, εἰ μὴ ΣῪ πρὸ ταχίστην Χλόης. Jungermanus: « Malim Χλόῃ; Chloë « ſcilicet reddenda Nymphis, greges verò Chloæ ».

[P. 54, l. 7.] Ἀνίσω δή. Sic loquitur Heliodor. L. V, p. 240. Thomas Magiſter in hanc vocem, p. 75, obſervat Atticos dicere ἀνίσω, non autem ἀνίσταθ. De quo vide & Mœrim Atticiſtam in Ἀνίσω, p. 18, & ad eum Cl. Pierſon.

[P. 54, l. 9.] Κἀκείνη δ' ὁδῷ. Rectè Amyot: je vous reconduirai tous deux à ſauvegarde; elle par terre, (τῆς ὁδῷ) & toi par mer (τῷ πλῷ). Achilles Tatius Lib. VI, p. 502, ΗΓΗΣΕΤΑΙ σοι ΟΔΟΥ̃.

[P. 54, l. 10.] Πάνυ ὄν. In tribus Codd. R. deeſt ὄν, quod tamen tertii oræ adſcriptum eſt.

[P. 54, l. 10.] Ὁ Βρύαξις. Sic in omnibus Edd. At in ſolâ poſterior. Par. operarum vitio, Βρύαξος.

[P. 54, l. 11.] Ἀναπηδᾷ. Sic ſuprà, p. 51 Ed. Moll. in re ſimili, viſo ſomnio, Daphnis emicat ἀναπηδήσας τοῦ ὕπνου. Et L. III, p. 95: γενομένης ἤ ἡμέρας ἀναπηδήσας.

[P. 54, l. 14.] Ἀνεῦρον. Sic in omnibus Edd. præterquàm in posterior. Par. ubi Cl. Dutens Atticam formam ἀνῆυρον substituit.

[P. 54 l. 15.] Πίτυος ἐςεφανωμένη. Sic apud Achill. Tat. L. VIII, p. 656, virgo, quæ Syringis antrum subiit, hinc recedit ἐςεφανωμένη τὴν κεφαλὴν πίτυος κόμαις.

[P. 54, l. 15.] Σύμβολον ποιούμενος. Vide quæ suprà observavimus in αἰτίαν συμβαλεῖν. Sæpè autem σύμβολα sunt signa, prodigia, omina, quæ fulgure, tonitru, aliisque id genus διοσημείοις petebantur, inquit summus Ernesti, in Indice Memorabil. Socrat. ad hæc Xenophontis, L. I, c. 1, p. 2: ὅσοι μαντικὴν νομίζοντες, οἰωνοῖς τε χρῶνται, καὶ φήμαις, καὶ συμβόλοις. De quibus συμβόλοις & illustrissimum Spanheimium ad Callimach. Hymn. in Pall. v. 123, adeundum monet illud Germaniæ decus & lumen. Heliodor. L. IV, p. 186: ἐγὼ μὲν ὅπη τείνει τὸ ὄναρ ΣΥΝΈΒΑΛΛΟΝ. Et L. II, p. 85: τοῦτο δὲ (τὸ ὄναρ) ᾧδε ΣΥΜΒΆΛΛΩ. Et L. I. p. 55, ΣΥΝΈΒΑΛΕ τὴν ὄψιν, ut hîc σύμβολον τῆς ἐν τοῖς ὀνείροις ὄψεως ποιούμενος.

[P. 54, l. 17.] Ἐπ' αὐτῆς τῆς ναυαρχίδος. Hoc τῆς, quod in solâ Ed. Lipsiens. legitur, è Codice Ursini, Ursino & Cl. Valckenærio probantibus, in textum revocavi.

[P. 54, l. 21.] Κατὰ τῆς ἀποβάθρας. De hâc voce, quam usurpat Thucydides, L. IV, c. 12, lin. 41, vide Cl. Abresch. Dilucid. Thucydid. p. 383, & D'Orvill. ad Chariton. p. 597.

[P. 55, l. 1.] Ἐξέτρεχεν. Sic rectè Edd. Flor. Moll. utraque Par. & tres Codd. R. Malè Edd. Commel. Jungerman. & Lipsiens. ἐξέτρεχον, cùm sequatur: ταῦτα ΠΕΡΙΐΣΤΑΤΑΙ, & τὰ πρόβατα ἔΜΕΝΕΝ.

[P. 55, l. 3.] Κρημνοβατεῖν. Minùs benè posterior Par. Ed. κρημνοπατεῖν.

[P. 55, l. 4] Περιΐςαται. Malè περιΐςασαι in Edd.

Commel. & Jungermani, qui mendum sensit, & rectè correxit πρίϊσταται.

[P. 55, l. 5.] Ὥσπερ χορός. Sic Anacreon, Od. LI:

Χορὸς ἰχθύων ᾖ κυρτὸς
Ἐπὶ κυμάτων κυβιστῶν,
Παφίης ἐς ὄμμα παίζει,
Ἵνα νήχεται γελῶσα.

[P. 55, l. 5.] Ὅμοια χαίρουσι. Sic suprà, L. I. p. 27 Ed. Moll. αἱ ᾖ αἶγες ἐσκίρτων φριμασσόμεναι καθάπερ ἡδόμεναι.

[P. 55, l. 7.] Κατὰ χώραν ἔμενε. Sic loquitur Achill. Tat. L. VIII, p. 712.

[P. 55, l. 8.] Ἐν κοίλῃ νηΐ. De hâc loquendi formulâ vide Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 673.

[P. 55, l. 8.] Ἐκκαλοῦντος. Cod. Urs. Ursino probante, καλοῦντος.

[P. 55, l. 10.] Ἀνευφημούντων. Infrà, p. 59 Ed. Moll. εὐφημοῦντες τὸν θεόν. Et L. III, p. 95: τὰς Νύμφας εὐφημῆσαι. Achill. Tat. in re simili, Lib. III, p. 248, τοὺς θεοὺς ἀνευφημοῦμεν. De hâc autem loquendi formulâ confer Cl. D'Arnaud Lection. Græc. L. I, c. 8, p. 52 & 53.

[P. 55, l. 10.] Στοιχείοις ἀμφοτέροις. Id est, terrâ marique. Sic loquitur Chariton, pag. 122. Ubi vide Cl. D'Orvill.

[P. 55, l. 12.] Ἀνασπάσαι τὰς ἀγκύρας. Achill. Tat. L. II, p. 200, τὰς ἀγκύρας ἀνέσπων.

[P. 55, l. 15.] Σύριγγος ἦχος. Euripid. Iphigen. in Taur. v. 1125:

Συρίζων δ' ὁ κηροδέτας
Κάλαμος οὐρείου Πανὸς
Κώπαις ἐπιθωύζει.

[P. 55, l. 16.] Προήεσαν ἅμα καὶ ἐνέμοντο τερπόμεναι. Sensus, quem nullus Interpres expressit, hic est: ità ut

inter procedendum pascerent cantûs dulcedine delinitæ. Sic sæpiùs eleganter adhiberi τὸ ἅμα ad Theocriti Idyll. II, v. 21, πάσσ' ἅμα καὶ λέγε ταῦτα, verè monet summus Valckenær. Sic suprà apud Longum, Lib. I, p. 24: ἅμα φυλάττων μὴ φύγῃ, ἐπυνθανόμην. Et L. II, p. 70 & 71: ἅμα τε εὐχόμενοι τέχνην ἐζήτουν. Et L. III, p. 84: ἐκέλευσε φιλοῦντα ἅμα καὶ περιβάλλειν. Et p. 97: ἅμα τε ἐδίδου, καὶ περιβαλὼν κατεφίλει.

[P. 54, l. 17.] Τερπόμεναι τῷ μέλει. Sic suprà, L. I, p. 21 Ed. Moll. ἐτέρποντο αἱ βόες αὐτῆς τῇ μουσικῇ.

[P. 55, l. 18.] Δευτέρας νομῆς. Rectè Amyot: environ le temps que les pasteurs ramenent leurs bêtes aux champs après midi.

[P. 55, l. 19.] Τὰς ἀγέλας. Utrumque gregem, scilicet Daphnidis capras, & oves Chloæ, quæ, ut suprà vidisti, p. 48 Ed. Moll. cùm rapta fuit, παρῆν τοῦ ἈΓΕΛΑΙΣ.

[P. 56, l. 4.] Ὑπὸ τῷ στελέχει καθίσας. Mallem ὀπὶ, ut suprà, L. I, p. 12 Ed. Moll. καθίσαντες ἐπὶ στελέχει δρυός. Vide quæ suprà adnotavimus ad p. 39 nostræ Ed. in hæc verba, καθέζοντο ἐπὶ στελέχους δρυός.

[P. 56, l. 9.] Συρίγματα. Sic tertius C. R. & omnes Edd. præter Moll. prior. Par. & Lipsiens. in quibus συρίσματα, quod & in duobus primis Codd. R. ac in Cod. Urs. Ursino probante. Jungermanus observat σύριγμα legi apud Etymologum Magnum, & infrà apud nostrum, τοσοῦτον ἤχει τὸ ΣΥΡΙΓΜΑ.

[P. 56, l. 12.] Γνωρίσας τὰ τῶν Νυμφῶν ὀνείρατα. Suprà, L. II, p, 40: γνωρίσαντες τῶν ὀνείρων τὴν εἰκόνα.

[P. 56, l. 15.] Διὰ τὰς Νύμφας. Sic & Chariton, L. IV, p. 71: ζῶ διὰ Μιθριδάτην. Cl. Abresch, qui, Animadversion. in Æschyl. p. 95, hunc usum præpositionis διὰ tradit, confert & nostrum suprà dicentem, p. 36 Ed. Moll. ΔΙΑ τοῦτον καὶ ποταμοὶ ῥέουσι.

[P. 56, l. 15.] Ἀποπέμπει κομίσασθαι. Sic è primo C. Reg. in Edit. Cl. Dutens reſtituimus. Sic quoque conjecit Cl. Hinlopen. Malè cæteræ omnes Edd. κομίζεσθαι.

[P. 56, l. 16.] Τὰς ἀμφί. Rectè Huetius & Jungerman. conjecerunt τὰς, pro τὴν quod malè in Edd. Commel. & Jungerman. irrepſerat ex ignoratione compendii quo τὰς repræſentatur in principe Florentinâ; quæ eſt & Cl. Jungermani in typographicorum mendorum Indice obſervatio.

[P. 56, l. 17.] Πρέπουσα. Malè Edd. Flor. Commel. & Jungerman. πρέπον.

[P. 56, l. 17.] Ἐν τούτῳ. Idem quod ἐν τοσούτῳ, id eſt, intereà, μέλαξύ. De quo vide Cl. Lambert. Boſ. Animadverſ. ad Scriptores quoſdam Græcos, p. 59.

[P. 56, l. 21.] Ἀνέθηκε. C. R. III, ἐνέθηκε. Idem & malè ſuprà ἀπέδειξε, pro ἀπέδρα.

[P. 57, l. 1.] Τῶν ἀμφὶ τὴν Χλόην. Hîc deſignat & Chloën, & Dryanta & Lamona à Chloë arceſſitos.

[P. 57, l. 5.] Ἀποσωρεύσας. Codd. Flor. & Urſ. Urſino probante, & tertii Cod. R. ora, ὑποσωρήσας. Et hanc quidem Codicum lectionem pro ſuâ emendatione venditans Mollius, in notis conjecit ὑποσορήσας, operarum vitio, pro ὑποσορήσας quod in textum recepit Cl. Boden. At rectè Cl. Valckenær. & Cl. Alberti & Cl. Abreſch. ad Heſych. tom. I, pag. 474, in hæc verba, Ἀπονησαμένη, ΑΠΟΣΩΡΕΎΣΑΣΑ, Mollii conjecturam rejiciunt, & defendunt ἀποσωρεύσασα, cui Cl. Hermannus Tollius & Cl. le Fevre præferunt ὑποσωρεύσασα.

[P. 57, l. 6.] Ἐν ποτῷ. In tribus Codd. R. πότῳ; at omnes Edd. ποτῷ. Obſervent tyrones πότον eſſe compotationem, at πόσιν potionem, quod potatur. Cùm hîc præcedat ἐν τροφῇ, poteſt ſequi ἐν ποτῷ.

[P. 57, l. 6.] Ἅμα ἐπισκόπει. Inter potandum inſ-

piciebat. Sic suprà, L. I, p. 12 Ed. Moll. ἐπεσκοπῶντο τὴν ποίμνην καὶ τὸ αἰπόλιον. Et p. 27 : ἐπεσκόπων τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα. Et L. IV, p. 123 : ἐπεσκόπει τὰ τοῦ Λάμωνος ἔργα. Hanc vocem propriè & de Medicis ἐπισκοπῶσι τοὺς κάμνοντας usurpari observat Menag. in Juris Civilis Amœnitat. c. 25, p. 211.

[P. 57, l. 7.] Ἦσαν. Huetius conjicit ᾖσεν, ut ad solum Daphnim referatur.

[P. 57, l. 8.] Παλαιῶν ποιμένων ποιήματα. Sic suprà, L. I, p. 5 Ed. Moll. πρεσβυτέρων ποιμένων ἀναθήματα.

[P. 57, l. 10.] Αὐτοῦ κοιμηθέντες. Edd. Flor. Commel. Jungerman. & tres Codd. R. habent αὐτοῦ κοιμηθέντος, pro quo lego αὐτοῦ κοιμηθέντες, quod in tertio Cod. superscriptum, quodque in Codice Ursini exaratum probaverunt Ursinus & Jungermanus, & in suo Codice invenit Amyot verteus : ils se coucherent en la place même (αὐτοῦ). Malè Ed. Moll. & hinc utraque Par. & Lipsiens. αὐτοὶ κοιμηθέντες. Sensum tamen rectè in suâ versione assecutus est Moll. qui sic interpretatur : ibidem in agro pernoctantes. Αὐτοῦ hic designat, ibidem, in hoc ipso loco. Sic infrà, Lib. III, p. 97 Edit. Moll. μετὰ τοῦ Δάφνιδος ΑΥΤΟΥ μένουσα. Et L. IV, p. 145 : ὕπνον ΑΥΤΟΥ μένοντες εἵλοντο. Et L. IV, p. 146 : ΑΥΤΟΥ ὑπὸ τοῦ ἄντρου στιβάδας ὑπεστόρεσεν. Plutarchus in Pyrrho, p. 387, E : ΑΥΤΟΥ μένων.

[P. 57, l. 11.] Τῶν τράγων τὸν ἀγελάρχην. Sic rectè Edd. Flor. Commel. & Jungerman. & tres Mss. R. Malè Ed. Moll. & hinc utraque Par & Lipsiens. τὴν τράγον τόν. Sic paulò suprà : ΤΩΝ ΑΙΓΩΝ ΤΗΝ ἀρίστην. Et infrà p. 59, ΤΩΝ ΠΑΙΔΩΝ ὁ νεώτατος.

[P. 57, l. 12.] Προσήγαγον τῇ πίτυϊ. Scilicet, πίτυϊ ἔνθα τὸ τοῦ Πανὸς ἄγαλμα ἵδρυτο, ut dixit suprà p. 52 Ed. Moll. Rectè Amyot : vers l'arbre sous lequel étoit l'image du dieu Pan. Vidisti suprà, p. 51, τὴν Πᾶνα τὴν ὑπὸ

τῇ πίτυϊ ἱδρυμένον. Hinc infrà, p. 59 : τὰ κλήματα τῆς κόμης τῆς πίτυος ἐξήρων. Et pag. 64 : Δάφνις τὸν Πᾶνα ὤμοσεν ἐλθὼν ὅπι τὴν πίτυν. Et p. 78 : δρόμος ἦν ὅπι τοῦ Πᾶνα καὶ τὴν πίτυν.

[P. 57, l. 20.] Δάφνις ἐσύρισεν. Fortè, Ὁ Δάφνις, ut ſuprà, ἦσεν Ἡ Χλόη.

[P. 58, l. 1.] Ὁ Φιλητᾶς βυκόλος. Mallem ὁ Φιλητᾶς, Ὁ βυκόλος. P. 44 Ed. Moll. δικαστὴν καθίζουσι Φιλητᾶν, ΤΟΝ βυκόλον. Et p. 46 : ὁ Φιλητᾶς, Ὁ δικαστής. P. 32 : Φιλητᾶς, Ὁ πρεσβύτης. Et L. I, p. 13 : ὁ Ὃ Δόρκων, Ὁ βυκόλος, ὁ τῆς Χλόης ἐραστής. Et L. IV, p. 137 : ὁ Λάμπις, Ὁ βυκόλος.

[P. 58, l. 1.] Στεφανίσκους. Sic ſuprà, L. I, pag. 8 & 9 Ed. Moll. στεφανίσκους πλέκοιτες, ἢ Νύμφαις ἔφερον.

[P. 58, l. 3.] Καὶ αὐτῷ. Sic in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. & in tribus Codd. R. Malè omiſſum eſt αὐτῷ in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. & in Lipſienſ.

[P. 58, l. 5.] Λευκὸν παιδίον. C. Urſ. Urſino probante, λευκὸν Ὃ παιδίον, quod in textum recepit Cl. Boden. Sequentia autem, ἀ λευκὸν παιδίον uſque ad ἕτερος ἀναπηδήσαντες, in tribus Codd. R. omiſſa ſunt. Hîc autem Tityrus dicitur πυῤῥὸν παιδίον, quo ſenſu πυῤῥὸς uſurpatur apud Theocrit. Id. VI, v. 3, id eſt, πυῤῥότριχος, ut ipſemet Theocritus explicat, Id. VIII, v. 3. Priorem Theocriti locum cum hoc Longi contulit Cl. Warton in Addend. & corrigend. in notis ad Theocrit. tom. II, p. 350. Tityrus dicitur πυῤῥὸς & λευκὸς, ut in Cantic. Canticor. c. 5, v. 10 : ἀδελφιδός μου ΛΕΥΚΟΣ ΚΑΙ ΠΥΡΡΟΣ. Suprà apud Longum, p. 33 Ed. Moll. παῖς ΛΕΥΚΟΣ ὥσπερ γάλα, & ΑΝΘΟΣ ὡς ΠΥΡ. Sic Daphnis, L. I, p. 19, cum malo contulit Chloës τὸ πρόσωπον, ὅτι ΛΕΥΚΟΝ ἦν & ΕΝΕΡΕΥΘΕΣ ἦν, ubi vide quæ annotavimus. Ariſtænet. Libro I, Epiſtolâ I, paginâ 2 :

ΛΕΥΚΑ᾽Ι μὲν ἐπιμὶξ καὶ ὑπέρυθροι παρειαί.

[P. 58, l. 5.] Ἀγέρωχον. Id est, procax, petulans & lascivum. Suprà, L. I, p. 22: φόβῳ τῶν ἀγερώχων ποιμένων. Infrà, L. IV, p. 109: Λάμπις τις ἦν ἀγέρωχος βουκόλος. Vidisti, L. II, p. 33, infantis Amoris ἀγερωχίαν.

[P. 58, l. 5.] Ἥλλετο κοῦφα. Suprà, L. I, p. 8 Ed. Moll. ἥλλοντο κοῦφα.

[P. 58, l. 8.] Κατακλίναντες πλησίον αὐτῶν. Hîc Mollius observat verba esse ambigua, & significare posse: cùm Daphnis atque Chloë sese propè illos reclinassent; vel, cùm Philetam apud illos discumbere fecissent; mihi verò posterior sensus unicè verus videtur. Sic infrà, Lib. IV, p. 141 Ed. Moll. ΚΑΤΈΚΛΙΝΕΝ αὐτοὺς . . . συμπότας ἔχων ἐπὶ κλίνης κ.τ.λ. Et ibid. p. 146: πάντας τοὺς κωμήτας ΚΑΤΑΚΛΊΝΑΣ, εἱστία πολυτελῶς. Omnes autem aliæ Edd. habent πλησίον αὐτῶν; at ego reposui αὐτῶν; scilicet, apud se, propè se discumbere jusserunt Philetam. Amyot autem post κατακλίναντες, quod malè interpretatur, se remettant à table, interpungit, ac deindè legit, πλησίον αὐτῶν συμπότην ἐποιοῦντο, & vertit: firent seoir auprès d'eux le bon Philetas.

[P. 58, l. 9.] Συμπότην ἐποιοῦντο. Sic rectè Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ac tertii Cod. R. margo. At Cod. Flor. tres Regii, & hinc posterior Paris. Edit. σύμποτον. Malè Ed. Moll. & hinc prior Par. & Lipsiens. πότον. Infrà, L. IV, p. 141 Ed. Moll. κατέκλινεν αὐτοὺς . . . ΣΥΜΠΌΤΑΣ ἔχων ἐπὶ κλίνης κ.τ.λ. Et Lib. IV, pag. 143: πάντας τοὺς ἀρίστους τῶν Μιτυληναίων θέμενον ΣΥΜΠΌΤΑΣ. Et ibid. paulò infrà, πάντας τοὺς ἀρίστους Μιτυληναίων ΠΟΙΕῖΤΑΙ ΣΥΜΠΌΤΑΣ; ut hîc ΣΥΜΠΌΤΗΝ ΕΠΟΙΟῦΝΤΟ.

[P. 58, l. 9.] Οἷον δὴ γέροντες. Scilicet Philetas, Lamon & Dryas.

[P. 58, l. 10.] Ὑποβεβρεγμένοι. Sic, obſervante Moll. Latinè dicitur UVIDUS. Horat. Odar. Lib. IV, verſu 5 :

dicimus integro
Sicci manè die : dicimus UVIDI.

De voce autem ΥΠΟΒΕΒΡΕΓΜΕΝΟΙ confer ſummum Hemſterhuſ. ad Lucian. tom. I, pag. 274, ubi & hunc Longi locum profert, & obſervat hîc Deſiderium Heraldum à Mollio, qui eum, nec ſatis intellectum, ne nominare quidem dignatus eſt, inverecundè fuiſſe deſcriptum.

[P. 58, l. 11.] Ἡνίκα ἦσαν νέοι. Sic è Cod. Urſin. probante Urſino, Mollius edidit, & hinc uterque Pariſ. Editor, ut & Lipſienſis. At Edd. Flor. Commel. & Jungerman. & tres Codd. R. ὅταν ἦσαν νέοι.

[P. 58, l. 12.] Ἐσεμνύνετο. Julius Africanus in Ceſtis, p. 290 Ed. 1693, veterum Mathematicorum : ἐσεμνύναντο ΦΑΡΙΣΑΪΟΊ πόλι Ῥωμαίων ἀποκλίναντες φάλαγγα ; ubi rectè Cl. Koppiers poſt ſummum Hemſterhuſ. paginâ ultimâ Obſervat. Philologic. docet hîc legendum ΦΡΙΣΑΪΟΙ ; qui Friſii Græcis monachis libros deſcribentibus minùs erant noti quàm Phariſæi.

[P. 58, l. 14.] Δεύτερα συείας. Theocrit. Id. I, v. 3 :

Συείσδις μᾶ Πᾶνα τὸ δεύτερον.

Quem locum eum hoc Longi contulit vir ſummus Toup. in Add. in Theocrit. p. 389. Moſch. in Epit. Bion. v. 53 :

μὴ δεύτερα σῦο φίρῃ.

Hanc autem loquendi formulam doctè illuſtrat Cl. Markland, p. 106, 107 & 108 Epiſtol. Critic. ad Franciſc. Hare. Sic apud Achill. Tat. L. II, p. 110 : κραῖπνα παρέθηκεν μᾶ τ' Γλαύκυ τῦ Χίυ δεύτερον, id eſt, qui ſoli cederet poculo quod elaboraverat doctiſſima illa manus Glauconis Chii, celeberrimi artificis, de quo mentio apud Herodotum, L. I, c. 25. Et hic quidem hujuſce loci ſenſus eſt, quem non ceperunt eruditiſſimi Interpretes, & à

quo aberravit magnus ille Salmaſius, ſecùs exiſtimans his verbis deſignari, ſecundum, id eſt, ſecundo loco, appoſitum fuiſſe poculum à Glauco Chio fabricatum, vel magnitudine ſimile illi crateri, quem olim Glaucus Chius finxerat.

[P. 58, l. 14.] Σημνολόγημα. Heliodorus, Lib. IX, p. 445, Αἰθιοπικὰ σημνολογήματα. Et Lib. V, pag. 234, σεμνύνων ἑαυτόν.

[P. 58, l. 16.] Ὁ ᾧ Δάφνις. Sic Editiones Flor. Commel. & Jungerman. ac tres Mſſ. R. At Cod. Urſ. Urſino & Cl. Bodeno probantibus, & hinc Ed. Moll. & è Moll. utraque Pariſienſ. & Lipſienſ. ὁ ὦν; quod auribus durum accidit.

[P. 58, l. 16.] Δείσεις προσέφερον. Sic loquitur Achill. Tat. L. VII, p. 568.

[P. 58, l. 18.] Ἐν ἑορτῇ θεοῦ. Sic ſuprà, pag. 30, vindemiam vocat ἑορτὴν Διονύσου.

[P. 58, l. 20.] Καὶ ἔλαβε. Illud καὶ malè omiſſum eſt in Ed. Jungerman.

[P. 58, l. 21.] Ἐν στόμαλι παιδός. Ad oram C. R. III, ποδός.

[P. 59, l. 2.] Ἀπειχώσης. Tres Mſſ. R. ἐπιχώσης. Xenophon Epheſ. L. I, p. 8, ὀλίγον δ' ἀπέχει τὸ ἱερόν.

[P. 59, l. 3.] Ἐγκόμβωμα. Pollux, Lib. IV, cap. 18, p. 202, 12 Ed. Seberi, ab Huetio indicatus: τῇ ᾧ τῷ δένδρων ἐξωμίδι & ἱματίδιον πρόσκειται λευκὸν, ὃ ἐγκόμβωμα λέγεται, ἢ ἐπίβλημα.

[P. 59, l. 4.] Ὥσπερ νεβρός. Sic de eodem paulò ſuprà: ἄλλος κῦφα βαδίζων ὥσπερ ἔλαφος. Sic in Cantic. Canticor. cap. 2, v. 9: ὅμοιός ἐστιν ἀδελφιδός μου τῇ δορκάδι, ἢ ΝΕΒΡΩ ἐλάφων ὅτι τὰ ὄρη Βαιθήλ. Et in ultimo ultimi capitis verſu: φύγε ἀδελφιδέ μου, καὶ ὁμοιώθητι τῇ δορκάδι, ἢ τῷ ΝΕΒΡΩ τῷ ἐλάφων ὅτι ὄρη τῷ ἀρωμάτων. Sed nihil ſuaviùs arridet quàm illa elegantiſſima ejuſdem

ποιμενικῆς ἁρμαλιᾶς tàm ingeniosè à Cl. Jacobi explicati, imago, c. 4, v. 5, & c. 7, v. 3 : δύο μαζοὶ σε, ὡς δύο NEBPOÌ δίδυμοι δορκάδος, οἱ νεμόμενοι ἐν κρίνοις.

[P. 59, l. 5.] Ἐπιζηλάζῳ αὐτῶις. Ex Edd. Commel. & Jungerman. ex Indice typographicorum mendorum Editioni Florentinæ ſubjecto, è tribus Codd. R. & ex Amyoti verſione revocavi vocem αὐτῶις, quæ, operarum vitio, ab Ed. Flor. & hinc à Moll. utrâque Par. & Lipſienſ. aberat. Confer & Cl. Abreſch. in Corrigendis & inſerendis in Ariſtænetum, p. 335, ubi & rectè obſervat τὸ ἀφηγῆσθαι, quod proximè ſequitur, ſæpè uſurpari pro διηγῆσθαι.

[P. 59, l. 6.] Σικελὸς αἰπόλος. Hanc vocem αἰπόλος, quæ in omnibus aliis Edd. deeſt, è tribus Codd. R. revocavit Cl. Ducens. Hanc & in ſuo Cod. invenit Amyot, qui vertit, un chevrier Sicilien. In Sicilià, veteribus illis poëſeos paſtoralis incunabulis, etiamnunc agnoſcas flammæ veſtigia, quâ Theocriti mens divinior incaluit. Quò magis dolendum adeò rara noſtris in oris, & tam parùm cognita eſſe ſuaviſſima illa recentiorum Siculorum carmina, & præſertim Idyllia, quæ Siculâ dialecto conſcripta, mirâ dulcedine & aures & animos permulcent. De Siculis, qui eleganter Theocritum in ſuam dialectum converterunt, hæc leges in Siciliæ deſcriptione, quam elegantiſſimus Démeunier ſuæ verſioni gallicæ Itinerarii Siciliæ à Cl. Brydone conſcripti, ſubjunxit, tom. II, p. 359 & 360 : dans leur œconomie champêtre on retrouve à chaque pas Théocrite & ſes deſcriptions. . . Tout retrace les différents tableaux de ſes Eglogues, peints dans la nature & dans la réalité. Les bergers ſe diſputent encore entr' eux le prix du chant, & dépoſent une houlette, ou une panetiere pour le vainqueur.

[P. 59, l. 7.] Ἐπὶ μισθῷ. Sic paſſim apud Theocritum propoſita cantilenis merces. Reitzius, qui hunc Luciani locum profert, ad Lucian, tom. II, pag. 86, rectè monet

δὴ de conditione in quam aliquid paciſcimur, frequens eſſe.

[P. 59, l. 8.] Αὕτη ἡ σύριγξ. Rectè Cl. Boden monuit, malè in Edit. Moll. & hinc in utrâque Pariſienſ. legi αὐτὴ pro αὕτη.

[P. 59, l. 8.] Τὸ ἀρχαῖον. In omnibus Edd. & Codd. τὸ ὄργανον. At Cl. Dutens repoſuit τὸ ἀρχαῖον ex emendatione Gisberti Koën ad Gregor. de Dialect. p. 196, qui & hunc Achillis Tat. L. VIII, p. 477 Ed. Salmaſ. (at 650 Ed. Cl. Boden.) locum contulit: ἦν ὃ ἡ σύριγξ, ὅτε αὐλὸς ΑΠ' ΑΡΧΗΣ, ὅτε κάλαμος, ἀλλὰ παρθένος εὐειδής. Ad hanc autem emendationem, de cujus tamen veritate, ne quid diſſimulem, dubitat ſummus Valckenær, nos quaſi manu ducere videtur hæc Amyoti verſio, quem ſic in ſuo Cod. inveniſſe apparet: cette ſyringe n'étoit point (dit-il) ANCIENNEMENT (τὸ ἀρχαῖον) un inſtrument de muſique.

[P. 59, l. 10.] Ἦδεν οἷον νῦν. Amyotum vertentem, le Dieu Pan la voyoit, comme il nous fait maintenant, in ſuo Cod. malè ſcriptum inveniſſe liquet εἶδεν, pro ἦδεν.

[P. 59, l. 12.] Ἔπειθεν ἐς ὅ,τι ἔχρηζεν. Suprà, p. 42 Ed. Moll. ἐς ὅ,τι ἔχρηζεν, ἐχρήσατο. Sed hîc eſt elegans & verecunda in re minùs honeſtâ circumductio. Sic apud Xenophont. in Memorabil. L. I, c. 2, p. 17, Socrates Κριτίαν διαλεγόμενος ἐρῶντα Εὐθυδήμου, ἐπειρῶντα χρῆσθαι, καθάπερ οἱ πρὸς τὰ ἀφροδίσια τῷ σωμάτων ἀπολαύοντες κ.τ.λ. Ptæterea ἔπειθεν hîc non eſt, perſuadebat, ſed perſuadere conabatur; ut apud Xenophont. Epheſ. Lib. I, p. 20, πείθει μὲν ἔτος ἦν Ἀβροκόμην, id eſt, perſuadere tentabat: de quo vide Miſcellan. Obſervat. vol. X, tom. I, p. 217, & Cl. Markland. ad Lyſiam ὑπὲρ τοῦ στρατιώτου, p. 334 tom. V Ed. Orator. Græc. Cl. Reikii, ſimilia congerentem exempla, in quibus voluntas, non effectus, hiſce loquendi formulis innuitur.

[P. 59,

[P. 59, l. 13.] Διδυμοθόκους. Illud caprarum epithetum legitur apud Theocrit. Id. I, v. 25; III, v. 34; V, v. 84, & VIII, v. 45. Has διδυμιούσας vocat Auctor Cantici Canticor. c. 4, v. 2, & c. 6, v. 5.

[P. 59, l. 15.] Δίξασθαι. Fortè δίξεσθαι. Sed de hiſce aoriſtis, qui & ſæpe pro futuris ponuntur, vide omninò ſummum Hemſterhuſ. Miſcell. Obſerv. vol. IV, tom. II, p. 286. Confer & eaſdem Miſcell. Obſervat. volum. II, tom. III, p. 2 & ſeqq. & Cl. Abreſch. Dilùcid. Thucydid. Auctar. p. 264. Amyot in ſuo Codice videtur inveniſſe δίξεσθαι; vertit enim, qu'elle n'auroit jamais.

[P. 59, l. 18.] Φεύσεσθαι, κάμνεσθαι. Hîc omittuntur conjunctiones, ut magis præceps feratur orationis impetus. Sic ſuprà, ταύτης νεμέσης, παιζούσης, ἀδούσης. Vide quæ & ſupra in hæc verba, p. 52 Ed. Moll. πίνθος ἀπαλλάξας, εὐφροσύνης ἐμπλήσας, adnotavimus ex Abreſchio, qui, p. 617 Adnotation. ad quædam loca novi Teſtamenti, obſervat nullum Scriptorem, Xenophonte Epheſio excepto, æquè habuiſſe in deliciis hæc participia plura ſic ἀσωδήτως juncta, de quibus confer & eumdem Abreſch. p. 208 Lection. Ariſtænetear. & D'Orvill. ad Chariton. p. 514. Quæ autem præcedunt, ἡ Σύριγξ ἔφυγε ἐκ τὸν Πᾶνα, ἐκ τὼ βίαν, hæc in Archetypo Florentino omiſſa, ex ejuſdem Codicis margine inſeruiſſe ſe monet Columban.

[P. 59, l. 20.] Ταμών. Edd. Commel. & Jungerman. ac duo primi Mſſ. R. τεμών; tertius ταμὼν, cui epſilon ſuperſcriptum, ut indicetur varians lectio. Rectè Jungermanus obſervat rem eamdem iiſdem tantùm non verbis narrari apud Tatium, quem vide Lib. VIII, pag. 654, Edit. Cl. Bodeni.

[P. 59, l. 20.] Τὸ πάθος μαθών. Poſt hæc verba aliquid in noſtris Exemplaribus videtur deeſſe, quod in ſuo legerit Amyotus; vertit enim: connut ſon inconvénient,

CAR ELLE AVOIT ÉTÉ TOURNÉE EN UNE CANNE.

[P. 59, l. 21.] Καὶ τὰς καλάμους. Suſpicor tollendum &, quod in ſuâ verſione Amyot omiſit; niſi poſt σωδήκας omiſſum fuerit verbum, vel ſic malis tranſponere: τὸ πάθος μαθὼν, καὶ τὰς καλάμους κηρῷ σωδήκας ἀνίσους, καθ' ὅτι καὶ ὁ ἔρως ἄνισος αὐτοῖς, τὸ ὄργανον ποιεῖ.

[P. 60, l. 3.] Σύριγξ μυσική. Sic ſuprà in re ſimili, L. I, p. 22 Ed. Moll. ποιοῦσι μυσικὴν ὡς ἐκείνην.

[P. 60, l. 4.] Ἄρτι πίπαυλο. Sic Achill. Tat. L. II, p. 102: καὶ ἄρλι πίπαυλο τῆ κιθαρισμάτων, καὶ πάλιν τῦ δείπνυ καιρός. Hìc autem πίπαυλο dicitur pro ἐπίπαυλο. Sic autem apud Xenophont. Epheſ. L. II, p. 30, καλίκλεισο, pro καλικέκλεισο; de quâ augmentorum omiſſione vide ad eumdem Xenophontis locum τὸν πάνυ Hemſterhuſ. Obſervat. Miſcellan. vol. IV, tom. II, pag. 289, 290 & 291.

[P. 60, l. 5.] Φιλήτας. Mallem Ο Φιλήτας, ut alibi paſſim.

[P. 60, l. 8.] Καὶ αὐλῶν μεγάλων. Fortè quis conjiciat καλάμων. Amyot vertit, compoſée des plus groſſes CANNES (καλάμων) que l'on trouve.

[P. 60, l. 8.] Καὶ ἵνα κεκήρωλο. Ad oram C. R. III, ut & in Codice Florentino, ὅτι, pro ἵνα; ubi fortè legendum ὅ,τι.

[P. 60, l. 9.] Ταύτην ἐκείνην. Celle-là même.

[P. 60, l. 10.] Πρῶτον. Mallem πρώτην, quod fortè in ſuo Codice invenit Amyot vertens: celle-là même que Pan avoit faite la premiere (πρώτην).

[P. 60, l. 10.] Ἐπήξαλο. Theocrit. Id. IV, v. 28:

Χ' ἁ σύριγξ ἰυρῶτι παλύτιλαι, ἄν ποκ' ΕΠΑΞΩ.

Ubi ſummus Valckenær ad hoc Idyll. pag. 84, legendum putat ἔπαξας; quòd, inquit, ſæpe πᾶξαι, nuſquam autem πάξασθαι adhibuerit Theocritus, & σύριγα πᾶξαι

legatur in Fiſtulâ. Hîc autem vides à Longo uſurpari *σύριγα πήξασθαι*.

[P. 60, l. 11.] *Καθίσας ὄρθιον.* Cave legas *ὄρθιος*. Rectè Cl. Boden obſervat poſt *καθίσας* ſubaudiendum *ἑαυτόν*; quod multis confirmat exemplis. Vide eumdem & ad Achill. Tat. L. I, c. 2, p. 21, ubi pro *καθίσας αὐτὸς*, quod in Edit. Salmaſii, veteres Edd. rectè habent *καθίσας ἂν αὐτόν*. Infrà, Lib. IV, pag. 124 Ed. Moll. *καθίσας αὐτούς*. Et L. II, p. 41, *ὠκίτας προσκώπους καθισαντίας*. Et p. 44, *δικαστὴν καθίζουσι Φιλητᾶν*. Paſſim autem abſolutè dicitur pro ſedere, conſidere, ut L. I, p. 12 Ed. Moll. *καθίσαντες ὀπὶ σκλίχει δρυός*. Pag. 21, *καθίσασα ὑπὸ πίτυν*. L. II, p. 32, *ἵππος πλησίον καθίσας αὐτῷ*. P. 57, *ὀπὶ τῷ σκλίχει καθίσας*. L. III, p. 78, *δρῦν, ὑφ' ἣν καθίζοντες*. P. 80, *καθίσας ἤκλαυσεν* κ.τ.λ. ubi ſemper ſubauditur *αὐτόν*. Rectè autem Amyot vertit: Philetas adoncques ſe leva en pied ſur ſon ſiége. Peſſimè verò Mollius: Philetas igitur erectus, eâdemque (fiſtulâ) in ſedile erectâ collocatâ.

[P. 60, l. 12.] *Εὔπνοοι.* Rectè obſervat Cl. Boden malè legi *εὔπνοιοι* in Edd. Commel. & Jungerman. Quod operarum vitium in typographicorum mendorum Indice correxit Jungerman.

[P. 60, l. 12.] *Ἔπειτα μαθών.* Fortè, *ἔπειτα ἢ μαθών*, ob præcedens *πρῶτον μέν*.

[P. 60, l. 13.] *Ἀκώλυτον διατρίχει.* Hîc mallem *διίσχειν*.

[P. 60, l. 18.] *Τέχνην ἐπιδεικνύμενος.* Sic ſuprà in re ſimili, L. I, p. 21 Ed. Moll. *ταῖς φιλονεικήσας ..... μείζονα φωνὴν* ΑΝΤΕΠΕΔΕΙΞΑΤΟ; ubi declaravimus hanc vocem propriam eſſe ut apparatum & cujuslibet artis oſtentationem deſignet. Lucianus de Saltatione, tom. II, p. 214, *χήμαλα παντοῖα* ΕΠΙΔΕΙΚΝΥΤΑΙ. Eodem ſenſu *ἐπίδειξις*; de quo vide loca in Indice Luciani indicata.

[P. 60, l. 18.] Εὐνομίας μουσικῆς. Malè Jungermanus vertit: omnemque artem dexteritatis musicæ demonstrando: malè Moll. & totius artis legitimum in musicâ specimen edens. Sic rectè sensum expressit Amyot in suâ versione: en leur montrant tout tant qu'il peut avoir d'artifice à jouer de telle maniere de flûte, pour bien mener & faire paître ses brebis aux champs (εὐνομίας). Hîc εὐνομία μουσικὴ est ars illa musica, quâ fistulæ sono, aut suavitate vocis, duci & regi possunt armenta & pecora pascentia. Suprà, L. I, p. 21, vidisti puellam canendi peritam, quæ non pedo, non stimulo, sed solâ vocis dulcedine vaccas regebat, ac juvenem, & ipsum musicum, illiusque æmulum, qui octo hujusce virginis vaccas suâ voce in suum armentum blandè pellectas abegit. Vide nos paulò infrà, ad p. 64 Ed. Moll. in hæc verba, τὴν ποίμνην τῷ μέλει τῆς σύριγγος συνάγουσα. Vocem autem εὐνομίαν suprà vidisti, L. I, p. 5 Ed. Moll. ubi εἰς τὴν προτέραν ΕΥΝΟΜΊΑΝ καταστῆσαι.

[P. 60, l. 19.] Ὅσον. Rectè hîc ὅσον, non, ut infrà, οἷον; nam, ut mox dicet, μέγα ἦν τὸ βοῶν.

[P. 60, l. 19.] Αἰπολίῳ. Malè αἰπόλῳ in Cod. Amyoti, cùm verterit: combien (ὅσον) il falloit souffler pour un troupeau de bœufs; quel son est mieux séant à un chevrier; (αἰπόλῳ) quel jeu aiment les brebis & les moutons.

[P. 60. l. 21.] Τὸ ποιμνίων. Codd. R. I & III & Cod. Ursini habent ποιμενικὸν, quod immeritò ab Ursino probatum in textum recepit Moll. & hinc uterque Par. Editor & Lipsiens. At in Edd. Florent. Commel. & Jungerman. ποίμνιον, pro quo malè quidem Columbanius ποιμνίου, sed rectè Jungermanus, Cl. Bodeno probante, conjicit ποιμνίων, quod & in C. R. II, & in Cod. Amyoti vertentis: celui des brebis (ποιμνίων) est doux. Infrà Longus pro βοῶν, αἰγῶν, dedisset, βουκολικὸν, αἰπολικὸν, si hîc, pro ποιμνίων, scripsisset ποιμενικόν.

[P. 61, l. 5.] Τρυγῶντι. Sic ſuprà pag. 30: ὁ μὲν ἐβάσταζεν ἐν ἀρρίχοις βότρυς, καὶ ἐπάτει ἔτι ληνοῖς ἐμβάλλων, καὶ εἰς τοὺς πίθους ἔφερε τὸν οἶνον.

[P. 61, l. 12.] Τρίτος δὴ γέρων. Scilicet primus Lamon, narratione, ſecundus Philetas, fiſtulâ, tertius denique Dryas, ſaltatione excelluerat. Hujuſce loci ſenſum minùs aſſecutus eſt Jungermanus, qui hæc annotat: « An hic « locus uſquequâque plenus & integer eſt »? Infeliciter Cuperus, qui hæc non intelligebat, σκιρρὸς δὴ γέρων, pro τρίτος, emendavit, Obſervat. L. II, c. 14; quod & vidit Cl. Hinlopen.

[P. 61, l. 16.] Ἱκέτευε πείθων. Id eſt, perſuadere tentans. De quo vide quæ ſuprà obſervavimus in hæc verba, ἔπειθεν ἐς ὅ,τι ἔχρηζε.

[P. 62, l. 1.] Ἐρωτικὸν, ὡς πύθων. Fortè quis in hoc Longi loco paululùm inverſo ordine legendum cenſeret, ἐρωτικὸν, ὡς ἐρῶν, γοητὸν, ὡς πείθων.

[P. 62, l. 9.] Τῷ μέλει τὸ σύριγξος σωάξαι. Cl. le Fevre ingeniosè conjicit σωᾴδειν; ſed retinendum cenſeo σωάξαι. Sic ſuprà, p. 17 Ed. Moll. ἐπεπαίδευτο καὶ φωνῇ πείθεσθαι, καὶ σύριγξι θέλγεσθαι. P. 21: ἐτέρπετο αἱ βόες αὐτῆς τῇ μουσικῇ, καὶ ἔνεμεν ὅτε καλαύροπος πληγῇ, ὅτε κέντρου προσβολῇ, ἀλλὰ .... ἦδε Πᾶνα καὶ Πίτυν, καὶ αἱ βόες τῇ φωνῇ παρέμενον. P. 24: ἐπαίδευσα τὰς βοῦς ἦχῳ σύριγξος θέλγεσθαι, καὶ διώκειν τὸ μέλος αὐτῆς. Et L. IV, p. 124: σύριγξος ἀκούσαι ποιῆσαι πάντα. Et L. II, p. 32: βοῶν ἢ πολλῆς ἀγέλης ἠγησάμην μόνῃ μουσικῇ. Et p. 37: καλέκλων τὰς σύριγξας, ὅτι μοι τὰς μὲν βοῦς ἔθελγον, Ἀμαρυλλίδα δ' οὐκ ἦλγον. Et p. 56: σύριγξος ἦχος.... ποιμενικὸς, καὶ οἷος εἰς νομὴν ἠγοῦνται ποιμένιον. Et p. 57: τῷ δ' αἰγῶν καὶ τῷ προβάτων ἠγεῖτο σύριγξος ἦχος. Hæc eſt autem illa εὐνομία μουσικὴ, de quâ nos ſuprà, p. 148. In

hoc autem quem tractamus Longi loco, ut Daphnis ἀπήλαυνε τὴν ἀγέλην συρίζων, ſic & Chloë τὴν ποίμνην τῷ μέλει τῆς σύριγγος σωάγει. Proprium autem in hâc re vocabulum σωάγειν., ut latinum COMPELLERE. Sic apud Longum, L. II, p. 35, Amor dicit, Δάφνιν ΠΟΙΜΑΊΝΩ καὶ Χλόην, καὶ ἤνίκα αὐτὰς εἰς ἓν σωάγω κ.τ.λ.

[P. 62. l. 11.] Ὅ,τι. Sic rectè Cl. Dutens & Cl. Boden, prioris Editoris Pariſienſis conjecturam ſecuti, diſjunxerunt, quod in præcedentibus omnibus Edd. conjunctìm legitur ὅτι. Sed & inſuper, quod curavimus, virgula inter ὅ & τι interponenda erat, ut & ſic diſtingueretur ab ὅτι, quemadmodùm τό,τι & ὅ,τι à τότι & ab ὅτι diſcriminantur.

[P. 62, l. 12.] Ἐνέπλησαν ἀλλήλους. Mollius hîc ſubaudiendum putat ἡδονῆς, ferè ut Amyot vertit: de ſorte que juſques à la nuit toute noire, ils prirent l'un de l'autre tout le plaiſir poſſible. Suprà, L. II, p. 40 Ed. Moll. ἁπλήστως ἐνεφορεῖτο τῆς ἡδονῆς. Fortè hîc legendum ἐνέπλησαν ἀλλήλους ΑΛΛΗΛΩΝ. Ariſtænet. L. II, Ep. XIX, p. 102, ἀλλήλων σωαπέλαυον ἄμφω.

[P. 62, l. 13.] Καὶελάσαι. Tyrones obſervent καὶελαύνειν τὰς αἶγας eſſe oves ad paſcua adducere, ἀπελαύνειν autem eſſe abducere.

[P. 62, l. 18.] Περιέβαλλον. Codd. R. I & III, ἐνιέβαλλον. Confer ſuprà, pag. 39: ἀγαγόντες τῆς ἐπιούσης ἡμέρας τὰς ἀγέλας εἰς νομὴν, ἐφίλησαν μὲν ἀλλήλους.... καὶ ἐνιέβαλλον κ.τ.λ.

[P. 62, l. 19.] Ἐμέλησεν αὐτοῖς. Sic ſuprà, Lib. II, p. 41, ὀρνίθων ἄγρας ἐμέλησεν αὐτοῖς. Et p. 29, ἔμελέ τινι δρεπάνης.

[P. 62, l. 21.] Τούτοις ἅπασι θερμότεροι. Suprà, L. I, p. 18, θαλπόμενος τούτοις ἅπασι. Hîc autem pro θερμότεροι, C. Flor. habet θερμόμενοι.

[P. 63, l. 2.] Προῆλθον. In Ed. Jungerman. προσῆλθον, operarum vitio, quod ipſe Jungermanus in mendorum Indice correxit.

[P. 63, l. 4.] Μὴ ζήσεσθαι μόνος. Sic apud Xenophont. Epheſ. Lib. I, pag. 15, Anthias jurat Abrocomæ, ὡς βραχύ τι ἀποσπασθῆσά σου ὅτε ζήσομαι, ὅτι τὸν ἥλιον ὄψομαι.

[P. 63, l. 4.] Μηδὲ μιᾶς. Sic reſtitui pro μηδεμιᾶς, quod in omnibus Edd. & Codd. Multò ſignificantius & elegantius τὸ μηδὲ μιᾶς. Sic ſuprà, L. II, p. 49, & infrà, L. IV, p. 106 Edit. Moll. αἴγα ΟΥΤΑΕ ΜΙΑΝ. Lib. II, p. 47, τῷ μὲ ἀληθῶν λέξοντες ΟΥΤΑΕ ΕΝ. P. 45 ibid. κωμήτης ΟΥΤΑΕ ΕΙΣ. Sic ſuprà, p. 53 Edit. Moll. legimus, ὡς ΜΗΔΕ ΜΙΑΝ τῷ ἀγροίκων τινὰ λυπῆσαι. Achill. Tat. L. VIII, p. 630, ΜΗΔ' ΕΙΣ. Xenophon Epheſ. I, p. 4, ὅσος οὐδὲ ΕΙΣ. De hâc autem loquendi formulâ, ΜΗΔΕ ΕΙΣ, confer & Cl. Abreſch. Dilucidat. Thup. 231 & ſeqq.

[P. 63, l. 5.] Ἡ ὃ Χλόη Δάφνιδι. Jamdudùm conjeceram paululùm inverſo ordine legendum: ἡ ὃ Χλόη τὰς Νύμφας, (ſubaudi ὤμοσε) εἰσελθεῖν εἰς τὸ ἄντρον, Δάφνιδι τὸν αὐτὸν, vel τ' αὐτὸν Δάφνιδι ἔξειν κ.τ.λ. Quod poſteà deprehendi & Cl. Jungermano in mentem veniſſe. Rectè Jungermanus vertit: eamdem cum Daphnide habituram ſe mortem & vitam, ut Amyot: fit ſerment qu'elle vivroit & mourroit avec Daphnis. Malè Mollius: Daphnidi jurat, câdem ſe morte vitâque defuncturam. Cæterùm in hoc Longi loco Cod. Urſ. Urſino probante, habet στέρξειν, pro ἔξειν.

[P. 63, l. 7.] Τοσοῦτον δέ. Malè ad oram C. R. III adſcriptum eſt delendum eſſe τὸ δέ.

[P. 63, l. 10.] Ἐρωτικός. Sic apud Achillem Tatium, Libro VIII, paginâ 710, de Pane, θεός ὅστι φιλοπαρθένος,

conferente ad Achill. Tat. Cl. Bodeno, poſt Jungerman. ad hunc Longi locum.

[P. 63, l. 11.] Ἠράσθη μὲν Πίτυος. Hoc, operarum vitio, è poſterior. Ed. Par. excidit. Rectè Huetius conferendum indicat hunc locum, Lib. II, p. 37 Edit. Moll. ubi Pan dicitur amaviſſe Pinum, & illum, L. I, p. 21: ἤδη Πᾶνα καὶ τὴν Πίτυν.

[P. 63, l. 12.] Ἐπιμηλίσι. Malè Jungermanus conjecit diviſim legendum ὅτι μηλίσι. Nollem quoque cum Cl. Bodeno emendare ἐπιμελιάσι, ut deriventur à μελία, fraxino, & ideò ſint fraxinorum præſides. Apud Suidam Ἐπιμηλίδες Νύμφαι leguntur ſine ullâ explicatione; ſcilicet quòd Demetrius Chalcondyles, cui primam Suidæ Editionem Mediolani, anno 1499, confectam, & noviſſimâ Kuſteri locupletiorem, ac in quibusdam emendatiorem, debemus, hujusce vocis ſignificationem, quam aliòquin ipſe de ſuo, ut multa alia, addidiſſet, ignoraverit. Nam, quod obiter monendum, Johannes Maria Cataneus, in Epiſtolâ nuncupatoriâ ad Albertum Pium huic Editioni præpoſitâ, teſtatur, hunc minùs religioſum, ſed pro illis temporibus doctiſſimum Editorem, inverſa correxiſſe, manca ſupplevisſe, & in illo expoliendo Auctorem ipſum ſuperaviſſe. Quod & ſic confirmatur in ſubſequenti ad lectorem admonitione; ſeu Præfatione græcâ: ὁ μὲν ἀλλὰ καὶ λέξεις ἐνίας, αἵτινες τὸ παράπαν οὐκ ὑπῆρχον ἐν Σουίδᾳ, ἄλλοθέν ποθεν συλλέξας, προσέθηκεν... (Δημήτριος ὁ Χαλκονδύλης) καὶ λέξεις δέ τινας ἀνερμηνεύτους, ἔνθα ἐπεχώρει, ἐπιμελὲς αὐτῷ γέγονε σαφηνίσαι. Sed, ut ad noſtras Nymphas redeamus, à quibus nos parumper abduxit illa Suidæ Edit. (cujus magnum pretium, ſcilicet χρυσῶν τριῶν, à bibliopolâ tunc conſtitutum fuiſſe, è græco bibliopolam inter & quemdam ſtudioſum dialogo huic Ed. præfixo, & è latinis Johannis Salandi ad Lectorem verſibus illi ſubjectis,

diſcimus,) Ἐπιμηλίδες Νύμφαι, à μήλοις, id eſt, ab ovibus, dictæ ſunt ovium præſides, nec fortè confundendæ ſunt cum Ἐπιμηλιάσι Νύμφαις, quæ erant fraxinorum præſides. Phrynichus MS. penes ſummum Ruhnken. à ſummo Valckenærio ad Theocrit. Id. I, v. 22, p. 9 & 10, laudatus: αἱ Νύμφαι πρὸς τὰς νομὰς τῶν τετραπόδων, Ἐπιμηλίδες, ὅτι μῆλα ἅπαντα τὰ τετράποδα καλοῦσιν οἱ ἀρχαῖοι. Thomas Munckerus cum Cl. Verheyko conferendus ad Anton. Liberal. c. 31, p. 207, ubi Νύμφας Ἐπιμηλίδας χοριτρόφους vides, obſervat eas Servio & Scholiaſtæ Homeri, à μῆλον, id eſt, ab ove, dictas videri, cùm hic tradat ad Il. Υ, v. 8, τὰς τῶν βοσκημάτων Νύμφας vocari Ἐπιμηλίδας. Alciphron. L. III, Ep. XI, p. 303, Παντὶ μὲν καὶ Νύμφαις ἀπιχθανομένη, ἃς Ἐπιμηλίδας ἐκάλεις, καὶ Δρυάδας, καὶ Ναΐδας; ubi Cl. Bergler annotat Ἐπιμηλίδων Νυμφῶν factam à Scholiaſte Apollonii Rhodii ad Lib. IV, verſ. 1322, mentionem, & à Pauſaniâ, L. VIII, c. 4, ut & hîc à Longo, Δρυάδας καὶ Ἐπιμηλιάδας fuiſſe conjunctas. Hæ Nymphæ dicuntur Ἐπιμηλίδες, ut ΟΡΟΣ ΔΙΟΣ ΜΗΛΩΣΙΟΥ, id eſt, mons Jovis ovium præſidis, inſcriptum legitur in veteri marmore, quod in inſulâ Naxo vidiſſe ſe refert Cl. Tournefort, Voyage du Levant, lettre V, tom. I, p. 263 Ed. Lugduni, 1723.

[P. 63, l. 13.] Πράγματα παρέχων. Minùs benè C. Reg. III, πρᾶγμά τι. Sic femina in Alciphron. Lib. III, Ep. XXXVII, p. 354: ὡς ἐπαύσατό μοι πράγματα παρέχων καὶ γαμησείων.

[P. 63, l. 14.] Ὁ μὲν ὖν ἀμεληθείς. Malè Mollius vertit: ipſemet itaque cùm perjuria impunè tulerit. Rectè Amyot: de ſorte que ſi tu me fauſſois la foi que tu m'as jurée par lui.

[P. 63, l. 15.] Ἔλθῃς γυναῖκας. Etiamſi rem habueris cum pluribus feminis. Hæc enim ſignificatio vocis ἔλθῃς;

ut Hebraicum BO, & Arabicum DACHALA, sonant VENIRE, & interdùm COIRE. Hinc emendandus & illustrandus Achillis Tatii locus, nunquam anteà intellectus, è libro sexto, p. 548 Ed. Cl. Boden, (at 397 Ed. Salmas.) ubi Sosthenes Thersandro spem faciens fore ut brevi à Leucippe præferatur Clitophonti, quem hæc virgo hùc usque amaverat, eum sic alloquitur: ἂν δ' ἅπαξ ἐπ' αὐτὸν ἔλθῃς, πολλῇ (seu πολλῷ cum Cod. Bavarico) διαφέρεις ἐκείνου εἰς εὐμορφίαν, ἐπιλήσεται τέλεον αὐτοῦ, κ.τ.λ. Hîc pro ἐπ' αὐτὸν ἔλθῃς, legendum ἐπ' αὐτὴν, id est, si semel illam conveneris, tùm penitùs oblivioni tradet Clitophontem istum quem pulchritudine longè superas; quem sensum sequentia Sosthenis verba apud Achill. Tat. omninò legenda, mirè confirmant. Miror magnum Salmas. τῷ ἐπ' αὐτὴν ἔλθῃς prætulisse εἰς ταὐτὸν ἔλθῃς, quod in Anglicano Codice correctum invenerat, quodque est glossa τοῦ ἐπ' αὐτὴν ἔλθῃς. Malè hùc usque Interpres legens εἰς τὴν αὐτοῦ ἔλθῃς, ut subaudiatur τόπον, convertit: quòd si tu semel in illius locum succedas. Et Salmasius legens εἰς ταὐτὸν, interpretatus est: si semel eum, (Clitophontem) conveneris, congressus fueris; cùm contrà sit sensus: si semel cum illâ Leucippe (non autem cum illo Clitophonte) fueris congressus.

[P. 63, l. 17.] Ὄμοσον. Sic puella apud Theocritum, Id. XXVII, v. 34:

Ὄμνυε, μὴ μετὰ λέκτρα λιπὼν ἀέκουσαν, ἀπέλθῃς.

Cui Daphnis respondet:

Οὐ μ' αὐτὸν τὴν Πᾶνα.

[P. 63, l. 20.] Λύκον. Hæc similitudo aptè in puellæ oves pascentis ore posita. Immò & Pindarus, Pyth. II, v. 153:

φίλον εἴη
Φιλεῖν· ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἅ-
τ' ἐχθρὸς ἐὼν, ΛΥΚΟΙΟ ΔΙΚΑΝ ὑποθευσομαι.

[P. 63, l. 21.] Ἥδετο ἀπιστούμενος. Sic Chariton, L. II, p. 23, ἔχαιρεν ἀπιστούμενος; quod & contulit Cl. D'Orville.

[P. 63, l. 21.] Στὰς εἰς μέσον. Pro ἐν μέσῳ. Elegantia Attica quâ εἰς cum accusativo pro ἐν sæpe ponitur. De quo omninò vide summum Hemsterhus. ad Plutum, p. 456.

[P. 64, l. 1.] Τῇ μὲν τῶν χειρῶν. Fortè hoc χειρῶν ut glossema ejiciendum. Suprà, p. 52 Edit. Moll. τῇ μὲν σύριγγα, τῇ δὲ τράγον πηδῶντα κατέχον, sine χειρῶν.

[P. 64, l. 4.] Αὐτόν. Se ipsum, scilicet ob desperationem & amoris impotentiam. Sic Ed. Moll. & hinc utraque Par. & Lipsiens. habent αὐτὸν, quod mihi magis probatur. At Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ac tres Mss. R. αὐτὸν, quod ad ἕτερον, i. e. ad rivalem, non autem ad Daphnim relatum, in suo Cod. invenisse videtur Amyot vertens : il tueroit au lieu d'elle celui qu'elle auroit préféré. Confer & Cl. D'Orvill. p. 51 Animadvers. ad Chariton. in hæc verba p. 7, L. II, Καλλιῤῥόης ἀδικούσης φείσομαι.

[P. 64, l. 4.] Ἀποκτενεῖν. Sic restituit Moll. & hinc uterque Par. Editor & Lipsiens. At Edd. Florent. Commel. Jungerman. & tres Mss. R. ἀποκτείνειν.

ANIMADVERSIONES

AD LONGI

LIBRUM TERTIUM.

[P. 65, l. 1.] ΚΑΤΆΠΛΟΥΝ. Ad oram Cod. R. III, ἐπίπλουν, quod è Codd. Flor. & Ursin. Ursino probante, in textum revocavit Cl. Boden. At cæteræ Edd. tres Mss. R. & alter è duobus Urs. Codd. habent κατάπλουν.

[P. 65, l. 3.] Οὐκ ἀναχετόν. Thucydides, Libro I, p. 75, 80 Ed. Duker. οὐκέτι ἀναχετὸν ἐποιοῦντο, quod & apud Dionys. Halicarnass. pag. 52, 34 Edit. Hudson. apud Plutarchum in Numâ, pag. 60, in Catone Majore, p. 341, in Lucullo, p. 505, in Niciâ, p. 539, & in Sertorio, p. 571, Euripid. in Hippolyt. vers. 354, οὐκ ἀνάχετ', οὐκ ἀνέξομαι. Confer eumdem & in Andromach. v. 599, & Æschyl. in Sept. contrà Theb. v. 188, Aristophan. in Pace, v. 1179, in Pluto, v. 419, &c.

[P. 65, l. 6.] Ἀσπίδα τριχιλίαν. Sic apud Thucydid. L. VII, p. 499, 89 Ed. Duker. habes στρατιὰν παρατεταγμένην οὐκ ἐπὶ ὀλίγων ΑΣΠΊΔΩΝ.

[P. 65, l. 6.] Ἵππον. Sic apud Thucydid. L. I, p. 41, l. 53, τὴν τοῦ Περδίκκου διακόσιον ἵΠΠΟΝ. Scaliger Poëtic. L. IV, c. 36, à Jungermano & hinc à Mollio laudatus observat proprium esse Historicorum Græcorum uti μετωνυμία, & ἵππον, equum, pro ipso equitatu usurpantes, in eo mutare genus, & dicere τὴν ἵππον, in feminino genere, quoniam equæ patientiores laborum, quibus idcircò ad prælia barbari uterentur, & de quibus cibum capiunt ac potum Scythæ.

[P. 65, l. 13.] Ταχύνει δέ. Sic restituit Cl. Dutens,

Cl. Koënii ad Gregor. de Dialect. p. 31, emendationem ſecutus. In cæteris omnibus Edd. & Codd. ταχύ; ubi Huetius ὥρμησε, Cl. Hinlopen ἦγεν, Jungermanus, ἔσπευδεν, vel ἐκίνει, vel tale quid ſimile, deeſſe putat. Mollius autem, pro ταχὺ δὲ, legendum conjicit σπεύδει δέ. Rectè Amyot vertit, tira droit vers la ville.

[P. 65, l. 14.] Ὡς ἐπιπεσούμενος. Cl. Koën ad Gregor. de Dialect. p. 31, hunc elegantem participiorum futuris ita ſe comitem præbet, ut, inquit, ſi abeſſet, non multùm deſideraretur. Vide tamen & Cl. Markland. ad Lyſiam, p. 899 tom. V Orator. Græcor. Ed. Cl. Reiskii, ubi in his Actor. Apoſtolor. c. 17, v. 14, εὐθέως δὲ τότε τὸν Παῦλον ἐξαπέστειλαν οἱ ἀδελφοὶ πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ ΘΑΛΑΣΣΑΝ, pro ΘΑΛΑΣΣΑΝ, rectè emendat ΘΕΣΣΑΛΙΑΝ, & verè monet ὡς denotare propoſitum, conſilium; quod multis confirmat exemplis. Sic ſuprà, L. II, p. 44 Ed. Moll. ᾤκειλε τὰς χῦρας, ὡς δήσων. Et p. 49, ὅτι τὴν θάλατταν ἔτρεχεν, ὡς ὀφόμβους αὐλήν. Et L. III, p. 75, ὅτε δὲ καλῶν αὐτὸν, ὡς θύοντες Διονύσῳ. Et p. 77, ἔδωκαν τὰς φάτνας, ὡς αὐτοὶ θηράσοντες ἄλλας.

[P. 65, l. 14.] Ἀφυρήτοις τὰς πύλαις. Sic ſuprà, L. II, p. 42, ἀφυρήτῳ τῇ νηὶ προσελθών.

[P. 65, l. 19.] Ὑβρίζοντας τοὺς νεανίσκους. Mallem ὑβρίζοντας τοὺς νεανίσκους, vel τοὺς νεανίσκους ὑβρίζοντας; quod Mitylenæos, ac ipſos etiam paſtores & agricolas, à quibus jure ac meritò repulſi fuerant laſcivi iſti Methymnæi juvenes, omni culpâ prorsùs liberat, & cum præcedenti narratione convenit. Enim verò iſti juvenes ſapientiſſimo Philetæ judicio non ſteterant, ſed contrà jus gentium Daphnim innoxium vi abripere, ab amicorum manibus abſtrahere, & vinculis conſtringere aggreſſi fuerant; undè eos ὑβρίζοντας νεανίσκους vocare debuit: quod contrà de paſto-

ribus & agricolis nihil tale merentibus, ſed vim illatam repellentibus, dici non poterat. Immò & τὰς νεανίσκας ὑβρίζοντας in ſuo Codice videtur inveniſſe Amyot vertens: que ce avoient été des payſans qui les avoient battus pour quelques inſolences par eux faites.

[P. 66, l. 2.] Σπουδὴν ἢ εἶχον. Sic jamdudùm conjeceram, antequàm incidiſſem in tres Codd. R. in quibus & rectè legitur σπουδὴν, pro σπουδὴν quod in omnibus Edd. Sic σπουδὴν & πολλὴν σπουδὴν ποιεῖσθαι legitur apud Thucydid. p. 257, 8 Ed. Duker. Dionyſ. Halicarnaſſ. 65, 42, Herodot. 6, 107, Demoſthenem, pag. 1454 tom. II Edit. Cl. Reisk. &c. Hanc vocem Lyſiæ peritè reſtituit Cl. Taylor quem vide, p. 176, tom. V Ed. Cl. Reiskii, & lectionum Lyſiac. c. 4, p. 247 tom. VI Orator. Græcor. ubi plurima hujusce loquendi formulæ exempla ex Herodoto, Pauſaniâ, aliisque profert. Apud Diodor. Sicul. L. III, p. 230, 80 tom. I, Ed. Weſſeling. habes τὴν ἄπαξαν σπουδὴν ἔχειν ὡς κόλασιν. Ariſtophan. in Lyſiſtrat. v. 288, σπουδὴν ἔχω, & in Ranis, verſ. 525, σπουδὴν ποιῆς. Præterea σπουδὴν ποιεῖσθαι paſſim legitur apud Lucian. tom. II, in Alexandro, p. 208, & in Lexiphan. p. 340. Σπουδὴν ἔχων apud Euripid. in Phœniſſ. v. 208, Alceſt. verſ. 778 & 1014, Andromach. v. 1050, Heraclid. v. 119, Oreſt. v. 1058, Medeâ v. 557, Iphigen. in Taurid. v. 1434, Cyclop. v. 84, & paſſim alibi apud Platon. & Plutarch.

[P. 66, l. 3.] Ἀδεῶς. Agnoſcis Thucydid. in proœmio, p. 2: εὐθὺ ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις, ὅτε κτῆ γῆν, ὅτε δὲ θαλάσσης. Quod video contuliſſe & Cl. Abreſch. Dilucid. Thucydid. Auctar. p. 213. Hinc autem obſerva & Methymnam fuiſſe liberam civitatem, Lesbiacæ non obnoxiam, & liberum belli, liberum pacis arbitrium habentem. Huic Methymnæ olim fuiſſe regem, cujus filia Piſidice Achilli, cujus amore capta erat, urbem tradidit,

auctor eſt Parthenius in Erotic. c. 21. De hujuſce autem urbis nummis ſic habet ſummus Pellerin, recueil de médailles, tom. III, p. 82 : Liébe a publié une médaille de la ville de Méthymne pareille à celle du n°. 6, (tabulæ 103) dont la fabrique démontre l'antiquité. Il paroit que les différents dialectes ont été ſucceſſivement en uſage dans cette ville, puiſque ſon nom qui eſt écrit par ME ſur cette médaille, & ſur celle du n°. 13, l'eſt par MA ſur les autres icy rapportées, & ſur les médailles impériales depuis Auguſte juſqu'à Trajan, après quoi il eſt écrit par MH ſur celles des autres Empereurs, &c. Hodiè autem Methymna dicitur MOLIVO; de quo vide Richard. Pocock. Deſcription de l'Orient, tom. IV, p. 371 & ſeqq. verſionis gallicæ.

[P. 66, l. 8.] Βαλόμενος. Sic in tribus Codd. R.; at βαλλόμενος in omnibus Edd.

[P. 66, l. 11.] Ἀδικήσαντα μηδέν. Sic C. Urſ. Urſino probante, & hinc Edit. Cl. Boden. Hinc quoque Mollius tanquam de ſuo conjecit, μηδὲν ἀδικήσαντα. Omnes aliæ Edd. μὴ ἀδικήσαντα. Amyot legiſſe videtur μηδὲν, pro μὴ, cùm verterit : ſans faire au demeurant mal ni déplaiſir quelconque au territoire de Méthymne.

[P. 66, l. 13.] Κερδαλεωτέραν. Hâc voce uſus eſt Xenophon περὶ προσόδων p. 539.

[P. 66, l. 21.] Καλακλωμένους. Amyot vertit : les arbres ſembloient morts. Mollius : videbantur diſtortæ arbores; mihi ſenſum rectè aſſecutus videtur Jungerm. vertens, arbores quaſi putatæ & ſurculis videbantur contuſis. Scilicet καλακλᾶν hîc eodem ſenſu uſurpatur, quo infrà, L. III, p. 96 Ed. Moll. κλᾶν ἄμπελον, id eſt, putare vitem. Nempè arbores, quarum plurimi rami ſævâ frigoris & ventorum vi confracti erant, quaſi putaræ videbantur. At verò Cl. Wyttenbach. conjicit λελευκωμένους, id eſt, dealbatis, & ſuam conjecturam firmare poterat hoc Alci-

phronis loco, L. III, Ep. 30, p. 340, ubi eadem omnia ferè ad verbum : πολὺς ὁ χειμὼν τὸ τῆτες, καὶ οὐδενὶ ἐξιτόν. Πάντα ἡ χιὼν κατείληφε, καὶ ΛΕΥΚΑΝΘΙΖΟΥΣΙΝ οὐχ οἱ λόφοι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ κοῖλα τῆς γῆς.

[P. 67, l. 1.] Ἀφανὴς ἦν. Jungermanus & Mollius conferunt Virgil. Georgic. III, v. 352, 355, & Oppian. L. I Halieut. v. 792 & sqq.

[P. 67, l. 1.] Ὅτι μή. Malè Mollius conjicit οὔτε μή; retinendum enim ὅτι μή.

[P. 67, l. 2.] Εἰς νομὴν ἦγε. Pro ἦγε C. Urs. Ursino probante, & hinc Editio Cl. Boden, ἦγεν.

[P. 67, l. 4.] Περὶ ᾠδὰς ἀλεκτρυόνων. Alciphron, L. I, Ep. XXXIX, pag. 186, à Cl. D'Arnaud collatus, Miscellan. Observat. vol. V, tom. I, pag. 62, πότος εἰς ἀλεκτρυόνων ᾠδάς. Ut & apud Heliodor. L. VII, p. 321, & Platonem in Sympos. p. 203 Edit. Fischer. ἤδη ἀλεκτρυόνων ᾀδόντων.

[P. 67, l. 5.] Αἰγῶν τρίχας ἔπλεκον. Hæc Tournefort, Voyage du Levant, tom. I, p. 337 Edit. Lupar. & tom. II, p. 22 Ed. Lugduni : Les capots de poils de chevre que l'on travaille en cette isle, (in insulâ Ziâ, quæ olim Ceos & Cea dicta est) sont fort commodes. L'eau ne les perce pas facilement. Cette étoffe n'est d'abord qu'une espece de toile fort lâche; mais elle s'épaissit, & devient fort serrée en sortant de chez les ouvriers qui la foulent avec les pieds sur le sable de la mer encore mouillé. Après qu'elle est bien amollie & souple, on l'étend au soleil avec des contrepoids de pierre, de peur qu'elle ne se ride trop promptement : ces fils se rapprochent peu à peu, & se serrent les uns contre les autres, de maniere que toute l'étoffe se rétrécit également.

[P. 67. l. 6.] Ἐβοφίζοντο. Simili ferè sensu suprà habes, L. I, p. 10 Ed. Moll. γῆν σεβοφισμένην.

[P. 67,

[P. 67, l. 8.] Ἄκυλον. Homerus de Circe, Odyſſ. κ, v. 242, à Jungermano & hinc à Mollio laudatus:

Πάρ ῥ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἴσαλιν, καρπόν τε χαρείης
Ἔδμεναι, εἶα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσι.

[P. 67, l. 9.] Βαλάνους. Tournefort, Voyage du Levant, tom. II, p. 18 Ed. Lugd. 1727, hæc tradit de hodiernâ Ziâ, quæ eſt veterum Ceos: on y recueille beaucoup de Velani; c'eſt ainſi qu'on appelle le fruit d'une des plus belles eſpeces de chêne qui ſoit au monde. Ubi obſervandum, illud recentiorum VELANI eſſe antiquum vocabulum βάλανοι, quod recentiores Græci efferunt, valani, quodque & βιλάνι καὶ βιλανίδι hodie dici auctor eſt idem Tournefort, tom. II, p. 109 & 110, videndus. Sic Pocock. tom. V, p. 21, Voyage dans l'Orient, ex verſione gallicâ, de Smyrnâ loquens: nos marchands y portent une eſpece de gland appellé Valanea, qu'ils tirent de Vourla (l'ancienne Clazomene) & de Segigieck, dont les Italiens ſe ſervent pour tanner leurs cuirs. Sic Cl. Vood in optimo libro anglicè conſcripto, de Homeri ingenio & charactere peculiari, p. 277 elegantiſſimæ verſionis gallicæ, quam nuper edidit ingenioſus & eruditus juvenis Démeuniers: la côte (du cap Boga, l'ancien Lectum, au cap Janiſſari, qu'on appelloit autrefois promontoire de Sigée) eſt couverte d'arbres de Valanie, ſorte de chênes dont l'écorce & le fruit ſont employés dans la tannerie.

[P. 67, l. 10.] Οἰκυείας. Ad oram Codicis R. III, ἐπικυείας.

[P. 67, l. 11.] Πόνων ἀπαλλαγμένοι. Virgil. I Georgic. à Jungermano & hinc à Mollio laudatus:

hyems ignava colono:
Frigoribus parto agricolæ plerùmque fruuntur,
Mutuaque inter ſe læti convivia curant.

Invitat genialis hyems, curaſque reſolvit.

Bion in Cleodemo & Morſone:

χῦμα δύστηνον, ἐπεὶ ⸀ χύμασι πολλὰ
Θαλπόμενοι θέλγουσ᾽ ἀεργίᾳ τε ⸀ ὕπνῳ.

[P. 67, l. 16.] Ἐν μνήμῃ γενόμενοι. Xenophon Epheſ. L. I, p. 13 & 14, ἐν ὑπομνήσει γενόμενος.

[P. 67, l. 19.] Τὴν ἠαρινὴν ὥραν. Sic edidit Cl. Dutens, Jungermani & prioris Editoris Pariſienſis conjecturam à Cl. Wyttenbachio probatam ſecutus. Propè accedunt Mſſ. R. I, & III, in quorum priori ἠερινὴν, & in poſteriori ἠαερινῆς. At C. R. II, & Edd. Flor. Commel. Jungerman. Moll. & prior. Par. εἰρήνης. Pro quo Huetius & D'Orville ad Chariton. p. 93, legunt ἦρος, quod in textum recepit Cl. Boden. Jungerman. conjecit τὴν ἠαερινὴν, vel ἢ ἠαερινῆς ὥρας, ut pendeat hicce genitivus à ſequenti παλιγγενεσίαν. Cl. Rhodomanus legit, καὶ τὴν καλ᾽ ἠαερινὴν ὥραν. Ineptè Moll. νύκτας τε ἀγρύπνους διῆγον καὶ λυπηρὰς καὶ τὴν εἰρήνης ὥραν, ⸀ ἀνεμένον κ.τ.λ. id eſt, triſtes tranſigebant noctes hoc otii tempore, atque expectabant &c. Ubi εἰρήνην pro quiete & otio accipit, & poſt εἰρήνης ὥραν, comma ponendum perperàm judicat. Cl. Valckenær, quem vide in Euripidis Hippolyt. p. 172, cæteris lectionibus præfert ἢ ἠερινὴν ὥραν. Amyot vertit: attendoient la ſaiſon nouvelle.

[P. 67, l. 19.] Ἐκ θανάτου παλιγγενεσίαν. Fruſtrà Huetius conjicit Ὡς ἐκ θανάτου παλιγγενεσίαν. Sic infrà, L. III, p. 99 Ed. Moll. φιλεῖτωσαν ἀλλήλους ἀδελφοὶ, ubi Cl. Cupet, Cl. Koën & Cl. Dutens addito ὡς, quod & hinc facilè poteſt abeſſe, legunt Ὡς ἀδελφοί. Sic ſuprà, L. II, p. 32 Ed. Moll. κύνες ἐκ δεσμῶν λυθέντες, ubi vides omiſſum illud ὡς. Rectè autem D'Orvill. ad Chariton. p. 93, hæc Charitonis, L. I, p. 11, confert: Τὰ δὲ περὶ Καλλιῤῥόην δεινότερα ἄλλην ἐλάμβανε ΠΑΛΙΓΓΕΝΕ-

ΣΊΑΝ. In Longo autem, pro παλιγγενεσίαν, Cod. Flor. παλιγγενεσίας habet.

[P. 67, l. 20.] Ἐλύπει δ' αὐτούς. Xenophon. Ephes. L. II, p. 32: ἐλύπουν δ' αὐτοὺς Ἀνθίας καὶ Ἀβροκόμη οὐχ ὁρώμενοι.

[P. 67, l. 20.] Ἡ πήρα. Malè Edit. Moll. & hinc prior. Par. ἡ.

[P. 67, l. 21.] Ἡ γαυλός. Suprà, L. I, p. 18 Edit. Moll. vidisti Chloën Daphnidi ὀρέγουσαν τὸν γαυλόν.

[P. 68, l. 2.] Δῶρον ἐρωτικόν. Suprà, L. I, p. 23 Ed. Moll. conspecta fuit Chloë σύριγγα καινὴν τῷ Δάφνιδι δῶρον κομίζουσα.

[P. 68, l. 2.] Εὔχοντο δέ. Ed. Cl. Dutens ηὔχοντο; in omnibus aliis εὔχοντο, ubi Jungermanus: modò ηὔχοντο, modò εὔχοντο est editum, ut & θάλασσα & θάλαττα, κ.τ.λ. Tales ἐπαμφοτερισμοὺς scripturæ etiam H. Stephanus in Xenophont. aliisque adnotavit. Et plura talia in Mss. Eumathii, sive Eustathii &c.

[P. 68, l. 3.] Ἐκλύσασθαι τῶν κακῶν. Confer Cl. Abresch. Animadvers. in Prometh. p. 29.

[P. 68, l. 4.] Δεῖξαί ποτε. Sic Cod. Ursin. Ursino probante, & hinc Moll. ac utraque Editio Par. & Lipsiens. At verò tres Mss. R. Edd. Flor. Commel. & Jungerman. δείξασθαί ποτε. De hoc autem loco Jungermanus: « erant « enim clausi in illo frigore, nec tunc licebat in sole apri- « cari, ut vere & æstate ». Vide tamen quid Cl. Heinsius ad Idyll. I Theocrit. ad illa, ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ'· ἅλιος ἄμμι δεδύκει. Hinc Mollius, qui & eumdem Theocriti locum profert, observat, quemadmodùm occidere iis sol dicitur, aut jam occidisse, qui infelices, aut extrà spem sunt, sic contrà ἀναδεικνύειν ἥλιον, i. e. monstrare solem, esse, jacentem erigere, novam spem ostendere. Sed cùm hîc dicatur δεῖξαι αὐτοῖς ΚΑΙ ΤΑΪΣ ΑΓΕΛΑΙΣ ἥλιον, hæc

ſenſu proprio, non autem metaphorico, accipienda ſunt. Rectè Amyot : & qu'à tout le moins ils leur remontraſſent à la fin & à eux, & à leurs bêtes, le ſoleil beau & clair.

[P. 68, l. 7.] Ἀμήχανος. Theocrit. Id. I, v. 85 :

Ἆ δύστηνός τις ἄρα καὶ ἀμήχανός ἐστι.

[P. 68, l. 8.] Ἡ δοκοῦσα μήτηρ. Sic apud Demoſthen. κατὰ Μειδίου, p. 563 : ἢ ὡς ἀληθῶς μήτηρ, ΚΑΙ Η ΔΟΚΟΥΣΑ, καὶ ὑποβαλομένη.

[P. 68, l. 12.] Ὑπ' αὐλῇ τῇ αὐλῇ. Cl. Wyttenbach, pro αὐλῇ, hîc emendat πύλῃ. Amyot autem in ſuâ verſione non expreſſit illud ὑπ' αὐτῇ τῇ αὐλῇ.

[P. 68, l. 14.] Αἱ μυῤῥίναι. Fortè αἱ μὲν μυῤῥίναι, ob ſequens ὁ κιττὸς δέ.

[P. 68, l. 15.] Ἐφ' ἑκαλέραν. C. R. III, ἑκαλέρων.

[P. 68, l. 17.] Ὁ κόρυμβος. Sic rectè emendaverunt Columban. & Jungerman. pro κόρυβος, quod in Flor. Ed. ut & in Commelin.

[P. 68, l. 18.] Πολὺς καὶ μέγας. Cod. Flor. & tres R. μέγος, pro μέγας.

[P. 68, l. 18.] Ὅσος βότρυς. Suprà, L. II, p. 30, Lesbiacas vites cum hederâ ſerpente contulit.

[P. 68, l. 19.] Τῶν χειμερινῶν. Illud τῶν, quod in ſuâ Flor. Ed. fuerat omiſſum, in mendorum elencho reſtituit Columban.

[P. 68, l. 21.] Κόψυχος. Vide Mœrim Attieiſtam in hanc vocem, p. 210, ubi monet κόψυχος, (ſic enim legendum) eſſe vocabulum atticum, pro κόσυφος. Confer & ſummum Hemſterhuſ. ad Lucian. tom. I, p. 93. Mollius Suidam laudavit & Heſychium, quorum poſterior hanc avem quæ baccis paſcitur, & ab Ariſtotele, Lib. IX, de Hiſtor. Animal. c. 49, κότυφος dicitur, vocavit κόψιχον, quomodò, pro κόψυχον, & hîc habes in Editione Lipſienſi.

[P. 68, l. 21.] Ψᾶρες. Vide Cl. D'Arnaud hunc Longi locum laudantem, Lect. Græc. L. I, c. 19, p. 134.

[p. 69, l. 1.] Κιτλοφάϛον πλερόν. Fortè πλερωϛὸν, ſeu potiùs πλινόν.

[P. 69, l. 1.] Τέττων τῶν ὀρνίθων ὅτι προφάσει θήρας. De hâc elegantiſſimâ atticæ ſtructuræ formâ, quâ genitivus ab eo nomine undè pendet, nonnihil removetur, egit T. Hemſterhuſius ad Lucian. tom. I, p. 423, ubi & hunc Longi locum profert.

[P. 69, l. 4.] Ἐς πίϛιν. Eodem ſenſu ſuprà, L. I, p. 6, πρὸς πίϛιν.

[P. 69, l. 4.] Τὸ μέν. Cod. R. III, καὶ τὸ μέν; ſed ad oram adſcriptum eſt illud καὶ delendum eſſe.

[P. 69, l. 5.] Οὕτω δέ. Malè in tribus Codicibus R. ἕτω; nix enim nondùm erat reſoluta: quod è ſequentibus apparet.

[P. 69, l. 7.] Ἔρωϊ ᾧ ἄρα. Illud ἄρα, in ſuâ Flor. Ed. omiſſum, in mendorum elencho reſtituit Columban.

[P. 69, l. 7.] Πάντα βάσιμα. Confer Maximum Tyrium Diſſ. XXVI, p. 17 tom. II Ed. Cl. Reiskii. Rectè Achill. Tat. L. V, p. 448, conferente & Cl. Bodeno, ᾠδὴν ἄβατον τῷ θεῷ.

[P. 69, l. 9.] Ἀποστισάμενος. Hoc verbum in medio potiùs quàm in activo, hoc ſenſu uſurpari, verè monuit Cl. Stroth. p. 11 ſui ſecundi Speciminis Animadverſ. in librum ſecundum Herodiani, quod anno 1777, Stolbergæ ad Hercyniam, editum, ut & prius in primum Herodiani librum, ibid. anno 1776 excuſum, Herodiani ab hoc doctiſſimo viro edendi & ſpem facit, & ſalivam movet. Ab eodem eruditiſſimo Strothio conſcriptum eſt & aliud elegans ac lectu digniſſimum opuſculum, cui titulus: Diſputatio philologica exhibens illuſtrationem Idyllii Theocriti ΑΛΙΕΙΣ dicti, Stolbergæ ad Hercyniam, typis

Frider. Adolph. Loëhrsii, ann. 1776. Has Dissertationes, ut & plurimas alias doctissimorum Germanorum, nostris in oris adeò raras, & nimis parùm esse cognitas dolemus.

[P. 69, l. 10.] Τούς τε βρόχους ἔστησε. Confer librum tertium Ἰξευτικῶν, art. XIII, p. 197 Editionis Oppiani, quam viris κριτικωτάτοις Cl. Brunckio & Cl. Schneidero, debemus. Hìc autem, operarum vitio, in Edit. Moll. βρόχος pro βρόχους.

[P. 69, l. 11.] Ἐπήλειψε. Confer Alciphron. L. III, Ep. III, ubi eadem omnia iisdem ferè verbis.

[P. 69, l. 18.] Κατεκέκλειντο. Sic Edd. Flor. Commel. & Jungerman. At Ed. Moll. & hinc utraque Par. & Lips. κατέκλειντο. De quo vide Abresch. Dilucid. Thucydid. Auctar. p. 394, & Hemsterhus. ad Xenophontem Ephes. Miscell. Observat. vol. IV, tom. II, p. 289 & seqq. Suprà, p. 69 Editionis Moll. ἡ χιὼν πάντας κατέκλεισε τοὺς γεωργούς.

[P. 69, l. 19.] Οὐκ αἰσίοις ὄρνισιν. Sic Ed. Moll. & hinc utraque Par. & Lipsiens. At verò αἴσιον in tribus Mss. Reg. & in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. quarum secundæ Huetius adscripsit αἰσίοις. Cl. Larcher, pro οὐκ αἰσίοις, mallet ἀπαισίοις. Heliodor. Lib. II, pag. 111, & L. VI, p. 272, οὐκ ἐπ' αἰσίοις. Nusquàm verò hæc proverbialis loquendi formula elegantiùs, quàm in hoc Longi loco usurpata fuit.

[P. 70, l. 4.] Καὶ μὴν χθές. Posterior Parisiens. Ed. καὶ μέν.

[P. 70, l. 7.] Τί οὖν θηράσας. Cod. R. III, τίς οὖν θηράσων.

[P. 70, l. 7.] Χλόην θεάσασθαι. Sic rectè utraque Parisiensis Editio & duo primi Manuscripti Regii. Malè cæteræ omnes Χλόης, pro Χλόην; de quo vide Cl. Abreschii

Animadverſiones in Æſchylum, paginâ 31.

[P. 70, l. 9.] Παίδων δὴ παντὶ σιωπή. Locus perdifficilis & corruptus, cujus ſenſum non aſſequor. An legendum, περὶ παρθένων δὴ παντὶ σιωπὴ, ut ſit ſenſus: nemo virginis parentibus confitetur, ſe illius videndæ causâ venire; ſed de virginibus altum ubique ſilentium? C. R. III haber πλαίων, pro παίδων. An, quod mallem, legendum, inverſo ordine, ὁμολογῶ; Ἀλλ' ὑδὲν τούτων ἀνύποπτον· ΠΤΑΊΩΝ δὴ παντὶ σιωπήσω. Ἄμεινον ἄρα σιγᾶν? Id eſt, tunc ubique offendens, ſemper malas excuſationes afferens, ſilere cogar; melius igitur eſt me jam nunc ſilere? Vel, ſemper inverſo ordine, πάντων (pro παίδων) δὴ παντὶ σιωπή· ἄμεινον ἄρα σιγᾶν· id eſt, cùm altum ubique ſit ſilentium, & omnes ubique taciti ſe contineant, melius igitur eſt & me quoque ſilere. Sed, ut verum fatear, nulla harumce conjecturarum mihi arridet: ἄμεινον ἄρα σιγᾶν, ut ſapienter monet Daphnis; quod & fecit Amyor, qui cautè hæc verba in ſuâ omiſit verſione. Mollius vertit: ubique ſe liberi intrà ſilentium continent. Jungerman. verò hæc annotat. « Senſus, ni fallor: nullus puerorum videtur, vel « auditur, hiſce frigoribus & aëre fœdo; ſed omnes domi « manent; & ego præter decorum, ità vagor nullâ neceſſariâ « de causâ: nedùm quod id dicere poſſem, me Chloën vi- « dere velle; quod nimis calidum eſſet. Niſi forte hæc ſunt « reponenda poſt illa demùm, ἄμεινον ἄρα σιγᾶν· παίδων « κ.τ.λ. » Hactenùs Jungerman. Quæranr autem doctiores, & in hoc loco acumen ſuum exerceant Critici.

[P. 70, l. 11.] Εἵμαρλο. Vox Homerica occurrens Il. Φ, v. 281, Od. E, v. 312, & Ω, v. 34. Xenophon. Epheſ. L. IV, p. 59: οἱ πάντως ἵμαρλαι χωρὶς ἀλλήλων ἀποθανεῖν.

[P. 70, l. 20.] Ἀλγήσας ὁ Δρύας. Sic ſuprà, L. I, paginâ 11 Editionis Mollianæ, ἀλγεῖ Δάφνις.... &

τῇ θρασύτητι ἀχθεσθεὶς, ξύλον καὶ τὸν καλαύροπα λαβὼν, ἐδίωκε τὸν διώκοντα.

[P. 70, l. 21.] Καθ' ἵππος. Suprà, ibid. p. 11, κατ' ἵππος ἑπόμενος. Et p. 3, κατ' ἵππος ἐλθών.

[P. 71, l. 2.] Ἀναθεσμένον. Mœris Atticiſta, p. 69: Ἀναθεῖναι τὸ φορτίον, Ἀττικῶς· ἐπιθεῖναι, Ἑλληνικῶς. Suidas: ἀναθέντας, ἀντὶ τοῦ ἐπιθέντας· Ξενοφῶν. Ubi ſummus Toup. Cur. Noviſſim. in Suidam, p. 15, hunc locum ex Cyri Expeditione, L. III, p. 297, reſpici putat, σκεύη ἀναθέντας. Vide & eumdem Toup. Animadverſ. in Suid. part. ſecund. pag. 13 & ſeqq.

[P. 71, l. 3.] Ἀποβεῖν. Thomas Magiſter in hanc vocem p. 101, ἀποβῶ, οὐ μόνον τὸ ἀποδιώκω, ἀλλὰ καὶ τὸ σεβεσμένως καὶ θαρραλέως ἀπέρχομαι; ubi vide ſummum Hemſterhuſ. Suidas à Mollio laudatus: Καὶ ἀποβῶμεν, ἀποτρέχωμεν, Μένανδρος. Sic paulò infrà Chloë, pag. 74 Edit. Moll. illud ἀποβεῖν vocat ἀποτρέχειν. Cujus contrarium infrà, L. III, p. 96, σωλήνας βεῖν πρὸς τὸν Δρύαντα. Et L. IV, p. 108, μέλλοντος ὁ βεῖν εἰς ἅλσος τοῦ Εὐδρόμου. Alciphron L. III, Ep. 51, p. 392, eodem ſenſu quo apud Longum, uſurpat τὸ ἀποβεῖν; ubi vide Cl. Bergler. ur & Reitz. ad Lucian. tom. II, p. 606.

[P. 71, l. 4.] Ἐπελάθετο. Hæc eſt prioris Editoris Par. conjectura, à Cl. Bodeno probata, & tribus Codd. R. confirmata. Malè cæteræ omnes ἀπελάθετο.

[P. 71, l. 4.] Βοῆσας χαῖρε. Sic ſuprà, L. II, p. 57, μέγα βοήσας, ὦ Νύμφαι καὶ Πάν.

[P. 71, l. 5.] Περιῆγεν. Infrà, p. 84 Ed. Moll. περιήγαγε ξένον. De voce περιάγεσθαι, quæ ſignificat circumducere, ſecum trahere, in comitatu habere, confer ſummum Hemſterhuſ. ad Xenophont. Epheſ. in Obſervat. Miſcellan. vol. V, rom. I, p. 19 & 20.

[P. 71, l. 7.] Καθεῖρπον. Sic ſuprà, L. II, p. 57 Ed.

Moll. ἐ περιπλακεὶς τῇ Χλόῃ ϗ λειποθυμήσας καλέπεσε, μόλις ὁ ἔμβιος ὑπὸ τ Χλόης φιλήσης ϗ τ περιβολαῖς θαλπήσης γενόμενος. Heliodor. L. VII, p. 310: ἐ καλενεχθῆναι μικρὸν ἀπολιπόντες, προσέπιπλον ἄμφω τῷ παλεί. Eumdem vide & Lib. II, p. 69. Achilles Tat. L. VI, p. 550: μικρῷ μὲν προσπεσὼν, περιεχύθη τῇ κόρῃ· καρπερήσας γῆν ϗ προκαθίσας διελέγετο. Xenophon Epheſ. L. V, p. 84: περιλαβόντες ἀλλήλους, εἰς γῆν καλινέχθησαν. Confer & Chariton. L. VIII, p. 128.

[P. 71, l. 10.] Παρ' ἐλπίδας. Pariter dicitur παρ' ἐλπίδας, & παρ' ἐλπίδα, quod alibi apud Longum.

[P. 71, l. 13.] Κοψύχους. Sic omnes Edd. præter Lipſienſ. in quâ κοψίχους. C. Urſ. Urſino probante, κοψίφους. Fortè voluit ſcribere κοψίχους, ut obſervavit Cl. Boden.

[P. 71, l. 17.] Τὸν ἑκάεργον. Sic reſtitui è primo C. R. ut & conjecerat apud Jungermannum D. Heinſius, & è Jungermano Mollius, qui Heinſii conjecturam ſibi vindicavit. Senſus eſt, eum laudatum fuiſſe, quòd tanquàm alter Apollo, in aucupio felix fuiſſet. Heinſius obſervat ab Homero Apollinem paſſim dictum fuiſſe ἑκάεργον, quòd omnia in cœlo radiis, & in terrâ ſagittis & arcu contingeret; & hinc factum, ut lepidè ἑκάεργοι dicerentur qui quâcumque in re, præcipuè in aucupio & venatione, voti compotes fierent: & cùm nihil antiquis uſitatius ſit, quàm dilatare voces Homericas, & quaſi παρονομάζειν, indè Daphnim eleganter hîc à Longo ἑκάεργον vocari, qui tàm felix in aucupio fuiſſet; nam &, ſi vocem reſpicias, non minùs ἕκαθεν ἐργάζεσθαι qui viſco & laqueo utitur, quàm qui arcu & ſagittâ. Ob hanc cauſam Heinſius pro τὸ ἑκάεργον, quod in omnibus aliis, præterquàm in Lipſienſi, Edd. legit τ ἑκάεργον: quod cùm longiùs petitum Cl. Bodeno videatur, è Codd. Flor. & Urſ. Urſino probante, reſtituit & in textum recepit τὸ ἐνεργὸν, quod & conjecerat Huetius.

Ad oram C. R. III, ἐνεργῶν. Mollius conjecerat & ἐπήνυτε τὸ ἔργον, pro quo fortaſsè non deerunt qui legere tentent, τὸ μέγα ἔργον. Amyot vertit : le louerent grandement de ſon bon eſprit.

[P. 71, l. 18.] Καὶ ἤδη. C. Urſ. Urſino probante, ἐν ᾗ, quod in textum recepit Cl. Boden.

[P. 71, l. 21.] Οὐκ ἰδών. Subauditur αὐτὴν, quod fortè quis addendum cenſeat.

[P. 72, l. 7.] Εὐδαιμόνιζον. Fortè hîc legendum ἠυδαιμόνιζον, ut paulò infrà ἠυτρέπιζον. Xenophon Epheſ. L. I, p. 4 : τὺς γονῆς αὐτῆς ἠμακάριζον.

[P. 72, l. 10.] Ὡς θύσοντες. Jam obſervavimus ad hæc verba, p. 60 Ed. Moll. ὡς ἐπιπεισόμενος, illud ὡς conſilium notare. Sic Achill. Tat. L. I, pag. 160, παρασκευαζόμεθα νύκτωρ, Ὡς θυσόμενοι τῷ θεῷ. Idem L. III, p. 264, φύλακας ἡμῖν καταλιπόντες, Ὡς ἂν ἐπιῶσαν ἄξοντες ἡμᾶς. Idem L. III. p. 274, ἕμενον ἐπιόντας, Ὡς ἀμυνόμενοι.

[P. 72, l. 13.] Προεκόμιζε. Hæc eſt prioris Ed. Par. Cl. Wyttenbach. & Cl. Hemſterhuſ. ad Xenophont. Epheſ. in Miſcell. Obſerv. vol. V. tom. III, p. 58, emendatio à Cl. Bodeno probata. Cæteræ omnes Edd. προσεκόμιζε.

[P. 72, l. 13.] Μελιτώματα. Scilicet, ut ſuprà vidiſti, egreſſus fuerat ἐμπλήσας τὴν πήραν ὀψημάτων μεμελιτωμένων.

[P. 72, l. 13.] Τὺς θηραθίνας ἢ τῦς ὀρνίθων. Nota elegantiam Atticam, pro τὺς θηραθίνας ὄρνιθας.

[P. 72, l. 16.] Πῦρ ἀνεκάετο. Sic è Cod. Urſ. Urſino probante, reſtituit Mollius, & poſt eum uterque Par. Editor & Lipſ. Cæteræ Edd. & tres Mſſ. R. ἐκάετο, quod immeritò in notis prætulit Moll. non neceſſe eſſe exiſtimans, ut pro ἐκάετο, ſcribatur ἀνεκάετο, ac multis demonſtrans exemplis pariter uſurpari τὸ κάεσθαι pro accendi. Et hoc

quidem verum eſt; ſed cùm hîc agatur de igne qui rursùs accendebatur, proprium in hâc re vocabulum ἀνεκάετο, quod & in ſuo Codice invenit Amyot vertens : ainſi fut de rechef le feu allumé. Infrà habes, p. 76 Ed. Moll. πῦρ ἀναναύσαντες. Interdùm tamen promiſcuus eſt & ἀνακάω & καίω uſus; de quo vide Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 633 & 634.

[P. 72, l. 17.] Ἐνεφορῦντο. In ſolis Edd. Commel. & Jungerman. operarum vitio, quod poſteà Jungermanus in mendorum elencho agnovit, τὰ ἐφορῦντο, pro ἐνεφορῦντο quod in omnibus aliis Edd.

[P. 73, l. 1.] Κενήν. Hæc eſt vera omnium Edd. & Codd. lectio. Solus Cl. Dutens edidit καινὴν, prioris Ed. Par. conjecturam, & à Cl. Bodeno probatam, ſecutus; ſed unicè legendum κενὴν, cùm hæc ſit inanis, non ſolida voluptas. Hùc accedit quod, ut τῇ Χλόῃ ὑδὲν χρηστὸν ἦν, ὅτι μὴ τὴν ἐπιοῦσης ἡμέρας ὀφθησόμενος ὁ Δάφνις, ſic & ille KENHN τέρψιν ἐτέρπετο. Præterea noſter hîc, ut & alibi paſsim, imitatur Theocritum, ſeu potiùs, cujuſcumque fuerit, ὀαριστὴν, in quâ ſic puella Daphnim alloquitur :

Μὴ καυχῶ, σαλυείσκε· KENÒN τὸ φίλαμα λέγουσι.

Cui Daphnis :

Ἔστι καὶ ἐν κενεῶσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.

Amyot autem hîc rectè in ſuo Codice videtur inveniſſe κενὴν, cùm interpretetur : ſe reput d'une vaine volupté.

[P. 73, l. 1.] Τέρψιν ἐτέρπετο. Sic ſuprà, Lib. II, p. 41, τέρψις ἣ ποικίλας ἐτέρποντο.

[P. 73, l. 4.] Ποιῶν ὀνηροπολούμενος. Prior. Par. Ed. pro ποιῶν conjecit ποιῶν, quod Cl. Bodeno ſatis arridet. Malo ποιῶν.

[P. 73, p. 5.] Κρύος. Sic Micyllus apud Lucianum in Gallo, tom. II, p. 702, auroram advenientem agnoſcere ſe profitetur : εἴ γε χρὴ τεκμαίρεσθαι.... τῷ κρύει, μη-

δέπω με τὸ ὀρθρινὸν, ὥσπερ εἴωθε, ἀποκναίοντι· γνώμων γὰρ οὗτος ἀψευδέστατός μοι προσελαυνούσης ἡμέρας.

[P. 73, l. 5.] Ἐξαίσιον. Xenophon in Œconomic. c. 5, p. 29 Ed. Bach. ὄμβροι ἐξαίσιοι. Et in Agesilao (quem tamen libellum Xenophontis non esse credo) c. 2, p. 225, φυγὴ ἐξαισία. In Axiocho, p. 158, πρηστήρων ἐξαίσιος συρμός. Aristæn. L. I, Ep. XXII, p. 54, μισεῖ μῖσος ἐξαίσιον.

[P. 73, l. 6.] Ὑπέκαε. Boreæ penetrabile frigus adurit, inquit Virgil. Georgic. I, v. 93, à Jungermano collatus. De hoc verbo, ὑπέκαε, vide Cl. Lennep. Animadvers. ad Coluthum, L. I, c. 12, p. 57, qui hunc Longi, Scriptoris venustissimi, ut meritò vocat, locum profert.

[P. 73, l. 6.] Οἱ δὲ ἀναστάντες. Amyot in suo Codice videtur invenisse, οἱ δὲ ἀναστάντες, ὁ Δρύας θύει, pro θύουσι, & ἀνακαύσας, pro ἀνακαύσαντες, ac παρεσκευάζετο, pro παρεσκευάζοντο. Vertit enim: quand ils furent levés, (ubi οἱ δὲ ἀναστάντες est nominativus absolutus, cujus plurima apud optimos Scriptores exempla) Dryas sacrifia à Bacchus un mouton d'un an, alluma un grand feu, & apprêta le diner; sed malo sequi vulgatam lectionem, & per οἱ δὲ, Dryanta & Napen intelligere, qui soli in apparandâ cœnâ, ille quidem in ariete elixando, hæc verò in conficiendo pane, erant occupati, dùm contrà Daphnis & Chloë σχολῆς λαβόμενοι exhibentur.

[P. 73, l. 7.] Ἐνιαύσιον. Homer. Od. Π, v. 454, à Mollio laudatus:

Δόρπον ἐπισταδὸν ὡπλίζοντο,
Σῦν ἱερεύσαντες ἐνιαύσιον.

[P. 73, l. 10.] Σχολῆς λαβόμενοι. Sic Xenophon Ephes. L. II, p. 24, & Heliodor. L. V, p. 165.

[p. 73, l. 12.] Ἐπαλείψαντες. Sic edidit Cl. Dutens, ex emendatione prioris Par. Editoris, quam probaverunt viri Clarissimi Wyttenbach, Valckenær, Boden, & Wesseling.

Obſervat. L. I, c. 14, p. 49. Sic paulò ſuprà, p. 72 Edit. Moll. τούς τε βρόχους ἔστησε, καὶ τὴν ἰξὸν ῥάβδοις μακραῖς ἐπήλειψε. Hîc autem malè in omnibus aliis Edd. ἀπαλείψαντες. Cl. Weſſeling. loco citato, confert Alciphron. L. III, Ep. XXX, εὐθέως οὖν ἀπὸ τῆς λεκάνης ἀνασπάσας ἰξὸν, ἐπαλείφω τῶν ἀχράδων τοὺς κλάδους.

[P. 75, l. 13.] Πλῆθος οὐκ ὀλίγον. In Ed. Jungerman. οὐκ ὀλίγων, operarum vitio, quod ipſe poſteà Jungermanus in mendorum elencho agnovit.

[P. 73, l. 14.] Ἀπόλαυσις. Malè in Edit. Florentinâ ἀπόλασις, pro quo Urſinus è ſuo Codice rectè reſtituit ἀπόλαυσις.

[P. 73, l. 16.] Κοψύχους. Cod. Urſ. κοψίχους, quod ab Urſino immeritò probatum in textum recepit Moll. & hinc Cl. Boden.

[P. 73, l. 17.] Τίς οὖν σοι γίνομαι. In Edd. Florent. Commelin. & Jungerman. γένομαι. Mollius emendavit γίνομαι, quod poſt Mollium in textum receperunt uterque Par. Editor & Cl. Boden. At Cl. Wyttenbach legendum putat τίς οὖν σοι γίνωμαι, & opinatur hæc eſſe verba Chloës dicentis: quo igitur me erga te animo affectum eſſe oportet; cui Daphnis reſpondet, μέμνησό μου. At ego, quod pace tanti viri dictum ſit, mallem cum cæteris Interpretibus hæc, ut & ſequentia μέμνησό μου, Daphnidi tribuere, & intelligere: quis ergo tibi ſum? Id eſt, quæ mihi pars amoris apud te eſt? Memento meî; ut optimè vertit Amyot: comment donc ſuis-je en ta grace? Je te prie qu'il te ſouvienne de moi.

[P. 73, l. 18.] Εἰς ἐκεῖνο τὸ ἄντρον. Pro ἐν ἐκείνῳ τῷ ἄντρῳ, quod obſervaverunt Moll. & Reitzius ad Lucianum in Lucio, tom. II, p. 568, ubi hic pluribus declarat exemplis ſic τὸ εἰς, pro ἐν, poſitum fuiſſe, ut apud Alciphron. L. III, Ep. XLIII, λουσάμενοι εἰς τὸ βαλανεῖον. Ælianus,

L. VII, c. 8, Ἡφαιςίων ὡς ἐκβάταν ἀπίθανε. Sic ὡς τὸ παρὸν, pro ἐν τῷ παρόντι. Sic & ſuprà, Lib. II, pag. 65 : ςὰς ὡς μίζον τὸ αἰπόλιον, pro ἐν μέσῳ τῷ αἰπολίῳ.

[P. 74, l. 8.] Ἀπαρξάμενοι κρατῆρος. Sic ſuprà, L. II, p. 59 Ed. Moll. ἀπήρξαντο καὶ τῶν κρεῶν· ἀπίσπασαν καὶ κρατῆρος μύζονος. Et ibidem, ἐπισπεύσαντες οἶνυ. Infrà, L. III, p. 78, ἀπήρξαντο ὁ σύεγλος. Et L. II, p. 49, ἡ ἀσίνδυσα τῦ πρώτυ γάλακτος.

[P. 74, l. 10.] Ἰαχχάσαντες. Sic è Codice Florentino emendavit Moll. quem in hoc ſeeuti ſunt uterque Par. Ed. & Lipſienſ. At verò Edd. Florent. Commel. & Jungerman. ἰαχχεύσαντες. De voce ἰαχχάζειν, quam, monente Mollio, uſurpârunt Athenæus, L. V, c. 14, & Orpheus initio libri περὶ λίθων, confer Heſychium, Suidam & Cl. Weſſeling. ad Herodot. L. VIII, p. 648, ubi ἰαχχάζυσι.

[P. 74, l. 11.] Προέπεμπον. Hæc eſt prioris Editoris Pariſienſ. conjectura, & Urſini Codicis lectio ab Urſino & D'Orvill. ad Chariton. p. 144, probata. Hinc Mollius tanquàm de ſuo dedit προέπεμπον, vel πρὔπεμπον, quod ultimum ex Ed. Moll. in textum receperunt uterque Par. Editor & Lipſienſ. Malè tres Mſſ. R. & Edd. Flor. Commel. ac Jungerman. προσέπεμπον.

[P. 74, l. 14.] Ἄλλοῖς ἄλλας. Hoc ἄλλοῖς, quod in omnibus aliis Edd. deeſt, rectè è Cod. Reg. I, reſtituit Cl. Dutens. Malè Cod. R. II, ἄλλα ἄλλας, & Cod. R. III, ἄλλο ἄλλας.

[P. 74, l. 15.] Λείπῃ. C. R. III, λίπῃ. Mallem λίπῃ; niſi ſuprà legas χειμὼν μείνῃ, pro μένῃ.

[P. 74, l. 16.] Προῖέρυς Χλόης. C. R. III, πρότερον. Malè in C. R. I, παρὲξ, quod procul dubio in ſuo Codice invenit Amyot, vertens : en les baiſant tous, fors que Chloë, παρὲξ Χλόης.

[P. 74, l. 17.] Καθαρὸν μείνῃ. Sic Achill. Tat. L. II,

p. 126, ἐφύλαττον ἀκριβῶς ὡς θησαυρὸν τὸ φίλημα τηρῶν ἡδονῆς. Ubi fortè, inverſo ordine, legendum, ἐφύλαττον ἀκριβῶς τὸ φίλημα, ὡς θησαυρὸν τηρῶν ἡδονῆς. Idem, L. IV, p. 344, θᾶττον ἂν ἀποθάνοιμι, ὑπερ ἰδοῦ Λευκίππης φίλημα ΑΛΛΟΤΡΙΟΥΜΕΝΟΝ.

[P. 74. l. 20.] Χιόνος λυομένης. Suprà, p. 72 Edit. Moll. ὅπως δ' ἡ χιὼν λυομένη.

[P. 74, l. 21.] Γῆς γυμνυμένης. Nam ſuprà, p. 69, ἡ γῆ πᾶσα ἀφανὴς ἦν.

[P. 74, l. 21.] Πόας ὑπανθούσης. Sic reſtitui è duobus primis Codd. R. & è C. Urſ. Urſino probante. Sic & in ſuo invenerat Amyot propriè vertens : l'herbe deſſous poignoit. Infrà de floribus, L. IV, p. 110 Ed. Moll. ὙΠΗΝΘΕΙ καὶ ἔλαμπε. Minùs benè in cæteris omnibus Edd. ἀνθούσης, pro quo Moll. malè conjicit ἐπανθούσης.

[P. 75, l. 3.] Μείζονι ἀδελεύοντες ποιμένι. Scilicet Amori, qui ſemet ipſum cum paſtore comparans, ſuprà dixit, L. II, p. 35 Ed. Moll. νῦν ὃ Δάφνιν ΠΟΙΜΑΊΝΩ ϗ Χλόην, καὶ ἡνίκα ἂν αὐτὼς εἰς ἓν ΣΥΝΆΓΩ κ.τ.λ. Hinc infrà, L. IV, p. 147, βωμὸν ἐποιήσαντο ΠΟΙΜΈΝΟΣ Ἔρωτος.

[P. 75, l. 5.] ΚΑΙ τῷ φίτυι. Scilicet, ut jam explicavimus, & hîc rectè interpretatur Amyot : de là au pin, ſous lequel étoit l'image de Pan.

[P. 75, l. 5.] Ὑφ' ἣν καθίζοντες. Fortè quis mallet ὑφ' ᾗ.

[P. 75, l. 6.] Ἔνεμον, ϗ ἀλλήλως καλεφίλων. Amyot vertit : où ils s'ASSIRENT en regardant paître leurs troupeaux & s'entrebaiſant. Mallem vertere : où ils avoient coutume de regarder paître leurs troupeaux, où ils ſe mettoient ordinairement pour les regarder paître. Rectè Jungerman. vertit : ſub quâ conſidentes pecoribus paſcendis vacabant, mutuaque jaciebant oſcula; non autem, vacaverunt & jecerunt. Et Moll. deindè ad quercum, ſub quâ ſeden-

tes, etiam greges paſcebant, & ſeſe invicem oſculabantur. Scilicet amabant ire, & ſingula reviſere loca ſuî amoris conſcia, ac præſertìm illam quercum antro Nympharum vicinam, ſub cujus tegmine recubabant. Sic ſuprà, ante hyemem, L. II, p. 64 Ed. Moll. τὰς Νύμφας πρότερον, εἶτα τὸν Πᾶνα προσαιρούσαντες, τὸ ἐντεῦθεν ὑπὸ τῇ δρυῒ καθεζόντες, ἐσύριττον. Et L. I, p. 22, καθίσαντες ὅπῃ σκιάζει δρυός. Et L. II, p. 40, καθέζοντο ὅπῃ σκιάζοις δρυός. Infrà, p. 82 Ed. Moll. ὅπῃ πλὴν δρῦν, ἐν ᾗ (ſic) ἐκαθέζετο Δάφνις καὶ Χλόη, παραγίνεται. Sic apud eumdem, L. II, p. 49, hæc, πρὸς δὲ φηγὸν ἔτρεχεν ἜΝΘΑ ΚΑΘΕΖΕΤΟ, deſignant fagum ubi ſedebat Chloë, quam ideò, Lib. II, p. 57, vocat σωφρόνα φηγόν.

[P. 75, l. 7.] Ἀνεζήτησάν τε ἄνθη. Sic ſuprà, Lib. I, p. 27 Ed. Moll. καὶ ἄνθη τε συλλέξαντες, ὅσα ἄνθη τῆς ὥρας ἐκείνης, ἐστεφάνωσαν τὰ ἀγάλματα.

[P. 75, l. 8.] Τὰ ὄρτι. Gallicè diceremus: le Zéphyre ne venoit que de les faire éclore. Obſerva hunc elegantiſſimum adverbii ὄρτι uſum, qui apud noſtrum frequentiſſimus eſt. Sic ſuprà, L. I, p. 23, τὸ πεῖσμα ὌΡΤΙ ἀπολύσαντες, ἀπέπλεον εἰς τὸ πέλαγος. Lib. II, p. 48, ὌΡΤΙ πεπαυμένης τῆς τυγῆς. Et pag. 53, ὌΡΤΙ παυομένης ἡμέρας. Pag. 56, καὶ ἐκείνη ὄρτι ἀποβεβήκει, καὶ κ.τ.λ. Pag. 61, ὌΡΤΙ πέπαυται τοῦ μυθολογήματος, καὶ κ.τ.λ. P. 64, ὌΡΤΙ γῆν ἀρχομένης ἡμέρας. Et L. IV, p. 138, καλαλαβὼν ὌΡΤΙ εἰσάγονται τὴν Χλόην.

[P. 75. l. 9.] Ὅμως δέ. Deeſt illud ὄρτι in Edd. Comm. & Jungerman. operarum vitio, quod Jungerman. in mendorum Indice agnovit.

[P. 75. l. 10.] Ἀναλαλλίς. Vide Dioſcorid. Libro II, c. 209, & Plin. L. XXV, c. 13, à Cl. Bodeno laudatos.

[P. 75, l. 12.] Οἷον τινῶν γάλα νέον. Hîc aliquid deeſſe, & fortè verbum ἔλαβον reponendum, ſuſpicatur Jungermanus.

Jungermanus. An pro τινῶν, quod mihi, ut & totus ille locus, ſuſpectum videtur, legendum ἔτινον? An mea interpunctio ira admirrenda eſt, ut γάλα νέον referarur ad verbum κατίασειζαν, & virgulâ, quæ ab omnibus Edd. abeſt, præpoſitâ & poſtpoſitâ τῷ ϗ τῦτο ϛεφανῦντις τὰ ἀγάλματα, hie oriatur ſenſus: Chloë & Daphnis capellarum & ovium quarumdam lac libaverunt, idque, coronantes ſimulaehra? Hîe γάλα ἀπὸ αἰγῶν elegantiſſimè dici potuit, pro ſimplici γάλα αἰγῶν; & illud τινῶν uſurpari potuit, quemadmodùm ſuprà, Lib. I, p. 18 Edit. Moll. μῦ τὸ ἀμέλξαι τὰς οἷς ϗ τῷ αἰγῶν ΤΑΣ ΠΟΛΛΑΣ. Eodem ferè modo infrà, p. 86, ἄρτυς τινάς; niſi fortè illud τινῶν ortum ſit è ſequenti γάλα νέον. Amyot vertit: encore trouverent-ils de la violette, &c. & d'autres telles premieres fleurs que produit la ſaiſon nouvelle, dont ils firent des chapelets, & en allerent couronner les têtes aux images, en leur offrant du lait nouveau de leurs brebis & de leurs chevres. An in ſuo Codice invenit: ϗ ὅσα ἥρος πρωϊοφορήματα· καὶ ΤΟΥΤΟΙΣ ϛεφανῦντις τὰ ἀγάλματα, ἀπὸ αἰγῶν ϗ οἰῶν γάλα νέον καλίασθαι?

[P. 75, l. 19.] Ὑποκλάσαντις αὐτύς. Infeliciter Mollius conjecit ὑποκαλύψαντις, quod Cl. Durens in textum recepit, quodque meritò rejecerunt viri Clariſſimi, D'Arnaud in Lection. Græc. L. II, c. 14, p. 222, Wyttenbach, Valckenær & Boden. Rectè Amyot vertit: ſe courboient ſous le ventre de leurs meres pour téter.

[P. 75, l. 20.] Οἱ κριοί. Malè in Ed. Flor. κύειοι. Rectè C. Urſ. & hinc omnes Edd. κειοί.

[P. 75, l. 21.] Κάτω ϛήσαντις. Sic reſtitui è Codicibus R. III, & è Flor. & Urſ. Urſino probante. Omnes hùc uſque Edd. & alter Urſini Cod. καμάτῳ ϛήσαντις; cui lectioni ſaris favere videantur quæ paulò infrà apud Longum ſequuntur, pag. 80 Edit. Moll. ὁρᾷς ὡς μῦ τῦτο ἴρδον ὕτι

ἐκῦναι (αἶγες) ἔτι φύγωσιν αὐλὸς, ὅτε ἐκῦνοι (τράγοι) ΚΑΜΝΟΥΣΙ διώκονλες· ſed cum ſummo Valckenærio præfero κάτω ςήσαντες. In hujuſce modi autem ſchematibus depingendis proprium eſt verbum ἵςημι. Infrà, p. 80 Ed. Moll. Daphnis ἀνίςησιν αὐτὴν, (Χλόην) ἐχ καλόπιν περιφύλο μιμύμενος τὰς τράγας. At verò cùm ibid. hirci & arietes dicantur ὀρθοὶ δρᾶν, & capellæ & oves ὀρθαὶ πάσχειν, hinc fortè quis concludat hîc non κάτω, ſed καμάτῳ ςήσανλες, legendum. Quod & in ſuo Codice videtur inveniſſe Amyot vertens, après qu'ils les avoient arrêtées.

[P. 76, l. 1.] Ἕδαφνον ἄλλος ἄλλην. De hâc voce vide ſummum Hemſterhuſ. ad Lucian. tom. I, p. 272, ubi & hunc Longi locum profert.

[P. 76, l. 3.] Ἐμάχοντο περὶ τῆς αἰγῶν. Hunc uſum præpoſitionis περὶ obſervat Cl. Abreſch. Adnotat. ad quædam loca novi Teſtamenti, p. 608.

[P. 76, l. 4.] Ἐφύλαττε μή τις. Ob illud μή τις, vir doctiſſimus conjiciebat ἐφυλάττετο; ſed rectè Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 442, monet interdùm φυλάττειν idem eſſe quod τηρῶν; quæ ambo verba, inquit, non ſolùm notant apud Atticos ipſos, cuſtodire, ſervare, ſed & obſervare aliquem, vel aliquid, ut ne faciat, vel ut fiat, vel ne aliquid faciat, vel fiat; quod pluribus confirmat exemplis. Sic ſuprà, Lib. II, pag. 34 Edit. Mollian. φυλάττων μὴ φύγῃ.

[P. 76, l. 5.] Ἐξώρμησεν. Quidam vir doctiſſimus putat græciſmum & Longi conſuetudinem monere hîc ἂν à præcedenti ſyllabâ abſorptum fuiſſe, & proindè reponendum eſſe; ſed ſuprà, L. II, p. 40 Ed. Moll. in hæc verba, τῆς ἀληθῶν τι ἔπραξαν, pluribus exemplis è Longo aliisque Scriptoribus petitis, poſt Reitzium declaravimus, in ſimilibus ſæpiſſimè omitti illud ἄν. De quo helleniſmo confer Jeinſium ad Lucianum in Timone, tom. I, paginâ 115

& 116. Malè Jungerman. vertit : ſenes intuentes irritabant ad Venerem hæc talia ſpectacula : cum interpretari debuiſſet, irritare ſolent, vel potiùs, irritare potuiſſent ; quem ultimum ſenſum in ſuâ verſione expreſſit Amyot.

[P. 76, l. 6.] Οἱ ἢ δὲ νέοι. Illud ἢ, quod in omnibus Edd. deeſt, è Cod. Urſin. Urſino probante, reſtitui. Confer ſuprà, L. I, p. 8 Ed. Moll. ubi ſic poſt ſimilem deſcriptionem : οἱ δ' ἀπαλοὶ ἢ νέοι.

[P. 76, l. 6.] Καὶ σφριγῶντες. De hâc voce omninò vide ſummum virum, & nobis amiciſſimum, Ruhnkenium in ſuâ auteâ Timæi Lexicographi Editione, p. 175, voce Σφριγῶντες, ubi & hunc Longi locum profert vir ſtupendæ ut doctrinæ, ſic & ſtupendi ingenii ac judicii. In hâc autem Timæi gloſsâ Cl. Ruhnkenius, apographum ad ſe à Cl. Johanne Capperonnerio tranſmiſſum, ſecutus, edidit παρ' Ἱπποκράτει γδ', cùm melius ſit in Cod. Sangermanenſi, ex quo hoc apographum deſcripſit Cl. Johannes Capperonnerius, παρ' Ἱπποκράτει δέ. Sic p. 12 ejusdem Timæi, in Ἀκινάκης, pro παραζώνιον, legitur παιζώνιον in Cod. Sangerman. P. 62, in Δίκηλα, Cod. margini adſcriptum eſt, & à Cl. Capperonnerio, ac proindè à Cl. Ruhnkenio, qui hunc ipſe Codicem non tractavit, omiſſum, ὁμοιώματα, δοκήματα. Sic & hoc neglectum fuit, quod ad marginem Cod. in vocem Ἐπήβολοι, p. 85 Ed. conjectum, poſt οἱ ἐπιτυγχάνοντες inſerendum eſt : οἱ λαχόντες, ἐπιτυχόντες. Sic in vocem Ἔφοροι, p. 93 Ed. oræ Codicis adſcriptum eſt, ταμίαι, θεωροί, φύλακες ; ut & ex margine, in vocem Ἧκιστα ὑ πάνυ, p. 95, addere poteris, μάλιστα, ἀλλά γε ἄλλα : quemadmodùm apud Mœrim Atticiſtam p. 182, Ἧκιστα .... πάνυ, μάλιστα, ἀλλά γε ἄλλα, ubi vide Cl. Pierſon. Sic & p. 144 Timæi, in vocem Οὐκ ἐτὸς, recentiori & elegantiori manu oræ appoſitum fuit, Οὐ καταλέλειπται, ὑ καταλείφθη. Et ibid. eâdem manu

ad oram, in οὐκ ἐν ὑπονοίᾳ, adjectum fuit, οὐκ ἐν ὑπολήψει. Et pag. 148, post Παλίμβολος, ad marginem, Πῆγμα, τραγικὴ σκηνὴ, obscurioribus & usu ferè detritis exaratum est literis, ut δηλαδὴ in Πάρεστιν, p. 148, ut μόνον, καὶ ἀντὶ τοῦ πλὴν, καὶ οἷον πότερον, in vocem Παρὸν, p. 150, ut & ὦ δειλαῖε è margine inserendum post Ὦ μέλεε, p. 198. Quæ omnia à Cl. Capperonnerii apographo, ac proindè à summi Ruhnkenii Editione, absunt.

[P. 76, l. 7.] Ἔρωτα ζητοῦντες. Hoc Cl. Wyttenbach idem esse putat quod ἔρωτος τυχεῖν ζητοῦντες, & observat ἔρωτα apud Platonem in Sympos. & in Phædro esse rem amatam, quemadmodùm à Latinis dicitur, amore, vel desiderio potiri. At Cl. Valckenær suspicatur quasdam literas intermedias excidisse, & suo more scripsisse Longum ἔΡΩΤΟΣ ἔΡΓΑ ζητοῦντες. Sic infrà, pag. 80 Edit. Moll. κριῶν ἀμαθέστερος εἰς τὰ ἔΡΩΤΟΣ ἔΡΓΑ. Et p. 83, διδαξαμένην τὰ ἔΡΩΤΟΣ ἔΡΓΑ. Amyot autem vertit: pourchassans de long-temps le dernier but du contentement d'amour.

[P. 76, l. 11.] Οἰκουρίᾳ. Suprà, pag. 74 Edit. Moll. ἀσχάλλων πρὸς τὴν οἰκουριαν. Et p. 70, ἀναγκαίας οὖν οἰκουρίας ἐπεχούσης ἅπαντας.

[P. 76, l. 12.] Ἀσχολίᾳ. Cl. Wyttenbach mallet σχολῇ, vel ἀμελείᾳ. An ἀεργίᾳ, ut Bion in Cleodemo & Morsone suprà laudatus:

χεῖμα δύσεργον, ἐπεὶ καὶ χείματι πολλοὶ
Θαλπόμενοι θέλγονται ἈΕΡΓΊᾴ τε καὶ ὕπνῳ.

Simile quid, quoad sensum, in suo Codice invenit Amyot vertens: pour n'avoir bougé tout le long de l'hiver, τῇ κατὰ τὴν χειμῶνα οἰκουρίᾳ, à ne rien faire, σχολῇ, vel ἀεργίᾳ. Prætereà suprà, p. 71 Ed. Moll. Daphnis per hyemem fuisse dicitur ΣΧΟΛΗΝ ἄγων; undè hîc Longus ἈΣΧΟΛΊᾴ ἐνηβήσας scribere non potuit.

[P. 76. l. 13.] Ἐσκιτάλιζε. Unicè amplector feliciſſimam & veriſſimam ſummi Toupii conjecturam, quam ſic depoſuit Emendat. in Suidam, tom. III, p. 137: Vocem Σκίταλοι nec Suidas, nec Scholiaſtes intellexit. Sunt autem Σκίταλοι numina ficta, ſive πεπαιγμένα, laſciviæ & nequitiarum præſides, de quibus nos ſuprà ad vocem Κλεισθένης. Eximiè, ut ſolet, Heſychius: Σκίταλοι· ἀπὸ τῶν Ἀφροδισίων καὶ τῆς πορνικίας τῆς νυκτερινῆς θεούς τινας ἐσχημάτιζεν. Θέων δέ φησι πεπλάσθαι τὸ ὄνομα. Ita ſcribendus iſte locus, qui vulgò admodùm inquinatus eſt. Theonis iſtius meminit Heſychius ſuprà in Epiſtolâ ad Eulogium. Hinc ΣΚΙΤΑΛΙΚΟΣ, de quo Heſychius in vocem Φαύλιξ, & verbum ΣΚΙΤΑΛΙΖΕΙΝ, laſcivire, protervè agere, quod Panes, Satyri, cæterique τούτου τοῦ κόμματος dæmunculi facere ſolebant. Atque hùc referenda videtur vox anglica SKITTISH. Verbum uſurpat Longus in Pœmenicis, loco quidem elegantiſſimo, ſed à nemine, quod ſciam, intellecto. Eſt autem, L. III, p. 106 Ed. Jungerman. πρὸς τὰς περιβολὰς ἐΣΚΙΤΑΛΙΖΕ, ad complexus laſciviùs geſtiebat. Ita, inquit idem Criticus, græca ſcribenda & interpretanda ſunt. Vulgò legitur, πρὸς τὰς περιβολὰς ἐσκυτάλιζε, quod viros doctiſſimos torſit: nos veram lectionem abſque controverſiâ reſtituimus. Πρὸς τὰς περιβολὰς ἐσκιτάλιζε, καὶ ἦν . . . ΘΡΑΣΥΤΕΡΟΣ, ad amplexus calidior erat & protervior. Confer Suidam & Scholiaſtam ad Ariſtophanem. Et notandum verbum Σκιταλίζειν; nam antiquiſſimæ & rariſſimæ monetæ eſt. Hactenùs Cl. Toupius. Multò minùs feliciter Jungermanus & D. Heinſius, pro ἐσκυτάλιζε, quod in Edd. Florent. Commel. Jungerman. Moll. & prior Par. conjecerant ἐσκυλάκιζε, quod planè reſpondet latino catulire, quodque in textum recepit Cl. Boden; nempè quòd, inquit Heinſius, σκυλακεύειν dicuntur venatores, cùm canes admittunt ſpe fœtûs; & σκυλα-

κίζειν, eodem obſervante, vox eſt, qualis eſt καπρίζειν & ſimiles, quæ deſumptæ ab animalibus, τὸ καλλωπιστὶς deſignant. Hinc σκύλαξ apud antiquos libidinoſus quidam coitus, aut potiùs fœdæ libidinis, dicebatur. Heſych. Σκύλαξ, ῥῆμα ἀφροδισιακὸν, ὡς τὸ τὴν φωνικιζόντων. Talia ſunt σκυζᾶν, κυνίζειν κ.τ.λ. Pejùs Mollius emendat ἐσκύζα λίαν, quod in textum à Cl. Dutens receptum nollem. Amyot vertit : étoit gros, comme l'on dit, d'embraſſer.

[P. 76, l. 14.] Περιεργότερος καὶ θρασύτερος. Sic Achill. Tat. L. II, p. 112, de amante, περιεργότερον εἰς ἐμὲ βλέπειν ἐθρασύνετο. Et L. II, p. 224, ἡμῖν καλέχεας γυναικῶν περιεργίας; ubi rectè annotat Cl. Carpzovius hîc περιεργίαν eſſe exquiſitam nimis & anxiam in placendo alteri eumque delectando, diligentiam. Mœris Atticiſta, p. 221: Καλαγλωττίσματα, τὰ ΠΕΡΙΕΡΓΑ φιλήματα.

[P. 76, l. 15.] Χαείσασθαί σι. Malè σοὶ in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. Illud σι, pro ῳ̃, è veteri ſcripturâ remanſit, in quâ, ante inventam literam omega, ſolum omicron uſurpabatur, & iota, quod & hodie in literis majuſculis fieri videmus, non ſubſcribebatur, ſed ad latus apponebatur; ita ut ſcriberetur λόγοι, pro λόγῳ. Obſerva autem vocem χαείσασθαι in re venereâ propriam.

[P. 76, l. 18.] Γέντλαι. Codex Reg. I, γένοιτ' ἂν. An γένοιτο?

[P. 76, l. 18.] Ἔρωτα παῦον φάρμακον. Suprà L. I, p. 37 Ed. Moll. ἔρωτος εὑδὲν φάρμακον . . . ὅτι μὴ φίλημα, καὶ περιβολὴ, & συγκαλακλιθῆναι γυμνοῖς σώμασι. Idem infrà, p. 38, inter amoris remedia recenſet τὸ κεῖσθαι γυμνὸς χαμαί. Confer & p. 40.

[P. 76, l. 20.] Αὐτῆς καλακλίσεως. Eam καλάκλισιν intelligit, quâ Daphnis veſtitus cum Chloë veſtitâ recumbere ſolebat, & anxiè quærit quidnam tandem præſtantius

in illâ καλακλίσει inſit, quam tunc expetebat Daphnis, & quæ in eo ſita erat, ut nudus cum nudâ recumberet, γυμνὸς γυμνῇ ἐγκαλακλινεὶς, quod à Philetâ mandatum nondùm executi fuerant.

[P. 77, l. 3.] Ἔτι φύγωσιν αὐτούς. C. Urſ. φύγωσιν ἔτι αὐτούς.

[P. 77, l. 6.] Τὸ ἔργον. Cl. Boden ad Achill. Tat. L. I, p. 54, monet Eroticos Scriptores ſolere per euphemiſmum de concubitu hanc vocem adhibere. Confer & Cl. Hemſterhuſ. ad Ariſtophanis Plutum, p. 217.

[P. 77, l. 7.] Πικρόν. Rectè Cl. Boden obſervat hîc reſpici ad notum illud veterum oxymoron, quod ſæpiùs uſurpatur de amore qui dicitur γλυκύπικρος à Nonno Dionyſ. L. XLII, Muſæo, v. 166, Meleagro, L. VII Anthолog. Lesbiâ poëtriâ apud Hephæſtion. &c.

[P. 77, l. 7.] Εἶτα οὐχ ὁρᾷς. Quoi donc! après cela ne voyez-vous pas? De peculiari ſignificatione τοῦ εἶτα vide Cl. D'Arnaud ad Alciphron. Miſcell. Obſervat. volum. V, tom. I, p. 60.

[P. 77, l. 8.] Τὺς τράγυς ἢ τὰς οἷς. Quibuſdam verbis tranſpoſitis, legere mallem, τὰς αἶγας ἢ τὺς τράγυς, τὰς οἷς ἢ τὺς κριούς.

[P. 77, l. 11.] Καλανωτισάμεναι. Suprà, L. I, p. 14 Ed. Moll. δέρμα καλανωτισάμενος. Lexiphanes apud Lucianum in Lexiphane, tom. II, p. 328, ἀλλήλως καλανωτίσαμενοι. Rectè autem Amyot hîc vertit: les femelles ſoutenant les mâles ſur le dos.

[P. 77, l. 14.] Συγκαλακλινεὶς αὐτῇ. Id eſt, συγκατακλινεὶς αὐλῇ ἐνδεδυμένη αὐλὸς ἐνδεδυμένος, ὁ γυμνὸς, ſe couchoit auprès d'elle tout vêtu, ut Amyot vertit.

[P. 77, l. 15.] Ὧν ἕνεκα ὤργα. Ruhnkenius, vir omni laude major, ad Timæum, p. 104, in Ὀργάσας, omninò videndus, cum hoc loco & illum Longi confert, Libro III,

paginâ 79 Editionis Mollianæ, πρὸς τὰ φιλήματα ὥργα.

[P. 77, l. 16.] Καλόπιν. Mœris Atticiſta in hanc vocem, p. 240: Καλόπιν, Ἀττικῶς· ὄπισθεν, Ἑλληνικῶς.

[P. 77, l. 18.] Ἔκλασεν. Cod. Urſin. Urſino probante, ἔκλαιεν.

[P. 77, l. 18.] Κειῶν ἀμαθέστερος. Hîc ſubaudiendum, vel etiam inſerendum, ἦν, vel ἐστί. Sic ſuprà, L. I, p. 25 Editionis Mollian. ὁ δὲ Δάφνις ἀνυπόδητος, ubi ſubaudiendum ἦν.

[P. 78, l. 1.] Γυναίκιον. Sic apud Lucian. in Toxari, tom. II, p. 520: Χαρίκλεια δ' ἦν αὐτῶν μὲν ΓΥΝΑΙΟΝ.

[P. 78, l. 1.] Νέον καὶ ὡραῖον. Sic ſæpiſſimè νέον & καλὸν conjungi declaravimus ad hæc Longi, Lib. II, p. 36 Ed. Moll. νέος καὶ καλός.

[P. 78. l. 4.] Παρελαύνουσα τὰς αἶγας. Rectè, ut omnia, ſummus Toup. Addend. in Theocrit. pag. 392, confert hæc Theocriti, Id. V, v. 89:

Βάλλει καὶ μάλοισι τὸ αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα,
Τὰς αἶγας παρελῶντα.

Et Id. VIII, v. 72:

Κἄμ' ἐν τῷ ἄντρῳ σύνοφρυς κόρα ἐχθὲς ἰδοῦσα
Τὰς δαμάλας παρελῶντα.

[P. 78, l. 6.] Λοχήσασα. Verba venatoria de rebus amatoriis ſæpiſſimè adhiberi obſervat Cl. Wyttenbach, qui hunc Longi locum indicat in ſuâ Epiſtolâ Criticâ, p. 52. Sic paulò ſuprà eadem eumdem δελεάσασα dicitur. Apud Xenophont. Memorab. L. I, c. 2, p. 15, Alcibiades exhibetur δι' ἃ κάλλος ὑπὸ πολλῶν καὶ σεμνῶν γυναικῶν θηρώμενος. Confer & Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 555 & 556. Sic in Ariſtænet. L. I, Ep. X, p. 23 Ed. Cl. Abreſch. pro τὸ ἐρωτικὸν ΛΌΓΟΝ ἀπέῤῥιψεν αἰδυμένη, emendatum ἐρωτικὸν ΛΌΧΟΝ à docto Critico, Cl. Herelio, Animadverſion. Critic. Miſcellanear. pag. 18 & 19, ubi confert

hæc Ovidii Heroid. XXI, in quâ Cydippes Acontiique amores narrantur:

INSIDIAS legi, magne Poëta, tuas.

[P. 78, l. 8.] Πήραν ἐλάφυ. Sic eleganter dici ΛΕΟΝΤΑ & λεοντῆν, ΠΑΡΔΑΛΙΝ & παρδαλῆν, vide apud ſummum Toup. Animadverſ. in Schol. Theocrit. p. 209.

[P. 78. l. 12.] Σκηψαμένη. Subauditur πρόφασιν, quod ſic ſuprà expreſſit Longus, L. II, p. 72 Edit. Moll. πρόφασιν σκηψάμενος. Et hoc quidem adde ellipſibus à Cl. Boſio collectis. Achill. Tat. L. II, p. 154, σκηψαμένη νοσῶν. Et L. II, p. 184: σκηψάμενοι ὃ πρὸς τ' Θυρωρὸν ἀπιέναι πρὸς τὸν ἐρωμένην.

[P. 78, l. 14.] Ἐξηρύψασα ἑαυτήν. Sic edidit Cl. Dutens, Mollii emendationem à ſummo Valekenærio probatam ſecutus. Suprà, L. II, p. 61, εἰς δόναξας ΚΡΥΠΤΕΤΑΙ. Et p. 63 Ed. Moll. εἰς τὴν ὕλην ΚΡΥΠΤΕΤΑΙ. In omnibus aliis Edd. & Codd. ἐξηύψασα, quod Cl. Boden retinendum cenſet.

[P. 78, l. 20.] Ἐπιλεχῆ. Sic ſuprà, L. I, p. 14 Ed. Moll. ἐπιλεχῆ τέχνην.

[P. 78, l. 21.] Γυναῖκα Λάβα. Sic, poſt ſummum Toup. Addend. in Theocrit. p. 397, edidit Cl. Dutens. Τὴν γυναῖκα Λάβα, inquit acutiſſimus Toup. eſt uxorem vicini Labæ. Τὴν τίκτουσαν ΓΕΙΤΟΝΑ ſuprà vocat Longus, qui ad Theocritum paſſim adludit. Theocritus, Idyll. XIV, verſ. 24:

ΛΑΒΑ τ' γείτονος υἱός.

Cùm autem apud Theocritum Doricum ſit illud Λάβα, Cl. Hermannus Tollius in Longo legere mallet ΛΑΒΟΥ. Et hoc quidem propiùs accedit ad corruptum illud λαβὴν, quod in omnibus Edd. quodque ſic fruſtrà defendere conatur Cl. Alberti ad Heſych. tom. II, p. 406: illam γυναῖκα τίκτουσαν, quaſi per parentheſin, vocat λαβὴν, prætextum,

αἰτίαν, id eſt, πρόφασιν, (cauſſam etiam Latini dicunt) quâ utebatur callida illa & calida femina. Poſſet quoque per ellipſim ſubaudiri κῆ, ut plena oratio eſſet: ὡς πρὸς τὴν γυναῖκα (κῆ λαβὴν) τὴν τίλωσαν ἄπεισι. Ut & Cl. Alberti, ſic & Mollius nihil mutandum cenſet, & vertit: tanquàm ad mulierem hanc, quæ ipſi occaſionem pepererat, abiens. Ad hunc locum Jungermanus: « ivi in conſilium; « variè ſic cenſuit animus: vel τὸ λαβὴν eſſe nomen pro- « prium Labes mulieris; ſed hoc vix eſt, ut placeat mihi « rem preſſiùs conſideranti; vel hanc vocem ponendam « poſt ἐπιύσης, & ſignificare, prætextu, ſpecie, & ſic ta- « men potiùs in λαβῇ mutandam; ſed hoc etiam malè « conſultum mihi videtur. Vel λαβὴν corrigendum, & le- « gendum πάλιν, vel αὖθις, iterùm, rursùs, quæ optimè « hîc locum haberent; ſed hoc nimis abeſt à ſcripturâ. « Audax igitur, placet tamen, præſertìm τὸ πάλιν; vel « omninò τὸ λαβὴν eſſe παρεμβεβλημένον, & quo jure « intruſum, eodem extruſum; & hoc μᾶλλον ἥνδανε θυμῷ. « Verùm, quum Cl. Heinſio πάλιν legendum placere in- « tellexerim, ſecundùm id, ſi mei res ſit judicii, litem dare « ſum paratus ». Hactenùs Cl. Jungerman. Cod. R. II, λαβὴν τὴν, τήν. C. R. III, λαβεῖν.

[P. 79, l. 1.] Ἐν ᾗ ἐκαθέζετο. Lego ὑφ' ᾗ, quod & in ſuo Codice videtur inveniſſe Amyot vertens, ſous lequel Daphnis étoit aſſis. Undè & colligi poſſet in illius Codice omiſſum fuiſſe ἐ ἡ Χλόη. Sic & Cl. Wyttenbach ὑφ' ᾗ legendum conjicit. Suprà L. II, p. 64 Ed. Moll. ὑπὸ τῇ δρυῒ καθεσθέντες. L. III, p. 78, τὴν δρῦν, ὑφ' ἣν καθίζοντες.

[P. 79, l. 4.] Ἐκ γάρ μοι. Cl. Wyttenbach obſervat elegantem illam turbationem, ut apud Platon. in Phædro, ξύμμοι λάβεσθε τοῦ μύθου, pro ξυλλάβεσθέ μοι; de quâ συγχύσει vide Reitzium ad Lucian. tom. II, p. 853.

[P. 79, l. 4.] Τῶν χηνῶν. Omiſſum fuit illud τῆς in Edd. Commel. & Jungerman. operarum vitio, quod ipſe Jungerman. in meudorum elencho agnovit.

[P. 79, l. 5.] Ἀείλός. Mœris Attieiſta in hanc vocem, p. 18, monet ἀείλον Atticos, cæteros autem Græcos dixiſſe ἀείλόν.

[P. 79, l. 6.] Οὐκ ἐδυνήθη μείλίωρος. Mallem μείλίωρον, ut referatur ad ſequens κομίσαι. Sic Achill. Tat. Lib. III, p. 272, ἀράμενος μείλίωρον.

[P. 79, l. 11.] Σῶσόν μυ τ' χῆνα. Fortè σῶσόν μοι, quod elegantius.

[P. 79, l. 12.] Μηδὲ ϖδειδῆς. Sic hoc verbum eum σῶσον, quod apud Longum præceſſit, conjunctum videbis in Xenophonte Epheſio, L. II, pag. 26, ΣΩΣΟΝ ἡμᾶς ἄπαντας, καὶ μὴ ΠΕΡΙΪΔΗΣ ὀργῇ διοπόλων ὑποστάντας. De hâc autem voce, ϖδειδῆς, confer Cl. D'Arnaud in Miſcell. Obſervat. vol. IV, tom. III, p. 451, ubi & hunc Longi locum profert, & ſummum Toup. Animadverſ. in Schol. Theocrit. p. 214, ubi hanc locutionem ſolemnem & græciſſimam vocat.

[P. 79, l. 13.] Αὐτὸν τ' ἀετόν. Hoc τ', operarum vitio, quod Columbanius in mendorum elencho agnovit, omiſſum eſt in Edit. Florent. ac in Edit. Moll. & hinc in utrâque Par.

[P. 79, l. 14.] Ἄρνας καὶ ἐρίφους. Confer L. I Ἰξευτικῶν, p. 163, lin. 6 & ſeqq. Editionis quam Oppiano ſubjunctam Cl. Schneidero debemus.

[P. 79, l. 15.] Πάντως. Modeſtè ac timidè, ut ſemper, ingenuus ac eruditiſſimus Jungermanus conjicit ϖάντες; quod ſtare nequit ob ſequens αἱ αἶγες. Amyot vertit: tes chevres la connoiſſent auſſi bien comme toi.

[P. 79, l. 18.] Ἀνίσαν. Codd. Urſ. & Flor. ἐγείρειν; alter verò è duobus Urſ. Codd. ἀνίσαν.

[P. 79, l. 19.] Καλόπιν ἠκολύθει. Sic paulò ſuprà; p. 81 Ed. Moll. καλόπιν αὐτοῖς καλήκολύθησε. Achill. Tat. L. I, p. 26, εἵπετο αὐτῷ καλόπιν.

[P. 79, l. 19.] Ὡς μακρολάτω. Achill. Tat. Lib. II, p. 186, ἄγει δ' Κλειτὺς μακρόθεν.

[P. 79, l. 20.] Τὸ πυκνότατον. Hoc Xenophon Epheſ. L. II, p. 33, vocat τὸ δασύταλον δ' ὕλης. At Heliodor. L. II, p. 90, τὸ πυκνόταλον δ' ὕλης.

P. 80, l. 1.] Ἐρᾷς εἶπε. Sequentia uſque ad δι' ὀνείρατος, in tribus Codd. R. & in Amyoti Cod. ut ex ipſius verſione apparet, deſiderantur. C. R. III, Ἔρως, εἶπε δι' ὀνείραλος ἐμοὶ τὰ κ.τ.λ. Quod & in ſuo Codice invenerat Amyot vertens: Amour & les Nymphes cette nuit me ſont venus en dormant conter, &c.

[P. 80, l. 5.] Διδαξαμένην. Cl. Hermannus Tollius legit διδαξάμενον.

[P. 80, l. 5.] Ἔρωτος ἔργα. Confer Cl. Van Lennep. Animadverſ. ad Coluthum, L. I, c. 5, p. 26.

[P. 80, l. 7.] Ἀλλὰ ταῦτα πηδήματα. Amyot in ſuo Codice, pro ἀλλὰ, videtur inveniſſe ἄλλα, & legiſſe ἄλλα ταῦτα πηδήματα, alii ſunt hi ſaltus. Vertit enim: c'eſt bien autre choſe (ἄλλα) & bien plus plaiſante & plus douce que tout cela. Sic Cl. Boden obſervat meliùs poni colon poſt τρόπους, & ſequens ἀλλὰ, retracto accentu, mutari in ἄλλα. Sic quoque Jungerman. edidit ἄλλα, & vertit, alii hiee ſaltus. Cæteræ omnes Edd. habent ἀλλά.

[P. 80, l. 7.] Τῶν ἐκεῖ. Cl. Jungerman. conjicit τῶν ἐκείνων, & vertit: alii hiee ſaltus, vel jactationes, & iſtorum duleiores, id eſt, dulciores jactationibus iſtorum hireorum.

[P. 80, l. 9.] Μακρολέρας ἡδονῆς. Suprà, p. 75 Edit. Moll. vidiſti μακρολέραν ἡδονήν.

[P. 80, l. 9.] Εἰ δή σοι φίλον. De hâc loquendi for-

mulâ vide omninò elegantiſſimum Muretum, Variar. Lect. Lib. II, cap. 13, ubi rectè confert hæc Horat. Od. XVII libri ſecundi :

Nec Dîs amicum eſt, nec mihi.

[P. 80, l. 10.] Ἐν πείρᾳ γενέσθαι ζηλωμένων τερπνῶν. Sic protsùs loquitur S. Johannes ὁ Κλίμαξ dictus in gradu XV, p. 231 Editionis à Matthæo Radero confectæ, quæ prodiit Lutet. anno 1633 : τοῖς μὲν ΑΠΕΙΡΟΙΣ ἐνασπείρων τὸ ΕΝ ΠΕΙΡΑ ΚΑΙ ΜΟΝΗ ΓΕΝΕΣΘΑΙ, id eſt, rerum venerearum expertibus mentem injiciens, ut tantùm voluptates deguſtent.

[P. 80, l. 11.] Μαθητήν. Sic apud Lucian. in Lucio, tom. II, p. 57, cum hoc loco conferendum, Lucius Palæſtram ſimilia tradentem præcepta διδάσκαλον vocat, cui Palæſtra : ὡς φλύαρον παρέλαβον ἢ μαθητήν.

[P. 80, l. 13.] Διδάξω. Suprà eodem ſenſu διδαξαμένην. Multùm tamen diſcriminis inter διδάσκεσθαι & διδάσκειν apud moris Attici ſtudioſos, apud quos illud quidem eſt, propriè mittere docendum, & commendare præceptori ; hoc verò, per ſe ipſum docere, non autem aliis docendum tradere ; quod egregiè, ut omnia, obſervavit ὁ πάνυ Valckenær ad Xenophont. Memorabil. p. 250 Ed. Cl. Erneſti, Lipſ. ann. 1772, & L. I, c. 17 Animadv. ad Ammon. p. 70. Undè ſuprà in Longo, cum Cl. Tollio mallem διδαξάμενον, quàm διδαξαμένην. Vide tamen & ſummum Hemſterhuſ. ad Plutum, p. 4 & 5. Confer autem cum hoc Longi loco Platon. in Sympoſ. p. 163 Edit. Cl. Fiſcher. ἢ ἐμὲ τὰ ἐρωτικὰ ἐδίδαξε.

[P. 80, l. 15.] Καὶ ἐρῶν. Illud καὶ, quod ab omnibus Edd. abeſt, & facilè abeſſe poteſt, è duobus primis Codd. R. revocavi. Suprà, L. I, p. 28 Ed. Moll. ὅτι νέος ἄγροικος. Et L. II, p. 66, ἢ ὃ ἔχαιρε, καὶ ἐπίστευεν ὡς κόρη ἐ νέμετο.

[P. 80, l. 17.] Τέχνην δι' ἧς. Sic Chariton, Lib. II, p. 37, ὅπως συνεξεύρῃ τινὰ τέχνην ΔΙ' ΗΣ τὸ παιδίον θρέψῃ.

[P. 80, l. 17.] Ὃ βούλεται δράσει. Elegans & honesta circumductio. Sic suprà, p. 80 Ed. Moll. οὐδὲν ὧν ἕνεκα ὤργα, ποιεῖν ἐπιστάμενος.

[P. 80, l. 20.] Πρωτοῤῥύτου. Sic unus ex Ursini Codd. alter verò, ut & Florentinus, πρωτοτύρου. Mollius intelligit lac integrum, quale primùm uberibus exprimitur, quod pinguius lacte suo cremore & flore destituto esse solet. Summus Toupius Addend. in Theocrit. p. 389, confert hæc Theocrit. Id. I, v. 57:

αἶγά τ' ἔδωκα
Ὦνον, καὶ τυρόεντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος.

Ibid. summus Toup. in hoc Longi loco notandum monet illud γάλα πρωτόῤῥυτον, quod haud vulgatum esse dicit. De hodiernâ autem Metelino, quæ est veterum Lesbos, sic Spon, Voyage de Grece, tom. I, p. 195: tous ses revenus consistent en grains, en fruits, en BEURRE ET FROMAGE. Sic Wheler, tom. I, p. 116: on y fait beaucoup de beurre & de fromages; mais il y a peu de trafic.

[P. 81, l. 1.] Αἰπολικὴν ἀφθονίαν. Huetius emendans ἀφέλειαν, suam conjecturam confirmare poterat hoc Longi loco, L. II, p. 65 Edit. Moll. τοσοῦτον δὲ ἄρα τῇ Χλόῃ τὸ ἈΦΕΛΈΣ ἦν ὡς κόρῃ. Amyot vertens, simplicité, videtur legisse ἀφέλειαν. Sic paulò infrà idem ob hanc eamdem simplicitatem, dicitur ἔτι ποιμενικὴν ἔχων γνώμην. Sed hîc mallem ἀφθονίαν, quod elegantissimum est; nempè suî suarumque opum copiam faciebat largus Daphnis.

[P. 81, l. 1.] Οἵαν οὐ προσεδόκησεν. Hæc est Codicis Ursini ab Ursino probata lectio, quam in textum recepit Mollius, & hinc uterque Parisiensis Editor & Lipsiensis, quamque in suâ versione Amyot expressit. Malè Editiones

Florentin. Commelin. & Jungerman. οἷα, pro οἵαν.

[P. 81, l. 5.] Καὶ περιβάλλειν. Duo primi Codd. R. omittunt illud καί.

[P. 81, l. 7.] Ἐνεργεῖν δυνάμενον. Theocrit. Id. IV, v. 61:

Καὶ ποτὶ τὰν μάνδραν κατελάμβανον, ἅμος ἐνάργει.

Ubi vide summum Valckenær. ad hunc Theocriti locum, p. 90 & 91, & summum Toup. in Addend. ad Theocrit. p. 391. Confer & Cl. Bergler. ad Alciphronem, p. 413. De hâc voce, ἐνεργεῖν, notandus est Eustathii locus, p. 762 Ed. Rom. in Il. N, v. 453.

[P. 81, l. 7.] Σφριγῶντα. Sic suptà, p. 79 Ed. Moll. οἱ δὲ νέοι καὶ σφριγῶντες. Eleganter hoc verbum usurpat Nonnus Dionys. L. XXXIV, p. 858, v. 32, à Cl. Warton. laudatus ad Theocrit. p. 121:

καὶ διὰ πέπλου
Λεπταλέου σφριγόωσαν ἴτυν τεκμαίρετο μαζοῦ.

[P. 81, l. 8.] Ἐπὶ πλευράν. Operarum vitio, in posterior. Par. ἐπὶ πλευράς.

[P. 81, l. 10.] Ζητουμένην ὁδόν. Suprà, pag. 83 Edit. Moll. εἰ δή σοι φίλον ἐν πείρᾳ γενέσθαι ζητουμένων τερπνῶν. Et paginâ 79, πολὺν ἤδη χρόνον ἔρωτα ζητοῦντες dicuntur.

[P. 81, l. 11.] Οὐδὲν περιηγάγετο ξένον. Non ultrà illum peregrinum & hospitem circumduxit. Scilicet posteà Daphnim ἡ φύσις οἱονεὶ ἐχειραγώγησε, καὶ λοιπὸν ἐπαίδευε τὸ πρακτέον. Hic unicus hujusce loci sensus, quem non assecutus est Jungermanus, vertens: quæ deindè acciderunt, horum nihil porrò valdè novum, vel insolens, fuit perpetratum; nec Amyot, qui sic interpretatur: la nature lui enseigna le reste, qui est une chose qui de tout temps a été pratiquée parmi les hommes, &, si l'on en excepte Daphnis, que personne n'a jamais ignorée. Scilicet illi cum Cod.

Urs. Ursino probante, legerunt περιειργάζετο, pro περιηγάγετο; at retinendum περιηγάγετο, id est, circumduxit; quo sensu suprà, p. 74 Ed. Moll. ΠΕΡΙΗ̃ΓΕΝ ἔσω. Infeliciter Moll. conjecit ἐπαιδαγώγετο. Miror Cl. Bodenum Jungermani interpretationem probasse, & addidisse, fortè περιειργάζετο è Cod. Romano ità reponendum esse, ut intelligas, Lycænium, summo libidinis ardore incensam, noluisse ampliùs vanam superfluamque operam adhibere (περιειργάζετο) in puero ulteriùs erudiendo, sed ad rem ipsam properavisse.

[P. 81, l. 15.] Ἐπεπαίδευτο. C. R. II, πεπαίδευτο.

[P. 82. l. 1.] Ταύτην τὴν πάλην. Confer omninò Palæstræ amorem apud Lucian. in Asino, tom. II, p 576 & seqq. Similis prorsùs metaphora & apud Achillem Tat. L. II, p. 114: πιθανῶς μὲν, ἔφην, εἰς τὸ ἔργον παιδοτριβεῖς· δέδοικα δὲ μὴ ἄτολμος ὢν καὶ δειλὸς ἔρωτος ἀθλητὴς γένωμαι.

[P. 82, l. 1.] Καὶ οἰμώξει. Illud δὲ, quod ab omnibus Edd. abest & abesse potest, è Cod. Urs. Ursino probante, revocavi. Malè οἰμώζει in Ed. Jungerman. operarum vitio, quod ipse posteà Jungermanus in mendorum elencho agnovit.

[P. 82, l. 2.] Καὶ αἵματι κείσεται πολλῷ. An legendum κἂν αἵματι κείσεται, pro καὶ αἵματι, ut infrà videbis Mollium p. 88, malè dedisse δὲ τῷ αὐλῶνι, pro κἂν τῷ αὐλῶνι? An post καὶ αἵματι κείσεται, addendum πεφυρμένη, vel quid simile? An pro κείσεται, legendum ῥεύσεται, ut apud Heliodor. L. IX, p. 441, πολλῷ αἵματι ῥεόμενον θεασάμενος, & apud Lucian. Dial. Mort. XIV, tom. I, p. 397, αἵματι ῥεόμενον, & de Saltat. tom. II, pag. 306, αἵματι ῥεομένους.

[P. 82, l. 4.] Πείσῃς αὐτήν σοι παρασχεῖν. Sic sola prior Par. habet αὐτήν; cæteræ omnes αὐτήν: undè miror Cl.

Cl. Bodenum annotasse, falsò legi αὐτὴν in Ed. Commel. in quâ ego inveni αὑτὴν cum spiritu aspero. Potest & scribi αὑτὴν cum tenui spiritu, & referri ad πείσῃς, cùm παρασχεῖν, quod hâc in re proprium est, absolutè interdùm dicatur. Sic infrà, L. IV, p. 122 Ed. Moll. ὄπισθεν παρασχεῖν τοιοῦτον οἷον αἱ αἶγες τοῖς τράγοις. Aristophan. in Lysistrat. v. 227:

Ἐὰν δέ μ' ἄκουσαν βιάζηται βίᾳ,
Κακῶς ΠΑΡΈΞΩ, κοὐχὶ προσκινήσομαι.

Quo sensu suprà, v. 162:

Παρέχειν χρὴ κακὰ κακῶς.

Lucian. Dial. Meretric. V, tom. III, p. 292, bis hoc sensu πάρεχε, & semel παρέσχον, absolutè usurpat. Sed Dial. Marin. XIII, tom. III, p. 320: ᾤετο ὑπ' ἐμοῦ ταῦτα πεπονθέναι, καὶ διὰ τοῦτο παρεῖχεν ἑαυτήν; ubi vides addi hoc ἑαυτὴν, quod & sæpè subauditur.

[P. 82, l. 8.] Ἄνδρα πεποίηκα. Confer summum Valckenær. in Euripidis Hippolyt. pag. 221, ubi nec hic Longi locus omittitur. Chariton, L. IV, p. 71: μνήσθητι τοῦ θαλάμου, καὶ τῆς νυκτὸς τῆς μυστικῆς, ἐν ᾗ πρῶτον σὺ μὲν ἀνδρὸς, ἐγὼ δὲ γυναικὸς πεῖραν ἐλάβομεν.

[P. 82, l. 13.] Ἀπήλλακτο. Duo primi Mss. R. ἀπήλακτο. Et sic in plerisque Codd. τὸ ἀλλάττω per unum lambda exaratum invenies.

[P. 82, l. 13.] Διοχλεῖν. Hoc sensu suprà, Libro II, p. 65 Ed. Moll. Pan dicitur Δρυάσιν ἐνοχλῶν. Heliodor. L. X, p. 233, οὐδὲ ἀνενόχλητον εἶχεν ἡ Χαρίκλεια τὸ κάλλος. Et ibid. p. 234, eodem sensu, ἠνώχλει.

[P. 82, l. 14.] Περιττότερον φιλήματος. Sic suprà, p. 79 Edit. Mollian. ἐζήτουν περιττότερόν τι φιλήματος καὶ περιβολῆς.

[P. 82, l. 18.] Ἀρτιμαθής. Mollius vertit, non ità pridem expertus. Jungermanus: non ità dudùm namque

periculum feeerat, ipſe à Methymnæis plagis affectus, & ideòque abhorrebar à ſanguine. Confer ſuprà, Lib. II, p. 43 Ed. Moll. & p. 46, ubi videbis Daphnim à juvenibus Methymnæis verberatum, faciem ejus ſanguine aſperſam, naresque ictu contuſas. Amyot autem per ἀρτίμαθὴς intelligit in amote tyronem, & nuper à Lycænio de rebus venereis edoctum. Vertit enim, pource qu'étant encore un nouvel apprenti.

[P. 82, l. 19.] Γνὺς ὃ τέρπεσθαι. Malè Moll. vertit: non autem ignarus ſeſe conſuero more cum illâ oblectare. Rectè Amyot: en réſolution de prendre avec elle les plaiſirs accoutumés ſeulement. Hîc γνὺς ſignificat, cum decreviſſet, ut paſſim alibi apud omnes Scriptores, & apud Longum, L. I, pag. 4 Edit. Moll. ἔγνωσαν καλῶς. Ibid. p. 14, ἔγνω ἐπιθέσθαι. L. III, p. 80, ἐπιθέσθαι δέγνω. Ibid. p. 109, ἔγνω διαφθεῖραι. P. 121, ἔγνω δρᾶσαι. Ibidem, γνὺς ὃ ταῦτα. P. 128, ἐγίνωσκεν τολμῆσαι φυγεῖν. De hâc hujuſce verbi ſignificatione confer Reitzium ad Lucianum in Lucio, tom. II, p. 587, & Cl. Berglerum ad Alciphron. L. I, Ep. XXV, p. 98.

[P. 83, l. 2.] Περιθεὶς. An poſt περιθεὶς ſubaudiendum τὴν ἧπαρ ἴων στέφανίσκον? Sic paulò infrà, p. 88 Ed. Moll. φιλήσας ἥδιον φίλημα, ἢ τὴν ἧπαρ ἴων στέφανον ἐκείνῃ περιθείς. Sed pro περιθεὶς, quod tamen habent omnes Edd. & Codd. legere mallem περιχυθείς; cui conjecturæ favent, Mollius vertens, ſimul brachiis circumdatis, Jungerman. interpretatus, illi circumfuſus, & Amyot, ſe jettant ſur elle. Sic Achill. Tat. L. II, p. 130, ΠΕΡΙΧΥΘΕΙΣ τὴν κόρην καλιφίλων. Idem ibid. p. 226, hoc ſenſu τὸ περιχυθῆναι adhibet.

[P. 83, l. 2.] Οἷον Λυκαίνιον. Malè Amyot: de la maniere que Lycænion l'avoit baiſé. Senſus eſt: quemadmodùm ipſe Lycænium oſculatus fuerat.

[P. 83, l. 5.] Τῶν ἴων κρείττονα. Suprà L. I, pag. 19 Edit. Moll. ἡ μὲν εἴκασεν αὐτοῦ τὴν κόμην, ὅτι μέλαινα, μύρτοις.

[P. 83, l. 5.] Καὶ πήρας προκομίσασα παλάθης μοῖραν. Tres Codd. R. καὶ πήρας πρὸς παλάθης μοῖραν; ubi πρὸς, pro προσκομίσασα, ut in Edd. Flor. & Commel. quarum posteriori hæc Huetius adscripserat: ἴσως, ἐκ πήρας παλάθης, vel πήρας, προσούσης παλάθης· γράφεται δὲ ἐκ πήρας πρὸς παλάθης μοῖραν. Hoc est, inquit idem Huet. præter portionem massæ ficuum, panes etiam è perâ depromptos præbuit. At verò Cod. Urs. Ursino & Jungermano probantibus, ac in suâ Editione sequentibus Jungerman. Moll. utroque Parisiens. Editore, ut & Lipsiens. καὶ πήρας προσκομίσασα παλάθης μοῖραν. Pro προσκομίσασα rectè prior Editor Par. & summus Hemsterhus. ad Xenophont. Ephes. in Miscellan. Observat. Vol. V, tom. III, p. 58, conjecerunt προκομίσασα. Sic suprà, L. II, p. 46 Ed. Moll. καὶ τῆς πήρας προκομίσασα. Hîc autem & illic Cl. le Fevre, pro πήρας, legit κἀκ πήρας, ut L. III, p. 75, ἐκ τῆς πήρας προεκόμιζε μελιτώματα πολλά; ubi vides addi illud ἐκ, quod & facilè potest abesse, cùm insit præpositio πρὸ in verbo προκομίζειν inclusa: ut L. II, p. 68 Ed. Moll. προήει τῶν θυρῶν, & pag. 72, τῆς δὲ αὐλῆς προῆλθεν, & p. 76, προῆλθον τῆς αὐλῆς, sine hâc præpositione ἐκ.

[P. 83, l. 8.] Νεοττὸς ὄρνιθος. Sic suprà, L. II, p. 33 Ed. Moll. ὥσπερ πέρδικος νεοττός. Et ibid. p. 35, καθάπερ ἀηδόνος νεοττός.

[P. 83, l. 11.] Ἄνεμος μὲν οὐκ ἦν. Sic suprà, L. II, p. 49: οἱ μὲν οὖν ἀπέπλεον εἰρεσίᾳ ταλαιπωροῦντες· ἄνεμος γὰρ οὐκ ἦν.

[P. 83. l. 11.] Ἐρέττειν. Sic omnes Edd. præter Moll. & hinc utramque Par. in quibus malè ἐρέσσειν.

[P. 83, l. 12.] Ἠπείγοντο. Hanc formam Atticam,

pro vulgato ἐπείγοντο, è tribus Codicibus Regiis revocavi.

[P. 83, l. 12.] Νεαλεῖς. Ammonius, voce Νεαρὸν, p. 97 Ed. Cl. Valckenær. Νεαλὲς δὲ, τὸ νεωστὶ ἑαλωκὸς, οἷον ἰχθύς. Δύναται δὲ καὶ νεωστὶ ἁλὶ πεπασμένον.

[P. 83, l. 13.] Τῶν τινι πλουσίων. Hanc unicè veram summi Hemsterhus. ad Lucian. tom. I, p. 82, emendationem secutus sum, & in textum recepi, prorsùs ejectâ absurdâ illâ omnium Codd. & Edd. lectione, τῶν τινῶν πλουσίων. Summus Hemsterhusius, loco citato, observat hanc articuli trajectionem in Herodoto esse frequentissimam, ut τῶν τις Περσέων, τῶν τι ἄλλο στομάτων τῶν Νείλου, τῶν τινος οἰκετέων εἶναι, de quo videndos monet Jac. Gronov. ad Herodot. pag. 35,7, 357,12, Atheu. III, pag. 108 D. Alciphron. L. III, Ep. 320, τῶν τινι γνωρίμων, ubi conferendus Bergler. & L. III, Ep. LXI, p. 428, τῶν γνωρίμων τινές. Ælianus Var. Histor. L. XIV. c. 29, τῶν οὖν φρονούντων τινές. Plato in Sympos. p. 104 Ed. Cl. Fischer. τῶν γνωρίμων τις. Homeri Schol. ad Il. Ξ, v. 295, τῶν εἷς γιγάντων. Vide & summum Valckenær. ad Herodot. L. VIII, p. 660, in τῶν τινες Φοινίκων. Achill. Tat. L. III, p. 296, τῶν δὲ λῃστῶν τινες. Et L. V, p. 482, τῶν συνόντων αὐτῷ τινες οἰκετῶν. Chariton, L. IV, p. 65, τῶν ἐργατῶν τινες. Immò ipse Longus, L. II, p. 42 Ed. Moll. τῶν δή τις ἀγροίκων. Et ibid. p. 53, τῶν ἀγροίκων τινά. Et L. IV, p. 137, τῶν δή τις ἰδόντων; quibus omnibus exemplis, ut & aliis infinitis quæ proferri possent, mirè confirmatur Hemsterhus. emendatio. Moll. infeliciter conjecit, post τῶν τινῶν πλουσίων, subaudiendum esse χάριν, vel ἕνεκα, vel ὄντας.

[P. 83, l. 15.] Τοῦτο κἀκεῖνοι δρῶντες. Id est, hoc idem faciendo, remos attollebant, provehebantur.

[P. 83, l. 15.] Κώπας ἀνέφερον. Attollebant remos. Thucydides, L. II, pag. 153,43: τὰς κώπας ἀδύνατοι

ὄνῆς ἐν κλυδωνίῳ ἈΝΑΦΈΡΕΙΝ. Sic anchoram ἀναφέρειν ſuprà dixit Longus, L. II, p. 54. Propriè ἀναφέρειν κώπας eſt remos à mari ad ſe reducere & attollere ſuſpenſos, antequàm eos rursùs demiſſos immergas. Nam qui remis navem propellit, is nihil aliud agit, niſi quod primò quidem remos in mare demittit; (quod τὰς κώπας καθιέναι εἰς ὑρεσίαν ſuprà vocat Longus, L. II, p. 54) deindè verò, & ſic ſemper, eoſdem è mari erectos attollit & ad ſe reducit, ἀναφέρει. At Cl. D'Orville ad Chariton. p. 122 Animadverſionum : κώπας ἐκφέρειν, eximere & ſolvere è ſcalmis, de aquâ tollere & ad latera navis reponere. Ἀναφέρειν dicuntur κώπας, ad κέλευσμα, quandò navigaturi ſunt, 3,87 Longus. (Ed. Moll.)

[P. 83. l. 16.] Κελευσής. De hâc voce, præter Scheffer. de milit. naval. 4,7, & Pollucis Interpretes L. I, 196, à Cl. Dukero ad Thucydid. L. II, p. 153, indicatos, confer & Cl. Pierſon. Veriſimil. L. II, c. 4, p. 186, ubi & hunc Longi locum laudat.

[P. 83, l. 16.] Ναυτικὰς ᾠδάς. Confer Achill. Tat. L. IV, p. 384, & ad eum Cl. Boden.

[P. 83, l. 18.] Καλὰ καιρὸν ἦν ἐκείνῃ φωνῆς. Sic & hodiè de nautis è Siciliâ in Melitam inſulam trajicientibus Cl. Brydone in ſuo elegantiſſimo Siciliæ Itinerario, Ep. XIV, t. I, p. 333 elegantiſſimæ verſionis gallicæ ab ingenioſiſſimo Démeunier conſcriptæ : les matelots commencerent leur hymne à la Vierge. La muſique étoit ſimple, religieuſe, & parfaitement d'accord avec le ſpectacle dont nous jouiſſions. Leurs rames battoient la meſure fort exactement, & ils obſervoient l'harmonie & la cadence d'une maniere préciſe. Idem & in Moluccarum inſulis obſervavit Cl. Sonnerat, p. 188 ſui Itinerarii, quod inſcriptum, Voyage à la nouvelle Guinée, prodiit Pariſ. anno 1776. L'art des rameurs conſiſte à frapper l'air tous en même temps dans une par-

faite égalité ; c'eſt ſans doute pour cette raiſon que pendant tout le temps qu'ils rament, ils s'excitent par des chanſons, ou ſe ſoutiennent par le bruit du timpanée, eſpece de tambour ; la meſure entretient la préciſion de leurs mouvements.

[P. 84, l. 2.] Ἠχεῖτο ἡ βοή. Malè Amyot per βοὴν intelligit remorum ſtrepitum, le bruit des rames. Infrà quidem diſtincta obſervabis ἰδίᾳ μὲν τῶν κωπῶν τ' ἦχον, ἰδίᾳ δ' τὴν φωνὴν τῶν ναυτῶν ; ſed hîc βοὴ eſt nautarum concinentium confuſa vox, quæ primùm è longinquo audiebatur, antequàm clara & diſtincta ad aures acciderent hortatoris carmina. Suprà de iiſdem nautis dicitur : οἱ δ' λοιποὶ, καθάπερ χορὸς ἐβόων, & infrà, ἠφανίζετο ἡ βοή ; ubi propriè clamor, βοὴ, vocatur ille inconditus nautarum concentus.

[P. 84, l. 3.] Κοῖλος γὰρ τῷ πεδίῳ αὐλὼν ὑποκείμενος. Sic & conjecit Cl. Wyttenbach, & edidit Cl. Boden, pro κοῖλος γὰρ τὸ πεδίον αὐλὼν ὑποκείμενος, quod in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ac in primo & tertio Codd. R. niſi quod in primo Cod. ut & ad tertii oram, malè αὐλῶν, pro αὐλών. Malè, pro ὑποκείμενος, Cod. Urſ. ὑπερκείμενος, & hinc Moll. pejùs, ac utraque Pariſ. Ed. τῷ πεδίῳ αὐλὼν ὑπερκείμενος. Malè Cod. R. II, τὸ πεδίον αὐλὼν ὑποκείμενον. Amyot videtur legiſſe, κοῖλος γὰρ τὸ πεδίον αὐλὼν ὑποκείμενος, & ſic conſtruxiſſe, τὸ γὰρ πεδίον, κοῖλος αὐλὼν ὑποκείμενος. Vertit enim, pourceque le champ voiſin du rivage de la mer en cet endroit là, τὸ γὰρ πεδίον, étoit une longue allée au-deſſous d'un coteau de montagne, κοῖλος αὐλὼν ὑποκείμενος.

[P. 84, l. 6.] Ἀπεδίδου τ' ἦχον. Sic loquitur Chariton, L. II, p. 27.

[P. 84, l. 8.] Ἀπὸ τ' θαλάττης φωνῆς. E duobus primis Codicibus Regiis reſtitui illud τῆς, quod ab omnibus

Editionibus abeſt. Sic ſtatim infrà, ἡ ἐκ ΤΗΣ γῆς.

[P. 84, l. 12.] Ἐτέρπετο τῇ νυί. Hoc è Cod. Urſ. Urſino probante, in textum revocavit Mollius & hinc uterque Par. Editor & Lipſienſ. Sic & in Cod. R. II. Hæc autem, & ſequentia uſque ad ἀχ ἐπειρᾶτο, omiſſa ſunt in C. Amyoti, ut ex ipſius verſione apparet, ac in Codd. R. I & III, ſed ad tertii oram conjecta ſunt. Malè in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ἐτέρποντο, pro ἐτέρπετο, cùm hæc ad ſolum Daphnim, non autem ad Chloën, vel nautas, pertineant; quod rectè vidit Jungermanus.

[P. 84, l. 13.] Θᾶττον πλερῶ. Minùs benè ad tertii C. R. oram, ἐκ ἧττον πλερῶ. Rectè poſt Columban. Moll. confert Homer. Od. H, v. 36:

Τῶν νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὸν, ἠὲ νόημα.

[P. 84, l. 14.] Διασώζεσθαι. Malè in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. διῳκῶσθαι. Sic ferè apud Plutarch. in Amator. p. 749, Autobulus amatorios ſermones relaturus dicit: μόνον εὐχώμεθα τῇ μητρὶ τῶν Μουσῶν ἵλεω εἶναι, & ΣΥΝΑΝΑΣΩΖΕΙΝ τὸν μῦθον.

[P. 84, l. 17.] Κελευόντων. Hoc ſenſu quo κελευστὴς & κέλευσμα, quæ hinc derivata ſunt. Achilles Tatius, L. II, p. 198, τὸ κυβερνήτου κελεύσντος, ubi vide Cl. Boden.

[P. 84, l. 19.] Παραπλευσάντων. Hanc Cod. Urſ. & duorum primorum Codd. R. ab Urſino probatam lectionem, ſuo tribuit ingenio & in textum revocavit Moll. quem in hoc ſecuti ſunt uterque Par. Editor & Lipſienſ. Sic quoque legit Amyot vertens, quand ils furent paſſés & éloignés. Minùs benè Edd. Flor. Commel. & Jungerman. παρακελευσάντων.

[P. 84, l. 20.] Καὶν τῷ αὐλῶνι. Sic unicè legendum cum Edd. Flor. Commel. & Jungerman. & cum tribus Codd. R. Malè Ed. Moll. & hinc utraque Par. & Lipſienſ. & τῷ αὐλῶνι.

[P. 85, l. 2.] Γελάσας ἡδύ. Sic apud Theocrit. Id. VII, v. 42 & 128, ἁδὺ γελάσαι.

[P. 85, l. 3.] Ἥδιον φίλημα. Theocrit. Id. XX, v. 1, ἁδὺ φιλᾶσαι.

[P. 85, l. 5.] Αἰτήσας μισθόν. Sic suprà, L. II, p. 60: ἐπηγγείλατο τὴν περὶ τῆς σύριγγος ἀφηγήσασθαι μῦθον, ὃν αὐτῷ Σικελὸς αἰπόλος ᾖσεν ἐπὶ μισθῷ.

[P. 85, l. 7.] Μελικαί. An Μέλιαι, quod video conjecisse & Cl. Jungermanum? Hesiod. in Theogon. v. 187:

Νύμφας θ' ἃς Μελίας καλέουσ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.

Mollius conjicit Μελιάδες, ut sint fraxinorum præsides, à μελία, fraxinus, quemadmodùm Δρυάδες, & Αμαδρυάδες, à δρῦς dictæ sunt. Ad Hesychium in Μηλιάδες vide Sopingium & Cl. Alberti. Huetius autem confert Ἐπιμηλίσι Νύμφαις, quod suprà vidisti, L. II, p. 65 Ed. Moll. Nescio autem cur Amyot Μελικαὶ verterit, Nymphes des près.

[P. 85, l. 8.] Ἕλειοι. Malè in Edd. Commel. & Jungerman. Ἔλειοι. Rectè Huetius, & Rhodomanus apud Jungerman. & hinc Moll. viderunt legendum Ἕλειοι, quod & in duobus primis Codd. R. ut hæ Nymphæ ab ἕλει, id est, à palude dictæ, eædem sint ac λιμνητίδες, ut infrà, Lib. IV, p. 136 Edit. Moll. ὄρνιθες ἕλειοι, aves palustres.

[P. 85, l. 8.] Πᾶσαι καλαὶ, πᾶσαι μουσικαί. Hæc in Cod. Amyoti, ut ex ipsius versione apparet, & in duobus primis Codd. R. omissa, ad tertii Cod. oram conjecta fuerunt. Sic suprà, L. II, p. 60 & 61 Ed. Moll. παρθένος καλὴ, καὶ τὴν φωνὴν μουσική.

[P. 85, l. 11.] Τρέφεται μέν. Illud μὲν omninò necessarium ob sequens παιδεύεται δὲ, sed in Editionibus Florent. Commelin. & Jungerman. & in tribus Codicibus Regiis omissum, è Cod. Ursini, Ursino probante, in textum

recepêre Moll. & uterque Pariſienſis Editor, ac Lipſienſis.

[P. 85, l. 12.] Ὑπὸ Μουσῶν. Malè poſterior. Par. Edit. ἀπὸ Μουσῶν, & paulò ſuprà ἀπὸ Νυμφῶν, pro ὑπό.

[P. 85, l. 14.] Παρθενίας ὡς ἄνθος ἀκμάζοντα. Hoc, Urſino probante, è Codd. Urſ. & Flor. quorum nullam feeit mentionem, in textum revocavit Mollius, & hinc uterque Par. Editor & Lipſienſ. Sic quoque habet tertii Cod. R. ora. At verò Edd. Flor. & tres Codd. R. παρθενίαν ὡς ἄνθος ἀκμάζοντα, pro quo pejùs Edd. Commel. & Jungerman. παρθενίαν ὡς ἄνθος. Rectè Jungermanus in mendorum elencho reſtituit ὡς, pro ὡς. Huetius ad oram ſui libri, χάριτας, παρθενίας ἀκμασάσης. Amyot vertit : étant jà venue en la fleur de ſon âge. An legit, ἡλικίας ὡς ἄνθος ἀκμάζοντα?

[P. 86, l. 1.] Ἔτι ᾄδοντα τὰ μέλη. Sic Edd. Flotent. Commel. & Jungerman. & poſterior Par. & C. R. II ; at verò C. R. I & III, C. Urſ. Urſino probante, ἔτι ᾄδων τὰ μέλη, quod Mollius in textum recepit, & hinc prior. Par. Editor & Lipſienſ. Priorem lectionem in ſuo Cod. invenit Amyot vertens : & en jetterent les membres çà & là, chantant encore ſes chanſons. Et jactant quoquò terrarum cantabunda adhue membra, ut interpretatur Jungerman. Sin autem legas, ἔτι ᾄδων τὰ μέλη, verte cum Mollio : illam diſcerpunt, atque terram in omnem, etiamnùm modulantem carmina, diſpergunt.

[P. 86, l. 1.] Τὰ μέλη Γῆ. Amyot vertit : la Terre conſerva ſon chant (τὰ μέλη), & retint ſa muſique (ἐτήρησε τὴν μουσικήν). Jungermanus autem & Mollius hîc pet μέλη, non carmina, ſed intelligunt membra. Sic quidem prior : verùm ea univerſa (membra) Terra in gratiam Nympharum condidit, & canendi vim conſervavit; poſteriot verò : ſed Terra, in gratiam Muſarum, euncta membra oeeuluit, muſicamque ſervavit. At Cl. Wyttenbach : « Μέλη

« nullâ ratione diverso sensu accipi potest, ut notet & car-
« mina & membra. Hoc, ultrà quàm dici potest, absurdum
« mihi videtur, & tamen Interpreti (Mollio) placebat.
« Mihi ἔτι ᾄδουσαν à glossatore adjectum, & locus ita cons-
« tituendus videtur : καὶ ῥίπτουσιν εἰς πᾶσαν γῆν τὰ μέλη,
« καὶ ταῦτα μὲν Γῆ χαριζομένη κ.τ.λ. ». Hactenùs
Cl. Wyttenbach. Mihi verò ἔτι ᾄδοντα τὰ μέλη ità reti-
nendum videtur, ut legas : ῥίπτουσιν εἰς πᾶσαν γῆν ἔτι
ᾄδοντα τὰ μέλη. Καὶ ΤΑ ΜΕΝ (vel καὶ ταῦτα μὲν) Ἡ
ΓΗ, χαριζομένη Νύμφαις, ἔκρυψε πάντα. Vides levis-
simâ unius literæ immutatione ΚΑΙ ΤΑ ΜΕΛΗ ΓΗ con-
verti in ΚΑΙ ΤΑ ΜΕΝ Ἡ ΓΗ, cùm prætereà illud μέλη
hîc à Glossatore ad oram apponi potuerit, ut indicaretur
ad quod referendum sit illud καὶ τά; vides τῇ Γῇ suum
restitui articulum Ἡ, qui & necessariùs, & malè omissus
erat, & servari illud elegantissimum ἔτι ᾄδοντα τὰ μέ-
λη, à quo non abludit hoc Virgilianum è Georgic.
L. IV, v. 525 :

Tùm quoque marmoreâ caput à cervice revulsum,
Gurgite quum medio portans Œagrius Hebrus
Volveret, Eurydicen VOX IPSA ET FRIGIDA LINGUA,
Ah miseram Eurydicen, animâ fugiente, vocabat.

[P. 86, l. 2.] Χαριζομένη Νύμφαις. Sic prorsùs
loquitur suprà, p. 83 Ed. Moll.

[P. 86, l. 2.] Καὶ ἐτήρησε τὴν μουσικὴν, καὶ γνώμῃ.
Hæc fortè quis sic interpretanda censeret : illa Echo suam
canendi vim conservavit, & Musarum decreto etiam nunc
vocem emittit, atque omnia imitatur, &c. vel, hæc mem-
bra suam canendi vim conservaverunt, & Musarum de-
creto, &c. Contrà omnes hùc usque Interpretes, Junger-
man. Moll. Amyot, non ad μέλη, non ad ipsam virgi-
nem, sed ad terram, illud καὶ ἐτήρησε τὴν μουσικὴν, ità re-
ferunt, ut sit ille sensus, quem in suâ versione expressit

Jungerman. Verùm ea univerſa (membra) Terra in gratiam Nympharum condidit, & canendi vim conſervavit, illaque Muſarum decreto emittunt vocem, atque nihil non imitantur. Quem ſenſum ſi ſequaris, ſic interpungendum eſt, longè aliter ac fecerunt omnes hùc uſque Editores: ἔκρυψε πάντα, καὶ ἐτήρησε τὴν μουσικήν. Καὶ γνώμῃ, &c.

[P. 86, l. 3.] Γνώμῃ Μουσῶν. Sic è Cod. Urſ. Urſino probante, reſtituit, & in textum recepit Mollius, & hinc uterque Pariſ. Editor ac Lipſienſ. Sic quoque habent tres Codd. R. at Edd. Florent. Commel. & Jungerman. γνώμῃ Μούσης.

[P. 86, l. 7.] Οὐκ ἐρῶν τυχεῖν, ἀλλ' ἢ μαθεῖν. Fortè quis pro ἢ scribat ἀλλ' ἤτοι, quod apud Homer. aliosque ſignificat, ſed certè. Hîc omnes Interpretes intelligunt, non cupiens illâ frui; ſed Cl. Abreſch. Animadverſ. ad Æſchyl. p. 300, putat Mollium vertentem, non ut illius amore potiatur, hujuſce loci ſenſum minimè aſſecutum fuiſſe, & hîc ſupplendum eſſe ἄλλου, ut ſit οὐκ ἐρῶν τυχεῖν ἄλλου, ἀλλ' ἢ, quod longiùs arceſſitum & fidiculis contortum videatur: at idem vir doctiſſimus rectè probat interdùm ἀλλ' ἢ valere ſimpliciter ἀλλὰ, ut apud S. Lucam in Evangel. c. 13, v. 51: δοκεῖτε ὅτι εἰρήνην παρεγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ· οὐχὶ λέγω ὑμῖν, ΑΛΛ Ἢ διαμερισμόν; ubi vides ἀλλ' ἢ, pro ſimplici ἀλλὰ uſurpari. Idem verè obſervat hîc οὐκ ἐρῶν τυχεῖν dici, ut apud Sophocl. Philoctet. v. 670, εἴ τι ἄλλο ἐρᾷς λαβεῖν; & Euripid. Iphigen. Taurid. v. 1041, ἐρᾷ νίψαι. Undè retinendum τὸ ἀλλὰ ἢ, & ſic intelligendum cenſeo: non ardens amore & deſiderio illius fruendæ, ſed cupiditate diſcendi quiſnam ſit, &c.

[P. 86, l. 10.] Παρὰ πολλά. Infeliciter Moll. conjicit πολλάκις, quod meritò rejecit Cl. Boden.

[P. 86, l. 12.] Ἠχώ. An ἡ Ἠχώ?

[P. 86, l. 15.] Καιναὶ τέρψεις καὶ θέρειοι. Sic suprà, L. I, p. 22, τοιάσδε τέρψεις αὐτοῖς τὸ θέρος παρεῖχε.

[P. 86, l. 16,] Ἐνήχετο ἐν τοῖς ποταμοῖς. Sic suprà, L. I, p. 17 & 18: ἦρος οὖν ἤδη τέλη, καὶ θέρους ἀρχή . . . ὁ μὲν οὖν Δάφνις θαλπόμενος τούτοις ἅπασιν, εἰς τοὺς ποταμοὺς ἐνέβαινε, καὶ ποτὲ μὲν ἐλούετο. Et p. 25, νηχόμενος ἐν ποταμοῖς.

[P. 86, l. 18.] Ἁμιλλώμενος πρὸς τὰς πίτυς. Suprà, L. I, p. 17 & 18: εἴκασεν ἄν τις καὶ τοὺς ποταμοὺς ᾄδειν, ἠρέμα ῥέοντας, καὶ τοὺς ἀνέμους συρίττειν τῶν πίτυσιν ἐμπνέοντας. Theocrit. Id. I, v. 1:

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τῆνα,
Ἁ ποτὶ τῶν παγαῖσι, μελίσδεται· ἁδὺ δὲ καὶ τὺ
Συρίσδες.

Confer & Achill. Tat. L. V, pag. 450; quod & contulit Huetius, qui primò infeliciter conjecerat & πρὸς τὰς ἴτυς; nam ἴτυς, inquit, est luscinia cantus, quam fistulâ provocare consueverat Daphnis. Sic suprà, L. III, p. 78: ἀπήρξαντο καὶ σύριγγος, καθάπερ τὰς ἀηδόνας ἐς τὴν μουσικὴν ἐρεθίζοντες. Αἱ δὲ ὑπεφθέγγοντο ἐν τῶν λόχμαις, καὶ τὴν ἴτυν κατ' ὀλίγον ἠκρίβουν. Hâc Huetii conjecturâ prorsùs rejectâ, omninò lege πίτυς.

[P. 86, l. 18.] Ἀηδόσιν ἐρίζουσα. Confer Longum, L. III, p. 78, in præcedenti notâ laudatum. Idem Lib. I, p. 8: ἀκούοντες μὲν τῶν ὀρνίθων ᾀδόντων, ᾖδον. Nicetas Eugenianus, Auctor ineditus, quarto de Chariclis & Drosillæ amoribus libro:

Λυπεῖς γὰρ, ὡς ἔοικε, τὰς ἀηδόνας,
Αἷς ἀντερίζει σὸν γλυκύτατον στόμα.
Μελισταγὲς γὰρ προσλαλεῖς ἡ παρθένος. (Quidni ὦ παρθένε?)

[P. 87, l. 1,] Ἓν δέρμα αἰγὸς ἐπεσύραντο. Sic apud Theocrit. Id. XVIII, v. 19:

ὑπὸ τὰν μίαν ᾤχετο χλαῖναν.

Ubi vide summum Valckenær. monentem hanc loquendi formulam illustratam fuisse à Berglero ad Alciphron. L. I, Ep. XXXVIII, p. 176, & hujus observatis nonnulla fuisse addita in Miscell. Observ. vol.V, p.59. Ex accuratâ exemplorum ibi productorum collatione apparet hîc à Longo indicatum fuisse, eos unâ eâdemque caprinâ pelle, tanquam veste stragulâ involutos & contectos simul concubuisse; quod ità evenit, ut tamen, quod infrà videbis, Daphnis cum intactâ Chloë rem non habuerit. Sic Alcibiades in Sympos. Platonis, non nimis longè à fine, cum Socrate, ut patrem cum filio, concubuisse se narrat: ὑπὸ τὴν τρίβωνα κατακλινεὶς τὴν τουτοῦ... κατεκείμην τὴν νύκτα ὅλην. Ut apud Athenæum, L. V, p. 219: Ἀλκιβιάδης συνεκοιμήθη ὑπὸ τὴν αὐτὴν γενόμενος χλαῖναν. Et apud Lucian. in Amor. p. 1066: δεῖ δὲ τῶν νέων ἐρᾶν, ὡς Ἀλκιβιάδου Σωκράτης, ὃς ὑπὸ μιᾷ χλαμύδι πατρὸς ὕπνους ἐκοιμήθη. Philostrat. Ep. 44, ἦν πτωχὸς ὁ Σωκράτης, ἀλλ' ὑπέτρεχεν αὐτοῦ τὴν τρίβωνα Ἀλκιβιάδης, κ.τ.λ. Hîc autem ἓν δέρμα αἰγὸς ἐπεσύραντο, est propriè unam eamdemque caprinam pellem ad se sursùm attraxerunt, ut se eâ involverent & cooperirent.

[P. 87, l. 2.] Ἐγένετο ἂν γυνή. Sic & puella apud Theocrit. Id. XXVII, v. 64, conferente & Cl. Warton. p. 301 Notar. Παρθένος ἔνθα βέβηκα, γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἀφέρψω. Quintilian. Institut. Orator. L. VI, c. 4: Cicero objurgantibus quòd sexagenarius Popiliam duxisset, cras mulier erit, inquit. Aristænet. L. I, Ep. XIV, p. 36: οὐκ ἐπιθυμεῖς, ὦ παρθένε, γινέσθαι γυνή;

[P. 87, l. 3.] Ἐτάραξε τὸ αἷμα. Scilicet Lycænium hanc ei virginei cruoris effusionem sic prædixerat, p. 85: Χλόη συμπαλαίουσά σοι ταύτην τὴν πάλην... ΑΊΜΑΤΙ κείσεται πολλῷ, καθάπερ πεφονευμένη. Ἀλλὰ σὺ τὸ ΑΊΜΑ μὴ φοβηθῇς... ἄγαγε αὐτὴν εἰς τοῦτο τὸ χωρίον, ἵνα...

κᾶν ΑΊΜΑΧΘΗ̃, λύσηται τῇ πηγῇ. Hinc ille ibid. paulò infrà: διοχλεῖν τῇ Χλόῃ περιττότερον ὤκνει φιλήματος καὶ περιβολῆς, μὴ θέλων αὐτὴν .... ΑΊΜΑΧΘΗ̃ΝΑΙ καθάπερ πεφονευμένην. Ἀρτιμαθὴς γὰρ ὢν ἐδεδοίκει τὸ ΑΊΜΑ, καὶ ἐνόμιζεν ὅτι ἄρα ἐκ μόνου τοῦ τραύματος ΑΊΜΑ γίνεται.

[P. 87, l. 6.] Ἠδεῖτο πυθέσθαι. Etenim, ut ait Nonnus, Lib. XLII, v. 15:

Πᾶσα γυνὴ ποθέει πλέον ἀνέρος· αἰδομένη δὲ,
Κεύθει κέντρον ἔρωτος, ἐρωμανέουσα καὶ αὐτὴ,
Καὶ μογέει πολὺ μᾶλλον, ἐπεὶ σπινθῆρες ἐρώτων
Θερμότεροι γεγάασιν, ὅτε κρύπτουσι γυναῖκες
Ἐνδόμυχον πραπίδεσσι πεπαρμένον ἰὸν ἐρώτων.

[P. 87, l. 7.] Μνηστήρων πλῆθος ἦν περί. Sic suprà, p. 71 Ed. Moll. ἦν οὖν πολὺ πλῆθος περὶ αὐτὸν τῶν χειμερινῶν ὀρνίθων.

[P. 87, l 10.] Οἱ μέν τι. C. R. III, οἱ μέν τοι.

[P. 87, l. 14.] Παρθενίαν ἀπολέσει. S. Chrysostomus de SS. Bernice & Prosdoce tom. I, p. 565 Ed. Fronton. Duc. ἴστε ὅτι καὶ θάλαμοι, καὶ γυναικωνίτιδες, καὶ θυραὶ, καὶ μοχλοὶ, καὶ φύλακες, καὶ προφύλακες, καὶ θεραπαινίδες, καὶ τιθηνοὶ, καὶ μητρὸς προσεδρία, καὶ πατρὸς πρόνοια, καὶ πολλὴ παρὰ τῶν γονέων ἐπιμέλεια γίγνεται, ὥστε διατηρηθῆναι τὸ τῆς παρθενίας ἄνθος, καὶ μόλις οὕτω διασώζεται. Ἐκείνη δὲ πάσης ταύτης τῆς φυλακῆς ἔρημος ἦν. Πῶς οὖν αὐτὰς διασώσαι εἶχεν παρθένους ἡ μήτηρ;

[P. 87, l. 15.] Ἐπὶ μήλοις. Acceptis malis rosisque, eâ conditione ut rosas malaque accipiat, aliquem pastorem suum faciet virum, eumque pro marito suo habebit. Enim verò conditiones pactorum similiumque rerum, ut rectè observaverunt Mollius ad hunc locum, & Reitz. ad Lucian. tom. II, p. 86, per præpositionem ἐπὶ cum dandi casu

exprimuntur. Sic ſummus ille Ruhnkenius, cujus amicitiâ, tanquàm maximo omnium bono, ſemper ſuperbiam, ad Xenophont. Memorabil. p. 229, vim præpoſitionis ὀπὶ cum dativo notandam monuit. Ἐπὶ τῷ βίῳ πανὶ, inquit, id eſt, eâ conditione, ut vitam ſalvam habeas. Ariſtophanes in Avibus, v. 153, Ὀπύνιος ἂν ἂν γενοίμην ὀπὶ τα-λάντῳ χρυσίου. Dio Chryſoſtom. Orat. XXXIII, p. 407, D: γυναικὶ μὲν δὴ τοιαύτῃ ξυνοικεῖν ἥδιος ἂν θελήσειεν, ἢ δὲ ὀπὶ πενταχοσίοις ταλάντοις. Præterea Mollius rectè ſuſpicatur hîc Longum alluſiſſe ad amantium mores, quorum qui vulgari amabant more, nec nimiùm inſaniebant, dicebantur ἁπλῶν μήλοις καὶ ῥόδοις, aut μήλοις καὶ στεφάνοις. Theocrit. Id. XI, v. 10, ab Heinſio apud Jungerman. & hinc à Mollio collatus:

Ἥρᾳ δ' ἔτι ῥόδοις, ἢ μάλοις, ἢδὲ κιχήνοις,
Ἀλλ' ὁλοαῖς μανίαις.

Apud Lucian. in Toxari, tom. II, p. 520, à Mollio laudatum, hæc Diniæ à Charieleâ mittuntur munera: στέφανοι ἠμιμάραντοι, καὶ μῆλά τινα ἀποδεδειγμένα. Diniæ autem hæc ſunt dona apud eumdem Lucian. tom. II, pag. 523: τὰ μὲν γὰρ δῶρα ἡ κλῦ μῆλα καὶ στεφάνους ἀντεδίδου αὐτῇ, ἀλλὰ σωοικίαν ὅλαν, καὶ ἀγροὺς, καὶ θεράπαιναν, καὶ ἐσθῆτας εὐανθεῖς κ.τ.λ. Suadet igitur Nape ut potiùs magna ipſe munera ab iis accipiat, qui Chloën ambibant, ejuſque nuptias expetebant, quàm ut ſinat eam temerè cujuſdam paſtoris mulierem fieri, à quo roſas duntaxat, ſeu poma, & alia hujuſce farinæ munuſcula, & leves quiſquilias, raptæ virginitatis pretium habitura ſit. Hîc autem ἄνδρα ποιήσεται, id eſt, virum ſuum, maritum ſuum faciet, dicitur, ut in Achill. Tat. L. VI, p. 536, τάχα καὶ γυναῖκα ποιήσεταί σε, uxorem ſuam faciet, reddet. Malè Jungerman. verterat, virum redditura obſcurum quemdam paſtorem ſub pomis aut roſetis, & malè annotaverat hoc ſanè dicere videri

verba, quòd ἀιχρυργήματα ejuſmodi, taleſve βιασμὸς plerùmque in ſylvis ſacratos fuiſſe notum ſit. Rectè Amyot, ſe marier pour des pommes, ou des roſes, avec quelque berger.

[P. 87, l. 16.] Δίσποιναν οἰκίας. Eodem ſenſu gallicè, maîtreſſe de maiſon. Chariton, L. II, pag. 55, δίσποιναν αὐτὴν ἀπέδειξε τῆς οἰκίας. Vide Menag. Juris Civilis Amœnitat. c. 25. Sic Theocrit. Id. XVIII, v. 38:

Ὦ καλὰ, ὦ χαρίεντα κόρα, τὺ μὲν οἰκέτις ἤδη.

Apud eoſdem Græcos δέσποινα idem quoque eſt quod gallicè une maîtreſſe, amaſia, ut apud Achill. Tat. L. II, p. 114 & 118, &c.

[P. 87, l. 21.] Ὠνομάζειν. Sic ſuprà, L. I, p. 14 Ed. Moll. Dryas in re ſimili τὰ ΩΝΟΜΑΣΘΕΝΤΑ δῶρα παρῄνεῖν. Apud Heſychium ὀνομῆναι & ὀνομάζαι explicantur ἐπαγγείλασθαι; nempè Heſychius, quod a nemine hùc uſque animadverſum eſt, reſpexit Od. Ω, v. 340:

ὄρχυς δέ μοι ὦδ' ὀνόμηνας
Δώσειν πεντήκοντα.

Et Il. I, v. 121:

Ὑμῖν δ' ὀν πάντεσσι φερίκλυτα δῶρ' ὀνομήνω.

Hoc ſenſu & τὸ ὀνομάζειν dicitur in Iliade I, v. 511:

Εἰ μὲν γὰρ μὴν δῶρα φέροι, τὰ δ' ὄπιθεν ὀνομάζοι.

Et Il. Σ, v. 449:

ἢ πολλὰ φερίκλυτα δῶρ' ὀνομάζων.

Ubi vides ὀνομάζεσθαι δῶρα hîc eſſe, promittere dona, eaque cum emphaſi recenſere, quâ ſignificatione augenda ſunt lexica. Sæpè enim ὀνομάζειν apud optimos Scriptores ſignificat, magnificè & cum oſtentatione prædicare, ut apud Demoſthen. κατὰ Μειδίου, tom. I, p. 565 Ed. Cl. Reisk. δεῖξαι δ' ἀγορᾶς ἔθει κυμβία, ἢ ῥυτὰ, ἢ φιάλας ὀνομάζων. Et in Orat. περὶ στεφάνου, pag. 237, lin. 11, μάλα σεμνῶς ὀνομάζων. Eodem ſenſu in ſimili occaſione apud Heliodorum,

Heliodor. L. V, p. 234, τὴν παρόντα πλοῦτον καταριθμούμενος.

[P. 88, l. 1.] Ποτὲ δὲ ὡς κρείττων. Hîc, post ποτὲ δὲ, omissum credo ἐννοήσας; quæ conjectura loci prorsùs similis comparatione confirmatur. Sic enim suprà, L. I, p. 14, de eodem Dryante, cui multa pariter dona à Dorcone, & ipso Chloëu ambiente, promittebantur: μικροῦ δεῖν ὁ Δρύας ΘΕΛΧΘΕΙΣ τοῖς δώροις, ἐπένευσε τὴν γάμον. ἐΝΝΟΗΣΑΣ δὲ ὡς κρείττονος ἡ παρθένος ἀξία νυμφίου κ.τ.λ. Amyot in suo Codice invenit ἐννοήσας, quum verterit: toutefois pensant en lui-même puis après.

[P. 88, l. 2.] Καὶ ὡς, εἴ ποτε. E tribus Codd. R. & ex Edd. Commel. & Jungerman. revocavi illud ὡς, quod, operarum vitio, observante ipso Columbanio in mendorum elencho, in Ed. Flor. in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. & Lipsiens. omissum fuerat. Sic infrà, p. 92 Ed. Moll. bis illud ὡς iterat: ὡς οὐκ ἀπείπατο Δρύας, ἀλλ' ὡς εἰς τὴν τρυγητὸν ἀναβέβληται.

[P. 88, l. 4.] Εἷλκε χρόνον. Codd. Flor. & Urs. ἤνεγκε, quam Codicum lectionem suo tribuit ingenio Moll.

[P. 88, l. 6.] Λυπηρῶς διῆγε. Sic apud Theocritum, Idyl. XI, versu ultimo, ῥᾷον διῆγε. Subauditur βίον, ut apud Latinos, peragere. Sic Pers. Satyr. V:

Varo regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages.

In quibus versiculis duplex hellenismus: prior, terebrare salinum, ut apud Græcos, ἁλίαν τρυπᾶν; de quo vide Bos. Animadvers. ad Scriptores quosdam Græcos, p. 44: posterior, perages, ut Græcum διάγειν.

[P. 88, l. 8.] Ἐλιπάρει. Hoc sensu apud Achill. Tat. L. V, p. 470, ἡ δὲ ἐλιπάρει. Et p. 476, λιπαροῦσα.

[P. 88, l. 8.] Ἐνέκειτο. Hoc sensu Heliodorus, Lib. I, pag. 19.

O

[P. 88, l. 10.] Πάντα αὐτῷ διηγῆται. Sic ſuprà, L. I, p. 4 Ed. Moll. πάντα αὐτῇ διηγῆται, πῶς κ.τ.λ. πῶς κ.τ.λ. P. 6, τῇ γυναικὶ διηγῆται τὰ ὀφθέντα. P. 26, ἡ ὃ αὐτῷ διηγῆται πάντα, ἢ δρόμον, ἢ κ.τ.λ. τὸ κ.τ.λ. πῶς κ.τ.λ. ὅτι κ.τ.λ. Ut L. IV, p. 112 & 128, καλαλέγει πάντα. Et L. II, p. 57, ἡ ὃ αὐτῷ κατέλιξε πάντα, ἢ τῷ αἰγῶν κιτίον, τὸν κ.τ.λ. τῷ κ.τ.λ. τὸ κ.τ.λ. τὸν κ.τ.λ. τὰ κ.τ.λ. ὅπως κ.τ.λ. Et p. 58, διηγῆται ἢ αὐτὸς ὅσα εἶδεν, ὅσα ἤκουσεν. P. 60, πολλὰ ἔλεξον, ὡς κ.τ.λ. ὡς κ.τ.λ. Et L. III, p. 74, ἢ διηγεῖσθαι πῶς κ.τ.λ. ἢ ὅπως κ.τ.λ.

[P. 88, l. 16.] Νεμέσης. Sic, pro vulgato μενέσης, reſtitui è duobus primis Codd. R. & è Cod. Amyoti, in quo procul dubio νεμέσης, cùm ille verterit : ſi Chloë déſiſtoit de venir aux champs garder les bêtes avec lui. Sic quoque conjecerunt prior Editor Pariſienſ. & Cl. Bernard ad Syneſ. de Febribus, p. 42. Et hanc lectionem confirmant ſequentia, ἢ ὅτι αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ τὰ προβατα μὴ τοιοῦτον ποιμένα ; quod rectè Amyot vertit : mourroient de déplaiſir s'ils perdoient une telle bergere.

[P. 88, l. 19.] Ἀνειſχών. Sic apud Achill. Tat. L. III, p. 260, ἀναφέρει ὃ λυπούμενον ὁ Ἡρακλῆς ; ubi vide Cl. Boden. Xenophon Epheſ. L. I, p. 11, ὀψὲ ὃ ὁ Ἀβροκόμης ἀνειγκών. Eumdem confer & L. II, p. 22 & 25, &c. & Heliodor. L. VIII, p. 396, Chariton. L. II, p. 33, & ad eum Cl. D'Orvill. p. 200 Animadverſ. & Hemſterhuſ. Miſcell. Obſervat. vol. V, tom. III, p. 63, ac J. F. Reitzium, qui apud Lucian. in Alexandro, tom. II, p. 232, hunc Longi locum laudat.

[P. 88, l. 19.] Ἀνεθάρρει. Minùs benè duo primi Codd. R. ἐθάρρει.

[P. 88, l. 19.] Πάσῃ ἐννόει. Sic infrà, L. III, p. 97 Ed. Moll. in re ſimili, πάσῃ ὑπιοχνῶν. Et L. IV, p. 139, πάσῃ ἐπηγέλλετο. Et L. IV, p. 121, πάσῃ ᾤετο.

[P. 88, l. 20.] Καὶ ἕνα. Amyot paulò aliter videtur legisse. Vertit enim : se mit en tête qu'il la pourroit bien avoir lui-même, s'IL la DEMANDOIT à son pere.

[P. 81, l. 28.] Ἠρίθμει. Propriè idem quod gallicè dicimus, se mettre sur les rangs. Theocrit. Idyll. XXVII, versu 23 :

Εἷς καὶ ἐγὼ πολλῶν μνηστὴρ τεὸς ἐνθάδ' ἱκάνω.

[P. 88, l. 21.] Ἐτάραττεν. Quo sensu suprà, pag. 90 Ed. Moll. Δάφνιν ἐτάραξε τὸ αἷμα.

[P. 89, l. 3.] Τῷ Λάμωνι μὲν οὖν οὐδέν. Hanc Ursini Cod. ab Ursino probatam lectionem in textum recepi. Cæteræ omnes Edd. omittunt illud οὖν. In Ed. Florent. operarum vitio, quod ipse Columbanius in mendorum elencho sustulit, τῷ Λάμωνι δὲ οὐδέν.

[P. 89, l. 4.] Ἐτόλμησεν εἰπεῖν. Xenophon Ephes. L. II, p. 24 : οὔτε γὰρ πρὸς τὴν Ἀβροκόμην εἰπεῖν ἐτόλμα. Malè autem hîc Moll. & hinc utraque Par. Ed. ἐτόλμησε εἰπεῖν, pro ἐτόλμησεν, quod in aliis omnibus Edd.

[P. 89, l. 5.] Λόγους προσήνεγκε. Xenophon Ephes. L. III, p. 53 : προσφέρει λόγον περὶ συνουσίας. Sic idem Xenophon loquitur Libro IV, paginâ 60, ut & Chariton, L. II, p. 25.

[P. 89, l. 6.] Ἐκοινωνήσατο. Suprà, L. I, p. 7, κοινώσαντες ἀλλήλοις τὸ ὄναρ. Vide omninò Mœrim Atticistam de voce Ἀνακοινῶσαι, p. 20, ac præsertìm Cl. Pierson. ad hunc locum.

[P. 89, l. 8.] Λοιδορήσαντος εἰ. Rectè hîc & suprà, p. 6 Notar. Moll. observat εἰ aliquandò politioribus Græcis, pro ὅτι usurpari, præsertìm si sequitur verbum affectum aliquem animi significans. Sic suprà, L. I, p. 4 Edit. Moll. αἰδεσθεὶς εἰ μηδὲ μιμήσεται. Et infrà ibid. τῆς δὲ ἐκπλαγείσης, εἰ παιδία τίκτουσιν αἶγες. Et p. 7, ἤχθοντο εἰ ἔσοιντο καὶ οὗτοι αἰπόλοι, τύχην ἐκ σπαργάνων ἐπαγγελ-

λόμενοι κρείττονα. Et L. III, p. 80, ἔκλαυσεν εἰ καὶ κριῶν ἀμαθέστερος. Infrà, Lib. IV, p. 111 Ed. Moll. ἐθρήνει εἰ κρεμήσεται.

[P. 89, l. 11.] Ἐλευθέρους θήσει. Sic suprà, L. III, p. 91 Ed. Moll. κρείττων ἐστὶν ἡ παρθένος μνηστήρων γεωργῶν, καὶ εἴ ποτε τοὺς ἀληθινοὺς γονέας εὕροι, μεγάλως αὐτοὺς εὐδαίμονας ΘΗΣΕΙ. Et L. IV, p. 121, ἔφη ταχέως ἐλεύθερον ΘΗΣΕΙΝ.

[P. 89, l. 12.] Φοβουμένη μὴ τολμήσει. Cave legas in futuro τολμήσῃ. Sic enim rectè Abresch. vir doctissimus, in Miscell. Observat. novis, tom. III, p. 12 & 13: « dubius diù « fui, verusne & omni esset exceptione major Grammatico- « rum canon, subjunctivum carere futuro, quòd ejus passim « se offerrent vestigia: sed perpendenti usum, si obtineret, « fore nullum; nec latinam prætereà, aut alias linguas « agnoscere; visum est statuendum, loca, quæ præ se fer- « rent, à sciolis esse corrupta, qui, quòd voculas quasdam « novissent aliis temporibus additas ut plurimùm regere « conjunctivum, easdem ubi cum futuro indicativi positas « observatent, ad eamdem structuram, & hoc accommo- « daturi, loca ut putabant minùs integra διορθωσόμενοι « ἔλαθον παρορθοῦντες κ.τ.λ. ». De quo vide & Cl. Fischer. p. 174 & 175 libelli Animadversion. quibus Jac. Welleri Grammatica Græca emendatur, suppletur, illustratur; quem libellum hîc indico, ut tironibus, quibus utilissimus est, commendem. Igitur apud Heliodor. Lib. II, pag. 65, ubi δείσας μήτι κακὸν ἑαυτῷ ἐργάσηται, pro ἐργάσηται, lego ἐργάσεται; nisi hîc τολμήσῃ & ἐργάσηται sint aoristi.

[P. 89, l. 16.] Φερούσης τι μᾶλλον. An hîc quiddam excidit, ut ἢ αἰτούσης, aut aliquid simile, quod in suâ versione expresserunt Jungermanus & Amyot; quorum prior quidem: opus habemus nuru, quæ magis adferat aliqua, quàm quæ à nobis multa capiat; posterior verò: nous avons

besoin d'une fille qui nous apporte plutôt qu'à qui y faille donner. Paulò enim infrà, πεῖσον πατέρα μηδὲν Α'ΙΤΕΙΝ μέγα. Moll. vertit: quin potiùs opus habemus, quæ conferat aliquid sponsâ.

[P. 89, l. 16.] Οἱ δὲ πλούσιοι. Rectè Jungerman. illi contrà opulenti, scilicet Dryas & Nape. Malè Moll. & divites etiam opulentos sibi petunt sponsos; nisi quis fortè legere tentet νυμφῶν, sponsarum, pro νυμφίων, ut sit sensus: quantò magis igitur nos, quibus res angusta domi, divite sponsâ opus habemus? Sed ab hâc conjecturâ abstinendum.

[P. 89, l. 19.] Πάντως δέ που κἀκείνη. Sic Cod. Urs. Ursino probante, & hinc Ed. Lipsiens. Illud δέ που in aliis omnibus Edd. ita omissum est, ut Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ac C. R. II, post γαμεῖν distinguant, & habeant, πάντως κἀκείνη φιλεῖ σε. At Ed. Moll. & hinc utraque Par. non post γαμεῖν, sed post πάντως interpungentes, habent γαμεῖν πάντως· κἀκείνη φιλεῖ σε. Et hoc quidem malè; frustrà enim γαμεῖν πάντως interpreteris, quocumque modo, sub quibuslibet conditionibus. Quid autem apud optimos Scriptores discriminis sit inter γαμεῖν & γαμεῖσθαι, quorum prius quidem de viro, posterius verò de feminâ dicitur, vide apud Ammon. p. 36, & apud summum Valckenær. Animadvers. ad Ammon. p. 59.

[P. 90, l. 3.] Παρῃτῆσθαι τὸν γάμον. Sic suprà, L. I, p. 14, δῶρα παρῃτήσατο. Hîc igitur in mediâ voce, non autem passivâ, ut Mollio visum, hoc verbum usurpatur. Εὐπρεπῶς autem hîc eodem sensu dicitur, quo suprà, L. I, p. 19 Ed. Moll. εὐπρεπῶς δὲ τὸν σύριγγος τὴν Χλόην ἐφίλει, id est, cum specioso prætextu.

[P. 90, l. 4.] Λελεγμένα. Hanc duorum primorum Codd. R. & Codicis Ursini ab Ursino probatam lectionem, pro suâ emendatione venditavit Mollius, & in textum recepit Cl. Dutens. Cæteræ Edd. λεγόμενα.

[P. 90, l. 5.] Λειπόμενος δὲ πολὺ τῶν αἰτουμένων. Jungerman. vertit : quum longè abesset ab iis quæ expeteret. Mollius verò : cùm esset longè inferior reliquis qui ambibant ; quod & defendi posset : sed hoc sensu potiùs αἰτεῖν, quàm αἰτεῖσθαι dicitur ; ut suprà, pag. 91, πρὸς γάμον αἰτοῦντες αὐτήν. Malè Amyot : connoissant qu'il s'en falloit beaucoup qu'il ne pût payer ce qu'on lui demandoit.

[P. 90, l. 5.] Τὸ σύνηθες ἔπραττε. Aristænet. L. II, Ep. XX, p. 103 : ὁ μὲν γὰρ ἱκετεύων ἔφασκε ταῦτα δὴ τὰ μυριόλεκτα καὶ συνήθη πρὸς τὰ παιδικὰ τοῖς ἐρῶσιν. Idem, L. II, Ep. II, p. 74 : τοῦτο δὴ τὸ σύνηθες ὑμῖν τῶν ἐλευθέραις, ἠρέμα παρεκαλύψω. Et ibid. Ep. IV, p. 76, τὸ σύνηθες ὑπεσύριττον.

[P. 90, l. 8.] Ἐφίστανται. Suprà, L. II, p. 50 Ed. Moll. αὐτῷ αἱ τρεῖς ἐφίστανται Νύμφαι, μεγάλαι γυναῖκες καὶ καλαὶ, ἡμίγυμνοι καὶ ἀνυπόδητοι, τὰς κόμας λελυμέναι.

[P 90, l. 9.] Ἡ πρεσβυτάτη πάλιν. Sic suprà, loco citato : ἡ πρεσβυτάτη λέγει ἐπιῤῥωννύουσα, cæteræ autem tacent.

[P. 90, l. 10.] Γάμου μὲν μέλει. Malè in Edd. Florent. & Commel. μέλλει, pro quo rectè Jungermanus è Cod. Ursini, Ursino probante, & hinc omnes Editores restituerunt μέλει. Sic suprà, p. 50, Nympharum natu maxima ei dicit : Χλόης ἡμῖν μᾶλλον ἢ σοὶ μέλει. Et paulò infrà, p. 51 : τὰ δὲ ἄλλα μελήσει περὶ ὑμῶν Ἔρωτι.

[P. 90, l. 10.] Τῆς Χλόης ἄλλῳ θεῷ. Nescio cur Mollius, (quem in hoc, ut & in omnibus aliis, secutus est prior Editor Par.) absurdè legit ἀλόης, pro Χλόης, quod in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. aliisque omnibus, & stultè vertit, alii deo conjugii amator curæ est, ac in notâ dicit esse conjugium, cui plurimæ sunt admixtæ molestiæ ac ærumnæ. Nam, inquit, est aloë frutex quidam, odore

gravi, ſapore amariſſimo. Idem tamen, ut & ptior Pariſ. Editor, conjicit Χλόης; & ſuſpicor Mollium, hominem vaniſſimum, & ridiculum thraſonem, ineptum illud & inſulſum ἀλόης, quod nuſquam invenire potuit, de ſuo dediſſe, & veram lectionem deditâ operâ pervertiſſe, ut certæ emendationis gloriolam captaret.

[P. 90, l. 12.] Θέλξει. Sic ſuprà, L. I, p. 14 Edit. Moll. ὁ Δρύας θελχθεὶς τοῖς δώροις. Et L. III, pag. 91: ὁ Δρύας ποτὲ μὲν ἐθέλγετο τοῖς λεγομένοις.

[P. 90, l. 11.] Τὴν λύγον. Sic in poſterior. Par. Ed. reſtituimus. Malè cæteræ omnes Edd. & Mſſ. τὴν λύγον; ſemper enim femininum eſt λύγος. Suprà, L. II, p. 30 Ed. Moll. λύγου ξηρᾶς πληγαῖς κατεξασμένης. Et pag. 42, λύγον χλωρὰν μακράν. Et ibid. λύγον τὴν χλωρὰν, ᾗ δέδετο ἡ ναῦς, ἀπέφαγον. Et p. 44, λύγῳ χλωρᾷ. Et ibid. τήν τε λύγον κατεσθίουσι, ut & p. 45, ἀλλὰ ἀπέφαγον τὴν λύγον.

[P. 90, l. 14.] Μακρὰν τῆς γῆς. Sic ſuprà, L. I, p. 10, κομίσαντες ΜΑΚΡΆΝ. Operarum autem vitio, in Ed. Moll. omiſſum fuit γῆς.

[P. 90, l. 14.] Ὑπηνέχθη. Confer ſuprà, Libro II, p. 43, ubi κινηθέντος ἀπὸ τῶν ὀρῶν πνεύματος, λυθεῖσαν ναῦν ὑπήνεγκεν ἡ παλίῤῥοια τῶν κύματος.

[P. 90, l. 15.] Ταράξαντος ἀνέμου τὴν θάλατταν. Sic tres Codd. Reg. & Edd. Florent. Commel. ac Jungerman. Malè autem Ed. Moll. & hinc utraque Pariſienſ. & Lipſienſ. ταράξαντος ἀνέμου ἘΠΙ θάλατταν.

[P. 90, l. 17.] Ἐξεβράσθη. Præter Ulpianum, L. III, 6, & Brodæum L. X Miſcell. c. 12, à Jungermano & hinc à Mollio laudatos, confer & Schottum Obſervat. Humanar. L. V, c. 30, p. 243.

[P. 90, l. 18.] Βαλάντιον τρισχιλίων δραχμῶν. Rectè Mollius confert Herodian. qui, L. V, in Macrino, eâdem formâ dixit: βαλάντιά τε χρημάτων αὐτοῖς ἐπέδειξαν.

Rectè idem addit in his loquendi formulis ſubaudiri μισθὸν, aut aliquid ſimile, quod ſic ipſe Longus infrà ſupplet, L. III, p. 95 Ed. Moll. βαλάντιον ἀργυρίου μισθόν. Sic ſuprà in γήλοφοι κλημάτων, νομαὶ προιμίων, paginâ 3 Editionis Mollianæ, obſervavimus adjectivum μισθὸς eſſe ſubaudiendum. Sic gallicè, une bourſe de cent louis.

[P. 90, l. 19.] Ἀπιπλύθη. Alciphron, L. I, Ep. X, p. 40, ἐκ ναυαγίας ἀποπλυθὲν σῶμα; de quâ voce vide ibid. Cl. Bergler.

[P. 91, l. 3.] Νῦν. Vel τὸ νῦν.

[P. 91. l. 5.] Ταῦτα εἰπόντας, τῇ νυκτὶ συναπῆλθον. Malè Edd. Flor. Commel. & Moll. non poſt εἰπόντας, ſed poſt τῇ νυκτὶ, ita diſtinguunt, ut ſit, εἰπόντας τῇ νυκτί; quod & meritò damnat Cl. Boden. Rectè Amyot, diſparurent avec la nuit.

[P. 91, l. 6.] Ἀναπηδήσας περιχαρὴς, ἤλαυνε. Solus ego diſtinxi poſt περιχαρὴς, ne referatur ad ſequens ἤλαυνε, ſed ad præcedens ἀναπηδήσας. Alciphron, L. III, Ep. X, p. 300, ἀνιχόμενος περιχαρὴς ἦν ἐγώ. Contrà apud Achill. Tat. L. I, p. 24, ἀναβορῶν περιδεὴς. Idem L. VII, p. 618, περιχαρὴς ἐγένετο.

[P. 91, l. 11.] Τῆς κυμαλωγῆς. Malè in omnibus Edd. & in uno ex Urſ. Codd. & in duobus primis R. legitur κυμαλώδους γῆς, quæ eſt gloſſa. Reſtitui veram lectionem κυμαλωγῆς, quæ & in Flor. & Urſ. Codd. & ad oram tertii Regii, quamque Codicum lectionem & à ſummo Valckenærio probatam, Columbanio ſublegit Mollius & pro ſuâ emendatione venditavit. Sic & in Luciani Timone, tom. I, p. 174, ſummus Hemſterhuſ. pro ἡ κυμαλώδους γῆς, è Regio Cod. repoſuit κυμαλωγῆς, & idem in Longo legendum monuit. Sic & in Hermotimo, tom. I, p. 828, Cl. Grævius pro ὅπῃ τὴν κυμαλώδη, legit ὅπῃ τὴν κυμαλωγὸν, & confert Lucianum in Navigio, (tom. III, pagin. 254.)

ἀπόξυροι δέ εἰσι πέτραι, ὀξεῖαι, παραθηγόμεναι τῷ κλύσμαλι, καὶ φοβερώτατον ποιεῦσι τὸ κυμαλωγὸν, & Herodot. Lib. IX, p. 737, ubi vide & Cl. Weſſeling. qui rectè comparat & eumdem Herodotum, Lib. IV, p. 367, apud quem, ut apud Auctorem vitæ Homer. c. 19 & 34, & apud Sextum Empirie. L. VII, c. Mathematie. p. 395, habes κυμαλωγὸν, id eſt, ἀκτὴν ἔνθα τὰ κύματα ἄγνυται, ſive littoris crepidinem, quam verberat unda maris, explicante Euſtathio ad Odyſſeam E, p. 230,48 Ed. Baſileæ, anno 1559. Mollius autem monet alibi apud Herodotum ſcribi κυμαλωγὰ, ὀξυτόνως, alibi verò κυμαλώτη, παροξυτόνως. At video Græviun damnaviſſe illud κυμαλώτη, παροξυτόνως, & paſſim ab Hemſterhuſ. aliisque in Lucian. ab Euſtath. ab Heſychio & Suidâ in hanc vocem, ab Agathiâ, L. III, p. 97, &c. à ſummo Valekenærio ad Herodotum, L. IV, pag. 367, &c. κυμαλωγὸν, & contrà κυμαλώτην à Cl. Weſſeling. in Herodoto conſtanter ſcribi. Amyot autem in hoc Longi loco vertit, au long du rivage.

[P. 91, l. 13.] Οὐκ ἀγαθὸν ὀδωδώς. Sic prorsùs gallicè dicitur, qui ne ſent pas bon. Hîc autem emphaſis ineſt in hâc negatione, ut ſuprà, L. II, p. 51, ὡς ἀληθὲς πολέμιος, id eſt, peſſimus hoſtis.

[P. 91, l. 14.] Μυδῶν. Eodem ſenſu apud Aleiphron. L. I, Ep. 17, p. 66, habes κάμηλον μυδῶσαν. De hâc autem voce μυδᾶν confer ſummum Ruhnken. ad Timæi lexicon p. 132, & Koën. ad Gregor. de Dialect. p. 264 & 265.

[P. 91, l. 19.] Τὰς Νύμφας εὐφημῆσαι. Amyot in ſuo Codice videtur inveniſſe προσκυνῆσαί τε καὶ εὐφημῆσαι. Vertit enim : mais il ne partit point de là qu'il n'eût premierement ADORÉ & remercié les Nymphes. Paulò ſuprà dicitur, pag. 95 Ed. Moll. τὰς Νύμφας προσκυνήσας. Et libro II, paginâ 52 : τὰ ἀγάλματα τῶν Νυμφῶν προσκύνει.

[P. 92, l. 1.] Συλλαμβάνουσαν. Vide Cl. Abreſch. qui hunc Longi locum profert in Lection. Ariſtænet. p. 47.

[P. 92, l. 2.] Εἰλημμένῃ δή. Hoc ἤ, quod in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. fuerat omiſſum, è Cod. Urſini, Urſino probante, revocavit Mollius, & hinc utraque Pariſ. Ed. & Lipſienſis.

[P. 92, l. 2.] Εἰλημμένῃ ἢ τῷ τριχιλίων. Summus Valckenær emendat εἰλημμένων ἢ τῶν τριχιλίων. Rectè enim dicitur λαβέσθαι τινὸς, ſed non item εἰλημμένῃ τινός.

[P. 92, l. 7.] Συνίσας. Subauditur δρόμον, quem ipſe Longus ſic infrà ſupplet, L. IV, p. 138 Ed. Mollian. σωίτεινε δρόμον.

[P. 92, l. 7.] Σοβεῖ. Confer Thomam Magiſtrum, qui in Ἀποβοβῶ, p. 101 & ſeqq. βοβῶ explicat περιπαρρησιασμένως χωρῶ, ubi vide ſummum Hemſterhuſ. à quo hic Longi locus profertur.

[P. 92, l. 8.] Ἀλωνοτριβοῦντα. Areâ meſſes terentem. Vide ſummum Valckenær. Animadverſ. ad Ammon. Lib. I, c. 4, p. 22, ubi hunc Longi locum laudat.

[P. 92, l. 11.] Κλᾶν ἄμπελον. Vide Cl. D'Arnaud, Lection. Græc. L. I, c. 12, p. 81, Cl. Pierſon. in Mœrim Atticiſtam, voce Κλάσαι, p. 228, & imprimis perdoctam ſummi Hemſterhuſ. obſervationem in Addendis ad Thomam Magiſtrum, ad p. 536, ubi & hunc Longi locum laudat. Hîc autem prior Par. Editor, pro κλᾶν conjecit κλαδᾶν, quâ emendatione carere potuiſſemus. Tres autem Mſſ. R. omittunt illud κλᾶν, quod tamen ad tertii oram conjectum fuit, & à Cod. Amyoti abeſſe potuit, cùm verterit: je ſais bien béſogner aux vignes & aux olives.

[P. 92, l. 11.] Φυλὰ καλοφύτλφν. Sic ſuprà, p. 13 Ed. Moll. vidiſti Δρύαντα φυλὸν καλοφύτλοντα.

[P. 92, l. 12.] Τῶν ἀρῶν. Thomas Magiſter, p. 111, & Mœris Atticiſta, p. 22, in hanc vocem obſervant Atticos

dicere ἀρῦν, cæteros autem Græcos ἀροτριᾶν. Hîc autem Edd. Flor. Commel. & Jungerman. habent γῆς ἀρῦν. At Moll. è Cod. Urſ. Urſino probante, & hinc utraque Pariſ. Edit. ut & Lipſienſ. γῆν ἀρῦν, quod & in duobus primis Codd. R.

[P. 92, l. 12.] Λικμᾶσθαι πρὸς ἄνεμον. Bacchylides, Epigrammat. XX, p. 153 tomi primi Analectorum Poëtarum Græcorum:

Εὔδημος τ' νηὸν ἐπ' ἀγρῷ τόνδ' ἀνέθηκε,
Τῷ πάντων ἀνέμων πιοτάτῳ Ζεφύρῳ.
Εὐξαμένῳ γάρ οἱ ἦλθε βοηθόος, ὄφρα τάχιστα
Λικμήσῃ πυρόνων καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων.

[P. 92, l. 17.] Ὑπεβάλλομεν. Fortè quis conjiciat ὑπεβαλλόμην, ut referatur ad ſolum Daphnim; ſed malo de Lamone ſimul & Daphnide intelligere ὑπεβάλλομεν. Huetius autem miratur quomodò Daphnis hîc dicere queat eos priùs, hircorum inopiâ, alienis in admiſſurâ uti coactos fuiſſe, cùm contrà ipſe Longus ſuprà ſcripſerit, L. I, p. 10 Ed. Moll. in hoc grege duos hircos fuiſſe; ſed Huetio poteſt reſponderi, hoc tempore hircos extitiſſe, quia jam ab aliquo tempore capellas paſcebat Daphnis: vel, quamvis hirci in hoc grege adeſſent, eos tamen non ſatis firmos & robuſtos fuiſſe, ut, in ſpem gentis, capellarum admiſſuræ deſtinarentur; quod ultimum placuit Mollio.

[P. 92, l. 18.] Ἄμεμπτος. Xenophon Sympoſ. c. 2, p. 122: δεῖπνον ἄμεμπτον ἡμῖν παρέθηκας; ubi rectè Cl. Bachius in Indice obſervat in hoc loquendi genere ineſſe λιτότητα quamdam Scriptoribus ſatis frequentem.

[P. 92, l. 19.] Τῶν ἄλλων κραιῶν. Suprà, p. 92 Ed. Moll. πολὺ κραιήσειν ἤλπιζε τῶν ἄλλων.

[P. 93, l. 2.] Ἀεὶ ὑμῖν. Illud ὑμῖν, quod in tribus Codd. R. in Edd. Florent. Commel. & Jungerman. deeſt, è Cod. Urſ. Urſino probante, revocavit Mollius, & hinc

uterque Par. Editor, ut & Lipſienſis. Fruſtrà Mollius hanc Codicis lectionem ſuo ingenio tribuit, & affirmat in ſuo Codice legi παρ' ἐμοῦ ᾗ αἰ. Nam cùm per ſuum Codicem ſemper intelligat Editionem Commel. quod jam obſervavimus, & plurimis exemplis confirmare poſſemus, in Ed. Commel. ut & in Florent. rectè haberur παρ' ἐμοῦ ᾗ αἴδε. Amyot in ſuo Cod. invenit ὑμῖν; nam vertit: voici trois cent écus comptans (αἴδε) que je te donnerai (ὑμῖν).

[P. 93, l. 4.] Περιβαλών. Malè ad oram Codicis Reg. III, περιλαβών.

[P. 93, l. 5.] Τοσοῦτον ἀργύριον. An aliquid ampliùs hîc in ſuo Cod. invenit Amyot vertens: voyant ſi groſſe ſomme de déniers, qu'ils n'en avoient jamais tant vu enſemble.

[P. 93, l. 6] Ἐπηγγέλοντο. Sic emendavi è duobus primis Codd. R. pro ὑπηγγέλοντο, quod in omnibus aliis Edd. Confer quæ ſuprà annotavimus ad p. 13 Ed. Moll. in hæc verba, δῶρα πολλὰ ἀπηγγέλλετο. Fortè hîc librarii lapſus ortus eſt è proximè ſequenti, ὑπισχνοῦντο; niſi, quod minùs arridet, retinere malis ὑπηγγέλλοντο, & vertere, ſubobſcurè innuerunt, annunciaverunt. Amyot autem in ſuo Codice invenit ἐπηγγέλλοντο; vertit enim: lui promirent ſur le champ.

[P. 93, l. 7.] Πείσειν ὑπισχνοῦντο. Sic in re ſimili infrà, L. IV, p. 139, πείσειν αὐτὸς ἐπηγγέλλετο.

[P. 93, l. 7.] Ἡ μὴν ἄν. Cod. Urſ. Urſino probante, ἢ μὴν δή, quod & in duobus primis Codd. R.

[P. 93, l. 8.] Τὰς βοῦς. Cod. Urſin. Urſino probante, τὰς βοῦς.

[P. 93, l. 9.] Τριβόλους. Hoc, pro τριβίους, quod in omnibus aliis Edd. in textum recepit Cl. Dutens, Mollii notam ſecutus, qui hanc, ut alias ferè omnes, Jungermano debet emendationem. Τρίβολος autem, quod & latinè dicitur tribula & tribulum, eſt vehiculum, quo maturæ

fruges in areâ terebantur, & è ſpicis excutiebantur grana. De hoc Jungermanus videndos monet Nonium & Iſidor. ult. Orig. 14, Varron. de linguâ lat. L. IV, & L. I, de re ruſticâ, c. 22, Caton. de re ruſticâ, c. 135. Sic Columell. L. II, de re ruſticâ, cap. 21 : at ſi competit, ut in areâ teratur frumentum, nihil dubium eſt, quin equis meliùs, quàm bobus ea res conficiatur; at ſi pauca juga ſunt, adjicere tribulam, & traham poſſis, quæ res utraque culmos facillimè comminuit. Et Varro de re ruſticâ, L. I, c. 52 : è ſpicis in aream excuti grana, quod fit apud alios jumentis junctis, ac tribulo; id fit è tabulâ lapidibus aut ferro exaſperatâ, quæ impoſito aurigâ, aut pondere grandi trahitur jumentis junctis, ut diſcutiat è ſpicâ grana, &c. Plin. Lib. VIII, c. 39, à Mollio laudatus : meſſis tribulis in areâ extunditur. Callimachus, hymn. in Cererem, verſ. 20, ab eodem Jungermano laudatus:

Κάλλιον, ὡς καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρώτα
Ἀχαιῶν ἀπέκοψε, καὶ ἐν βόας ἧκε πατῆσαι,
Ἀτρέκα Τριπτόλεμος ἀγαθὰν ἐδιδάσκετο τέχναν.

Ad quem locum Grævius monet & ab Hebræis boves in triturando adhibitos fuiſſe, cùm ſit hæc lex Moſis, Deuteron. 25, 4, trituranti bovi os non obligabis. Idem Jungerman. obſervat in Gloſſis græco-latinis, ubi legitur Τρίβολος, tribula, triher, τρίβολος, ἄκανθα, pro triher, legendum traha, vel trahea, quoniam Virgil. (Georgic. I, v. 164.) & Columella tribulaque traheasque ſoleant conjungere. Idem adjungit illa Bellonii I Obſervat. 64, de Epirotis ruſticis : collectâ meſſe, frumentum triturant, haud flagellis, ut apud nos, ſed bobus, quemadmodùm per univerſam Græciam : idque facientes, aſſeres Chalcedonio lapide munitos poſt ſe trahunt, ut ſtramina & paleas confringant. Extat hæc vox, obſervante Moll. in ſecundo Samuelis libro, cap. 12, verſ. 31 : τ' λαὸν ἔθηκεν ἐν τῷ

πρίσι, καὶ ἐν τοῖς τριβόλοις τοῖς σιδηροῖς, ἢ ὑπολομῖσι τοῖς σιδηροῖς. Adde eamdem occurrere & in Geneſi, c. 3, v. 19, & in Oſeâ c. 10, v. 8; ubi ἄκανθαι καὶ τρίβολοι conſociantur, ut & in Epiſtolâ ad Hebræos, c. 6, v. 8. Confer Dioſcorid. L. IV, c. 15, &c. Ut autem apud Latinos è Tribulus, quod eſt ſpinæ genus cum lappis conjunctum apud Virgil. Georgic. L. I, v. 153, derivatur Tribulum, quod, cum traheâ conjunctum apud eumdem ibid. Virgil. v. 164, eſt inſtrumentum quo maturæ fruges in areâ teruntur: ſic & apud Græcos, quorum linguæ eadem analogia, τρίβολος & illam plantam & hoc triturantium ſignificat vehiculum. Suprà Daphnis Dryanta offenderat, πυρὸς τινας ἀλωνοτριβοῦντα μὴ ὁ Νάπης: undè fortaſſe quis hîc retinendam cenſeret omnium Edd. & Codd. lectionem τριβίοις; quod quidem vocabulum, quamvis ἅπαξ λεγόμενον, ut ſunt alia quædam apud ipſummet Longum omnesque fermè Scriptores, propriè deſignat illud inſtrumentum quo fruges teruntur, τρίβελαι. Nec deerunt qui conjiciant τριβᾶις, quod in τριβίοις facilè mutari potuit. Nobis autem minùs arridet doctiſſimi Bodeni conjectura, qui pro τριβίοις, legit κριθίοις, ut, qualia grana è ſpicis ſint extrita, indicetur voce τοῖς κριθίοις, quæ deſignaret hæc grana fuiſſe hordeacea. Amyot autem, virgulâ ante τοῖς τριβίοις omiſſâ, & conjunctivâ καὶ tranſpoſitâ, vertit: & en chaſſant les bœufs en rond avec les harces, faiſoient ſortir le bled hors des épis.

[P. 93, l. 9.] Καλειργάζετο. C. Urſ. Urſino probante, καλειργάζετο.

[P. 93, l. 13.] Τὸ καινόταλον. Malè Edd. Flor. Commel. & Jungerman. τὸν καινόταλον; undè malè Jungerman. vertit, noviſſimum ab iis peritutus ſponſum. Rectè autem Ed. Moll. & hinc utraque Par. & Lipſienſ. & Cod. Amyoti, ut ex ipſius verſione apparet, τὸ καινόταλον. Rectè Moll. (quæ

nota ipſius, τὸ καινότατον, ità propria eſt, ut eam nec Columbanio, nec Jungermano, nec Urſini Codd. ſed fortè Budæo debeat) monet apud elegantiſſimum Lucianum ſæpè τὸ καινότατον per parentheſin enunciari ſumique pro re valdè inuſitatâ, quamque ideò maximè mireris. Hîc autem valdè inſolens & inuſitatum erat à Dryante, virginis patre, peti ſponſum, dùm contrà Lamon ſuo filio ſponſam Chloën petere debuiſſet. Mollius appoſitè duo profert exempla è Luciani Nigrino, tom. I, p. 61 & 76 Ed. Hemſterhuſ. (adde & p. 42 & 59 ibid.) & è Timone, p. 124 ibid. ubi τὸ καινόταλον eodem prorsùs ſenſu uſurpatur, nec à quibusdam interdùm, minùs tamen propriè, vertitur, quod abſurdiſſimum eſt, niſi quia, quæ inſolita & inuſitata præter morem atque expectationem accidunt, ea nonnunquàm abſurda aut ſunt, aut videntur. Gallicè interpretarer, choſe étrange, nouvelle. Immò & infrà, L. IV, p. 136 Ed. Moll. noſter ſic locutus eſt: ἴσως ἂν, τὸ καινότατον, εὐρεθὲις ἀπολώλει Δάφνις; ubi & lapſus eſt Jungerman. Sic per parentheſin, aut abſolutè, dicitur & τὸ κοινότατον. Achill. Tat. L. III, p. 306: τὸ δ' ὃν κοινότατον, προσποιῶν καὶ παιζόμην.

[P. 93, l. 14.] Κειθία μετρεῖτας. Nuſquam ea vox occurrit; undè Mollius legendum ſeripſit κεῖλίδια, ſcilicet operarum vitio, pro κειθίδια, ut rectè emendat Cl. Boden. Κειθίδιον autem extat apud Athenæum, L. V Deipnoſophiſt. à Mollio laudatum, & dicentem: κριθίδια δὲ πυρὲς ὀλίγες δραμετρῶν. Adde & apud Lucian. in Aſino, tom. II, p. 570, 585, & 615. Cave autem κριθίδιον confundas cum κριθηδίῳ, quod apud Suidam in Κριθὴ, aliosque, γυναικεῖον μύρλον deſignat.

[P. 93, l. 15.] Ἀθύμως τε ἔχοντας. Sic loquitur Xenophon in Hierone, c. 8, pag. 199. Jungermanus edidit ἀθύμως ἦ, pro ἀθύμως τε, quod à Cl. Bodeno probatum,

potuit tamen ex operarum vitio oriri.

[P. 93, l. 21.] Ἐπιδώσει. Sic Agamemnon apud Homer. Il. I, v. 146:

Τάων ἥν κ' ἐθέλῃσι φίλην ἀναείδεον ἀγίδω,
Πρὸς οἶκον Πιλῆος· ἐγὼ δ' ὅτι μείλια δώσω,
Πολλὰ μάλ', ὅσ' ἔπω τις ἐῢ ΕΠΕΔΩΚΕ θυγατρί.

[P. 93, l. 21.] Συνίστρεφθαι γὰρ ἀλλήλους, κἂν τῷ νίμειν σωῆφθαι φιλίᾳ ῥᾳδίως λυθῆναι μὴ δυναμένῃ. Sic legendum puto. Mollius, partìm ex Jungermano, conjecit: *συνίστρεφθαι γὰρ ἀλλήλοις, κἂν τῷ νέμῃ σωῆφθαι φιλία ῥᾳδίως λυθῆναι μὴ δυναμένη.* Ego de meo reposui ἀλλήλους, pro ἀλλήλοις, & post Jungerman. Cl. Dutens & Cl. Bodenum, φιλίᾳ ae δυναμένῃ dedi in quarto casu cum iota subscripto; ut & φιλίᾳ fuisse in uno ex Urs. Codd. & in suo Florentino observat Columbanius, qui se conjecturâ ductum φιλία emendasse monet. Huetius ac summus Valckenær legunt: *συνίστρεφθαι γὰρ ἀλλήλοις, κἂν τῷ νέμῃ σωῆφθαι φιλίαν ῥᾳδίως λυθῆναι μὴ δυναμένην.* At verò in uno ex Urs. Codd. in tribus R. & in Edd. Flor. Commel. Moll. & priori Par. habes, *συνίσθραπται γὰρ ἀλλήλοις, κἂν τῷ νέμῃ σωῆπται φιλία ῥᾳδίως λυθῆναι μὴ δυναμένη.* Sic & Edd. Jungerman. Cl. Dutens & Cl. Bodeni, nisi quòd pro φιλία & δυναμένη in nominativo, legunt φιλίᾳ & δυναμένῃ in ablativo. Fortè autem hæc Editionum Florent. Commel. Moll. & prioris Par. lectio, *συνίσθραπται γὰρ ἀλλήλοις, κἂν τῷ νέμῃ συνῆπται φιλία ῥᾳδίως λυθῆναι μὴ δυναμένη*, ità retinenda est, ut cum Amyoto, post ἀλλήλοις, subaudias ἔλεγεν, aut ἔφασκεν; cùm id optimis Scriptoribus familiare sit, ut, eùm præceps & vehementior fertur dicentis impetus, ab indirectâ quam voeant, ad directam, lectore non prænonito, transiliant orationem. Exempla passim apud Livium aliosque obvia. Immò & noster suprà, L. II, p. 39, placidam Daphnidis &

Chloës

Chloës amorum narrationem his verbis conceptam, πάλιν ἦν ἀγρυπνία κ.τ.λ. hâc oratione ſic ſubitò abrumpit: Ἐφιλήσαμεν, ⁊ οὐδὲν ὄφελος κ.τ.λ. Ubi obſervavimus ſubaudiendum ἔλεγον, ut & paulò ſuprà, p. 38, poſt ἀλγῶσιν οἱ ἐρῶντες. Sic & infrà, pag. 99 Ed. Moll. in hæc verba, ἐγράφη μοὶ ὑπὸ αἰγός.

[P. 94, l. 8.] Οὐδ' ὡς. Sic in Codice R. II, ad tertii oram, & in Edd. Flor. Jungerman. & Commel. in quarum poſtremâ malè ὡς pro ὥς. At verò Mollius è Cod. Urſ. cujus lectionem probant Urſinus & Cl. Boden, ſed quem ipſe, pro ſuo more, ne nominat quidem, in textum recepit οὐδ' ὅλως, quod & in Codd. Reg. I & III lectum, retinuerunt duo Pariſienſes & Lipſienſis Editores, & fortè ideò præferendum videatur, quòd ſequatur ἐξηγόρευσεν; hoc enim verbum vi præpoſitionis valet, omnia ità elocutus eſt, ut nihil omninò reticeret. Sic in S. Matthæo, c. 3, v. 6, Cl. Abreſch. p. 533 Adnotation. ad quædam loca novi Teſtamenti, in hæc verba ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, obſervat hoc verbum vi præpoſitionis valere, rotundè profiteri, ità ut nihil reticeas. Gallicè dicas, de point en point, ἐξ. Sed fortè hîc illud ὅλως gloſſa eſt τῆς ἐξηγόρευσεν, quâ vis in hoc verbo inſita declarata fuit. Illud elegantiſſimum οὐδ' ὡς ſic Amyot expreſſit: n'oſa pas néantmoins.

[P. 94, l. 13.] Ὁ Πὰν ὑμᾶς. Malè duo primi Codd. R. ἡμᾶς.

[P. 94, l. 13.] Ἀντὶ τῆσδε. Sic ſuprà, L. I, pag. 24 Ed. Moll. ἀντὶ τούτων.

[P. 94, l. 15.] Σπεύδω γάμον. Sic infrà, L. IV, p. 109 Ed. Moll. σπεύδων τὸν γάμον. Suprà, Lib. III, pag. 92, cum præpoſitione, σπεύδειν πρὸς τὸν γάμον. Rectè Moll. confert & hoc Homer. Od. T, v. 137:

Οἱ ἢ γάμον σπεύδουσιν, ἐγὼ ἢ δόλος τολυπεύω.

[P. 94, l. 15.] Καὶ γὰρ ἂν μαινοίμην. Hîc aliquid

corruptum, aut omissum. An legendum, καὶ γὰρ οὐκ ἂν μαινοίμην ὡς κ.τ.λ. vel οὐκ ἂν οὕτως μαινοίμην, ὡς κ.τ.λ. id est, non tam insipiens essem, ut, &c. Sic apud Lucian. in Piscator. tom. I, p. 606: μὴ οὕτω μανείην ἐγὼ, ὡς βλάσφημον εἰπεῖν τι. Et tom. II, in Amor. p. 428: τοῦτο δ' οὐκ ἂν ἐπὶ παίδων εἴποι τις· οὐχ οὕτω μέμηνεν; in quo Lucianus mihi imitatus videtur Demosthenem de Coronâ, p. 242 Ed. Cl. Reiskii: οὔτ' Ἀλεξάνδρου φίλον εἴποιμι ἂν ἐγώ σε· οὐχ οὕτως μαίνομαι. Idem Lucianus in Deorum Dial. V, tom. I, p. 214: ἐγὼ δὲ μὴ οὕτω μανείην, ὡς τὰ χείλη προσενεγκεῖν τῷ μαλθακῷ τούτῳ Φρυγί. Nescio autem cur Cl. Jungerman. pro ὡς μὴ καὶ τὸν κ.τ.λ. legit ὃς μή. Amyot autem vertit: autrement serois-je bien insensé, me voyant déjà sur l'âge, & ayant plus de besoin d'aide que jamais, si je n'estimois que ce ne fût un grand heur (ἀγαθόν τι μέγα, quod proximè sequitur) d'être alloué de votre maison. An aliud quid in suo Cod. invenit, & legit: καὶ γὰρ ἂν μαινοίμην, εἰ μὴ ὡς ἀγαθόν τι μέγα νομίσαιμι (seu ἡγησαίμην) τὸν ὑμέτερον οἶκον φίλον προσλαβεῖν; vel εἰ μὴ τὸν ὑμέτερον οἶκον φίλον προσλαβεῖν, ὡς ἀγαθόν τι μέγα νομίσαιμι, aut ἡγησαίμην.

[P. 94, l. 16.] Χειρὸς δεόμενος. Suprà, L. II, pag. 31 Edit. Moll. ἔδει πολυχειρίας.

[P. 95, l. 1.] Ἀναβαλλώμεθα. In Ed. Florent. legitur ἀναβαλλόμεθα, operarum vitio, quod Columbanius in mendorum elencho sustulit. Xenophon Ephes. L. V, p. 64, ἀναβαλλομένη τὸν γάμον.

[P. 95, l. 5.] Φιλείτωσαν ἀλλήλους ἀδελφοί. Cl. Koën ad Gregor. de Dialectis, p. 153, hîc excidisse putat ὡς, quod in textum recepit Cl. Dutens. Sed Cuperus, Observation. L. I, c. 8, p. 61, vulgatam lectionem tuetur vel Achille Tatio, L. VIII, p. 473 Edit. Salmas. at p. 642 Edit. Cl. Bodeni: ἀποδημήσαντες γεγόναμεν ἀλλήλων ἀδελφοί. Sic

ſubaudiendum eſt & ὡς ſuprà apud Longum, L. II, p. 76 Ed. Moll. ἡ εἰρήνης ὥραν ἀνίμενον ἐκ θανάτου παλιγγενεσίαν. Et L. II, p. 32, τότε ᾔ κύνες, φασὶν, ἐκ δεσμῶν λυθέντες, id eſt, ὡς κύνες. Rectè Cl. Boden confert Ariſtophan. in Pluto, v. 295 :

τραγοὶ δ' ἀκραλεῦδι,

id eſt, tanquam hirci laſcivite; ad quem locum notat Scholiaſta, omitti ὡς.

[P. 95, l. 6.] Ἴδοι μόνον τοσοῦτον. Summus Hemſterhuſ. qui hunc Longi locum profert ad Xenophont. Epheſ. Obſerv. Miſcell. vol. III, tom. III, p. 410, eam vim ineſſe dicit in τοσοῦτο, vel τοσοῦτον ᾖ, ut ſignificet, tantùm verò, hoc unum verò. Confer & ſummum Valckenær. p. 250 Adnotat. in Euripidis Hippolyt. ad hunc verſum, τοσοῦτον ἴσμεν.

[P. 95, l. 7.] Κρεῖττον ἡμῶν. Sic ſuprà, p. 98, κρείττων ἡ παρθένος μνηστήρων γεωργῶν.

[P. 95, l. 8.] Ὥριξε πολύν. Malè Ed. Moll. & hinc utraque Par. πότον. Suprà ὤρεξε eodem ſenſu, Lib. III, pag. 74.

[P. 95, l. 9.] Πρῶτιμψε μίχει τινός. Sic ſuprà, L. III, p. 77 Edit. Moll. Dryas & Nape πρῶτεμπτον τὸν Δάφνιν.

[P. 95, l. 12.] Ὅστις ὁ Δάφνις. Fortè quis conjiciat, ὅστις ἂν εἴη, quod non eſt neceſſe. Jam obſervavimus nonnunquàm verbum εἰμὶ ſubaudiri. Sic ſuprà, L. I, p. 7 Ed. Moll. ἤδη ὢν ὁ μὴν πέμπτος καὶ δέκα ἐτῶν. Et ibid. p. 25 : ὁ ᾖ Δάφνις ἀνυπόδητος, ubi ſubintelligitur ἦν. Ut & Lib. III, p. 80 : ἔκλαυσεν εἰ καὶ κριῶν ἀμαθέστερος εἰς τὰ ἐρωτικὰ ἔρξας.

[P. 95, l. 15.] Μαδώσῃ γυναικί. Malè Jungermanus vertit, putidæ. Rectè Mollius, depili; & Amyot, pelée. Nam, ut verè obſervaverunt ſummus Ruhnkenius ad Timæum, voce Μυδᾶν, p. 132, & Cl. Koën ad Gregor. de Dialect, p. 264 & 265, poſt Scholiaſtam Ariſtophanis ad

Plutum, v. 266, ubi vides πρεσβύτην μαδῶντα, μυδᾶν quidem de putredine quæ fœtorem emittit, μαδᾶν verò de pilorum defluvio ferè semper usurpatur. Hinc Hesychius: Μαδᾷ, ἐκρεῖ. Et Μαδαρὸς, ἀραιόθριξ, ψεδνός. Et Μαδίσας, τὰς τρίχας ἀποβαλών. Et Μάδος, τὸ ψίλωθρον: Suidas: Μαδῶντα, φαλακρὸν, καθόλου τρίχας μὴ ἔχοντα.

[P. 95, l. 16.] Ὅσον οὐδὲ ἀχράδων. Hanc Jungermani conjecturam sibi vindicavit Mollius, & in textum receperunt Cl. Dutens & Cl. Boden. Cæteræ omnes Edd. & tres Mss. R. ὅσων.

[P. 95. l. 20.] Ἐὰν ταῦτα οὕτως. Amyot legisse videtur, εἶεν ταῦτα οὕτως. Vertit enim: ô, Pan, & vous, Nymphes, veuillez qu'il soit ainsi.

[P. 96. l. 1.] Τάχα οὗτος. Sic C. R. III & Ed. Moll. & hinc utraque Par. & Lipsiens. è Cod. Ursin. Ursino probante, pro οὕτως quod in Edd. Flor. Commel. Jungerman. & in duobus primis Codd. R.

[P. 96, l. 1.] Ἰδίους εὑρών. Hoc sensu suprà, L. III, p. 91 Ed. Moll. εἴ ποτε τοὺς ἀληθινοὺς γονέας εὕροι. Et p. 93, εὑρὼν τοὺς οἰκείους.

[P. 96, l. 2.] Τῶν Χλόης ἀπορρήτων. Moll. vertit: forsàn & de Chloës aliquid reperiet secretis. At Jungerman. fortè hic, veris parentibus repertis, reperiet quiddam & de Chloës, qui ità penitùs ignorantur. Ut Amyot: à l'aventure que Daphnis ayant été reconnu par ses parents, pourra bien faire trouver ceux de Chloë aussi. Mollii versionem magis probo, cùm ἀπόρρητος potiùs de rebus quàm de personis dicatur.

[P. 96, l. 4.] Ἐλθὼν δὲ ἐκεῖ. Hîc ἐκεῖ, pro ἐκεῖσε, ut apud Cebet. in tabulâ, c. 21, ἢν διασωθῶσιν ἐκεῖ, id est, ἐκεῖσε, scilicet πρὸς παιδείαν. Apud Gemistum Plethonem, L. II, c. 11, p. 115 Ἑλληνικῶν, ᾤχετο ἐκεῖ; ubi vide Cl. Reichardum qui & hunc Longi locum contulit.

[P. 96, l. 4.] Μετέωρον πρὸς τὴν ἀκοήν. Confer Cl. Bergler. ad Alciphron. L. II, Ep. IV, p. 251. Chariton, L. III, p. 59, μετέωρος πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν γενόμενος, καὶ ἀναρτήσας ἑαυτὸν τῆς ἀκροάσεως. Sic loquitur & Lucian. in Jove Tragœdo, tom. II, p. 646; ubi vide Cl. Reitz. qui & hunc Longi locum protulit.

[P. 96, l. 6.] Γάμους θύσειν. Rectè θύσειν emendat Jacobus Elsnerus Observat. Sacr. in Libros novi Testamenti, tom. I, p. 100. Achill. Tat. Lib. I, p. 73 & 74: πότε μοι, τέκνον, γαμεῖς; Πότε σου θύω τοὺς γάμους; sed, ut ait Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 178, γάμους θύσειν quis non illustravit?

[P. 96. l. 9.] Θᾶττον νοήματος. Sic suprà, p. 88 Ed. Moll. θᾶττον πτεροῦ.

[P. 96, l. 14.] Ἐνεπήγνυ ταρσούς. Sic suprà, Lib. I, p. 18 Ed. Moll. πηγνῦσα τὸ γάλα.

[P. 96, l. 19.] Πολλαὶ μὲν ἀχράδες. Theocrit. Idyllio VII, v. 143, & à Jungermano collatus:

Πάντ' ὦσδεν θέρεος μάλα πίονος, ὦσδε δ' ὀπώρης.
Ὄχναι μὲν πὰρ ποσσὶ, παρὰ πλευρῇσι δὲ μᾶλα,
Δαψιλέως ἄμμιν ἐκυλίνδετο· τοὶ δ' ἐκέχυντο
Ὅρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔρασδε.

[P. 97, l. 1.] Τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Restitui illud τῆς, quod erat in omnibus Edd. omissum. C. R. II, ἐπὶ τῆς, omisso γῆς. Lege ἐπὶ τῆς γῆς, cùm infrà sequatur ἐπὶ τῶν κλάδων, & suprà præcedat ἐπὶ τῶν φυτῶν.

[P. 97, l. 2.] Εὐανθέστερα. Achill. Tat. Lib. I, p. 86, habet εὐανθέστερος.

[P. 97, l. 4.] Οὔτε καρπὸν εἶχεν. Sic Mollius & hinc uterque Par. Editor & Lipsiens. at verò Edd. Flor. Commel. & Jungerman. εἶχον, pro εἶχεν. Huetius suo Edit. Commel. Exemplari allevit εἶχεν. An legendum, inverso ordine, γυμνοὶ πάντες ἦσαν οἱ κλάδοι, καὶ οὔτε καρπὸν

εἶχον, ὅτε φύλλον. Quod video & Cl. Jungerman. in mendorum typographicorum Indice conjeciſſe, & in ſuâ verſione expreſſiſſe. Amyot autem videtur legiſſe εἶχεν.

[P. 97, l. 5.] Ἐπίθειλο. Sic primus edidit Moll. & hinc uterque Par. Editor & Lipſienſ. at Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ac tres Mſſ. R. ἐπέτειλο. An ἐπέκειτο? Sic infrà, L. IV, p. 104 Ed. Moll. ἐπέκειλο ἐν χώρῳ μειρώρῳ. Et paulò infrà, ibid. ἐπέκειλο (ἡ ἄμπελος) ἢ μηλέαις ἢ ὄγχναις. Et ibid. ταύταις ἀντὶ τῆς ἀμπέλου κιτλὸς ἐπέκειλο. Et L. IV, p. 110: ἐπέκειλο ᾧ αὐτοῖς ἄνθεσι μέλιτται. Huetius autem ἐλίπειλο conjecit, ut Cl. Wyttenbach ἐλύπειλο. Sic & in ſuo Codice inveniſſe videtur Amyot verteus: & n'y étoit demouré qu'une ſeule pomme.

[P. 97, l. 8.] Ἡμέλησε καθελεῖν. Hoc, operarum vitio, ex utrâque Par. Ed. excidit. Proprium in hâc re vocabulum καθελεῖν. Theocrit. Id. III, v. 10:

Ἠνίδε τοι δίκα μᾶλα φέρω· τηνῶθε καθεῖλον,
Ὦ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τυ.

[P. 97, l. 9.] Ἐφύλατλε τό. Sic Moll. & hinc uterque Par. Editor & Lipſienſis; at verò Edd. Flor. Commel. Jungerman. & tres Mſſ. R. ἐφυλάτλετο, pro ἐφύλατλε. Fortè legendum, ἐφυλάτλετο τῦτο τὸ καλὸν μῆλον, quod & ad tertii Codicis R. oram, & Amyot ſic in ſuâ verſione expreſſit: & à l'aventure auſſi que les Dieux le vouloient ainſi, qu'une ſi belle pomme fût réſervée pour un paſteur amoureux.

[P. 97, l. 11.] Χλόης κωλυούσης. Sic è Cod. Urſini, Urſino probante, reſtituit Moll. & hinc uterque Par. Editor & Lipſienſ. Sic & in Codd. R. I & III. Hanc unicè veram lectionem ſic Amyot expreſſit: Chloë l'en voulut garder, mais il n'en tint compte. At verò Edd. Flor. Commel. & Jungerman. & C. R. II, κωμώσης.

[P. 97, l. 14.] Τρυγῆσαι ἢ κομίσαι. Sic omnes Edd.

& Mſſ. at Mollius in notis conjecit τευχήσας καὶ κομίσας, quod hinc in textum recepit Cl. Dutens.

[P. 97, l. 16.] Ἔφυσαν Ὧραι καλαί. De hâc loquendi formulâ vide Cl. Abreſchii Animadverſiones in Æſchyl. p. 109 & 110.

[P. 97, l. 17.] Πεπαίνοντος. Homer. Alcinoi hortum deſcribens, Od. H, v. 119:

Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δ' ὀπάζει.

[P. 97, l. 17.] Ἐτήρησεν ἡ Τύχη. Sic loquitur Achill. Tat. L. VI, p. 612.

[P. 97, l. 19.] Ἵνα μὴ πίσῃ. Neſcio cur Mollius emendet, ἵνα μὴ πεσόν.

[P. 97, l. 21.] Κείμενον. Cl. Wyttenbach, pro κείμενον, quod de pomo jacente non ſatis benè dictum putat, conjicit κρεμάμενον, id eſt, pendens.

[P. 98, l. 1.] Βλεπόμενον, ἐπαινούμενον. An ſenſus eſt, ſi eo duntaxat contenti ſimus ut hoc pomum inſpiciamus, laudemus, non autem decerpamus? Jungermanus, pro ἐπαινούμενον, conjicit πεπαινόμενον. Hinc ſummus Valckenær punctum figens poſt κείμενον, legit: βλέπε μὲν εὖ πεπαινόμενον· τοῦτο Ἀφροδίτη κ.τ.λ.

[P. 98, l. 3.] Ὁμοίως ἔχομεν τὰς σὰς μάρτυρας. Hîc mendum ſubeſt. Si non verba, certè ſenſum præſtabo. An legendum, ὁμοίως ἔχομεν τῶ σῶ (vel οἱ τῷ σῷ) κάλλως μάρτυρες? An, ὁμοίως μὲν ἔχεις ἓξ ἴσως μάρτυρας? An, ὁμοίως ἔχομεν τόσω (vel τοσούτω) κάλλως μάρτυρες? Huetius conjecit, ὁμοίως ἔχομεν τούτω μάρτυρες, vel ὁμοίως ἐχομένῃ τῷ κάλλως μάρτυρας. Operarum autem vitio, in Ed. Flor. ὁπείως, pro ὁμοίως; quod & in notis obſervavit Columbanius. C. R. III, pro μάρτυρας, habet συμμάρτυρας. Hujuſce autem loci corruptiſſimi ſenſum ſic feliciter in ſuâ verſione Amyot expreſſit: nous ſommes, Pâris & moi, juges & témoins pareils. Minùs benè Jun-

germanus : nec vel tibi deſunt teſtes. Pejùs Mollius : ſimili modo tuos habemus teſtes.

[P. 98, l. 8.] Καὶ χρυσῦ μήλου. J. F. Reitzius, qui hunc Longi locum laudat ad Lucian. tom. II, p. 82, obſervat hîc, ut ſuprà, pag. 94 Edit. Moll. in his verbis, ἔστι ΚΑΙ πλούσιος, ſignificationem intendere illud Ϛ, immò & admirationem quamdam addere, ut latinum VEL.

ANIMADVERSIONES

AD LONGI

LIBRUM QUARTUM.

[P. 99, l. 3.] ΜΗΤΙ τὰς ἀγρύς. Sic rectè Edd. Flor. Commel. Jungerman. & Lipſienſ. ac tres Codd. R. Malè autem Moll. & hinc utraque Par. Ed. μήτι ἐκ ἀγρύς. Jungerman. operarum vitio, quod poſteà in mendorum Indice correxit, dederat μήτει, pro μήτι.

[P. 99, l. 8.] Τὴν κώμον. Sic in Edd. Flor. Commel. Jungerman. & in tribus Codd. R. at Edit. Moll. & hinc utraque Par. & Lipſienſ. τὸν κώμον. Pariter dicitur ὁ ἢ ἡ κώμος.

[P. 99, l. 9.] Ἀπόζυξα. In hanc vocem vide Cl. Abreſch. Dilucid. Thucydid. p. 88.

[P. 99, l. 9.] Διοχλοίη. Legitur διόχλοι in Edd. Commel. & Jungerman. operarum vitio, quod Jungerman. in mendorum Indice correxit.

[P. 99, l. 10.] Ἐθεράπευεν. Xenophon Œconomic. c. 5, p. 27, habet γῆν θεραπεύειν.

[P. 99, l. 10.] Ὀφθείη καλός. Vitiosè in omnibus hùc uſque Edd. ὠφθείη.

[P. 99, l. 11.] Παίσκαλόν τι χρῆμα. De hâc dicendi formâ vide ad Xenophont. Epheſ. Cl. Hemſterhuſ. Miſcell. Obſervat. vol. III, tom. III, p. 404. Rectè Mollius confert Achill. Tat. L. I, p. 78, ubi vide Cl. Boden.

[P. 99, l. 12.] Καὶ τὰς βασιλικάς. Sic apud Chariton. L. I, p. 10, πλῆτος ΒΑΣΙΛΙΚΟΣ.

[P. 99, l. 13.] Ἐπίκειτο ᾗ ἐν χώρῳ μείζονι. Hoc

Amyot in ſuâ verſione omiſit. Cl. Hinlopeus ita legit, inverſo ordine : ἐκλίθη μὲν εἰς σταδίων μῆκος, τὸ εὖρος ἔχων πλέθρων τεττάρων, ἐπέκειτο ἣ ἐν χώρῳ μηλεώρῳ.

[P. 99, l. 15.] Μηλέας. Imitatur Homerum ſic Alcinoi hortos deſcribentem, Od. H. v. 113 :

Ἔκτοσθεν δ' αὐλῆς μέγας ὄρχατος ἄγχι θυράων
Τετράγυος· περὶ δ' ἕρκος ἐλήλαται ἀμφοτέρωθεν.
Ἔνθα δὲ δένδρεα μακρὰ πεφύκει τηλεθόωντα,
Ὄγχναι, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,
Συκαῖ τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.

[P. 99, l. 17.] Καὶ ἐπέκειτο. Prior Pariſ. Editor de ſuo conjecit ἡ, ante ἐπέκειτο, quod hinc in textum recepit poſterior. Rectè Cl. Boden obſervat hoc ſenſu potiùs fuiſſe ſcribendum καὶ ἥ. Mallem ἣ αὐτὴ, vel καὶ ἥδε. Amyot autem videtur legiſſe ἥ. Vertit enim : de la vigne haute QUI montoit ſur les pommiers. Fortè cujusdam teretes ac religioſas aures ita offendere poſſet inſuavis illa ἣ ἐπέκειτο repetitio, (nam paulò ſuprà præceſſit, ἐπέκειτο ἣ ἐν χώρῳ μηλεώρῳ, & paulò infrà ſequitur, ταύταις πάσαις κιττὸς ἐπέκειτο,) ut hîc conjiceret ἐπέθηλο ; quemadmodùm, L. III, p. 101 Ed. Moll. ἓν μῆλον ΕΠΕΘΗΛΕΤΟ : ſed eadem iterare verba noſtro ſolemne eſt.

[P. 99, l. 18.] Περικάζεται. Achilles Tatius Lib. II, p. 110 : καὶ μικρὸν ὁ βότρυς ὑποπερκάζεται.

[P. 99, l. 19.] Τοσαῦται ἥμερα. Senſus eſt quem in verſione expreſſi : atque hæ quidem, &c. hactenùs, &c. Malè Jungerman. tot genera erant ſativorum ; malè Moll. tot tantæque ſativæ erant. Gallicè dicas : voilà pour les arbres fruitiers ; quod Amyot in ſuâ verſione omiſit.

[P. 100, l. 1.] Κυπάρισσοι. Hoc ſic imitatur Nicetas Eugenianus, Auctor ineditus, in primo de Droſillæ & Chariclis Amoribus libro :

Λιμὼν γὰρ ἥδιστος αὐτῆς ἐν μέσῳ,

Οὐ γύροθεν πέφυκεν ὡραῖαι δάφναι,
Καὶ κυπαρίττοι, ⁊ πλάτανοι, καὶ δρύες.
Μέζον ἢ δένδρα τερπνὰ ⁊ καρποφόρα,
Πόα ἢ κείνων, ⁊ πόα τερπνὴ ῥόδων,
Πολλὰ παρῆν ἐκεῖσε λιμῶνος μέζον.
Οἱ κάλυκες ἢ τῶν ῥόδων κεκλισμέναι,
Ἢ μᾶλλον ὑπνῶν, μικρὸν ἀνεῳγμέναι,
Ταύτην ἐθαλάμευον ὥσπερ παρθένον.

[P. 100, l. 2.] Ἀντὶ τ ἀμπέλου κιττός. Ælian. Var. Hiſtor. L. III, c. 1, p. 160 Ed. Kuhn. Theſſalica Tempe deſcribens: κιττὸς μὲν γὰρ πολὺς, καὶ εὖ μάλα λάσιος ἀναπλάζει καὶ τίθηλε, ⁊, δίκην τῶν εὐγενῶν ἀμπέλων, καὶ τῶν ὑψηλῶν δένδρων ἀνέρπει, καὶ συμπέφυκεν αὐτοῖς.

[P. 100, l. 4.] Μελαινόμενος. Theocritus, Idyl. XI, verſ. 46:

Ἐντὶ μέλας κισσός.

[P. 100, l. 4.] Βότρυν ἐμιμοῦτο. Sic ſuprà, Lib. II, p. 71 Ed. Moll. ὁ κόρυμβος (τοῦ κιττοῦ) πολὺς καὶ μέγας ὅσε βότρυς κλημάτων ἐξεκρέματο. Confer omninò ſimilem deſcriptionem apud Achill. Tat. L. I, p. 80.

[P. 100, l. 7.] Θειγλός. Malè in poſterior. Par. Edit. Θριγχός.

[P. 100, l. 8.] Περίβολος. Columbanius, & hinc Mollius, conferunt hæc Achillis Tatii ſuum ſimiliter deſcribentis pratum, L. I, p. 10: ὅλον ἐτύγχανε τὸν λειμῶνα περιβολή.

[P. 100, l. 10.] Συνέπιπτον ἀλλήλοις. Achilles Tatius, L. I, p. 8, à Columbanio ac Jungermano, & hinc à Mollio laudatus: δένδρων αὐτοῖς ἀνεμέμικτο φάλαγξ καὶ φύλλων. Συνεχῆ τὰ δένδρα, συνηρεφῆ τὰ πέταλα. Συνῆπτον οἱ πλόκοι τὰ φύλλα, καὶ ἐγίνετο τοῖς ἄνθεσιν ὄροφος ἡ τῶν φύλλων συμπλοκή. Idem ibid. p. 80: ἔθαλλον οἱ κλάδοι, συνέπιπτον ἀλλήλοις ἄλλος ἐπ' ἄλλον, αἱ γείτονες τῶν

πετάλων περιπλοκαὶ, τῶν φύλλων περιβολαὶ, τῶν καρπῶν συμπλοκαί. Τοσαύτη τις ἦν ὁμιλία τῶν φυτῶν. Heliodor. L.X, p.462: καὶ τοῖς ἄλλοις ἅμα φοινίκων ἔρνεσι ΣΥΜΠΙΠΤΟΝΤΟΣ, καὶ τὸ ὑποκείμενον ὀροφοῦντος. Confer & Cl. Abresch. Dilucid. Thucydid. paginâ, 656, ubi & hunc Longi locum profert.

[P. 100, l. 11.] Ἐπήλλαττον τὰς κόμας. Sic suprà, L. II, p. 71 Edit. Moll. ἄντρου σχῆμα διὰ τῶν φύλλων ἐπαλλαττόντων ἐποίει. Et L. II, p. 39: περιέβαλλον τὰς χεῖρας ἐπαλλάξαντες. Homer. Il. N, 359: Πεῖραρ ἐπαλλάξαντες.

[P. 100, l. 12.] Φύσις εἶναι τέχνης. Sic tres Mss. R. & Edd. Flor. Commel. & Jungerman. at Moll. de suo conjecit, & in textum recepit τεχνῖτις, quod hinc in utrâque Par. Ed. ut & in Lipsiens. An τέχνη τις, vel simpliciter τέχνη? Confer suprà, L. II, p.41 Ed. Moll. τὰ μὲν φύσεως ἔργα, τὰ δὲ ἀνθρώπων τέχνη; ubi rectè Cl. Valckenær. legit τέχνης; undè & hîc fortassè quis conjiciat, τέχνης ἔργον. Achilles Tatius, L. II, p. 228: οὐκέτι τέχνης, ἀλλὰ τῆς φύσεως τὰ φιλήματα. Cl. Wyttenbach, transposito ἡ, legendum conjicit, ἐδόκει μέντοι καὶ τούτων ἡ φύσις εἶναι τεχνῖτις.

[P. 100, l. 12.] Ἀνθῶν πρασιαί. Achilles Tatius, L. I, p. 10, à Columbanio & hinc à Mollio collatus: αἱ δὲ πρασιαὶ τῶν ἀνθῶν ὑπὸ τὰ πέταλα τῶν φυτῶν στοιχηδὸν ἐπεφύκεσαν. De voce autem ἀνθῶν, pro quâ Græculi, qui Atticismi regulas condiderunt, semper atticè ἀνθέων dicendum putant, vide Cl. D'Orvill, ad Chariton. p. 329, & de vocabulo πρασιαὶ, confer Cl. Bernard. ad Synesium de febribus, p. 60.

[P. 100, l. 14.] Ῥοδωνιά. Verè Mollius observat ῥοδωνιὰ & ἰωνιὰ propriè locum esse ubi nascuntur rosæ, at hîc pro frutice ipso rosæ & violâ ipsâ usurpari. De quo

vide ad Thomam Magiſtrum, voce Ῥοδωνιὰ, p. 784 & 785, Cl. Oudendorp. qui hunc ipſum Longi locum profert, & Cl. Sallierum, ſeu potiùs Cl. Sevinum & Cl. Sallierum, quorum communes & conjunctim ſcriptæ in Mœrim Atticiſtam, Thomam Magiſtrum & Phrynichum notæ (quod in Academiæ Inſcription. actis videre eſt, tom. XVI, p. 282 & 283 Hiſtor.) immeritò uni tribuuntur Salliero, qui poſterior obiit, quemque minimam ſymbolam attuliſſe & aliundè conſtat, & multi apud nos utriusque æquales & amici probè norunt. Cl. Sevinus, vir modeſtiſſimus & græcè doctiſſimus, qui multos ex Oriente ac Conſtantinopoli Codd. Manuſcriptos in Regiam intulit Bibliothecam, interque eos optimum illum Strabonis Cod. cujusque egregiæ in Pauſaniam notæ & emendationes leguntur in actis Academiæ Inſcription. vol. XIV, p. 195 & ſeqq. novam Anacreontis Editionem, ſimul cum Cl. Stephano Fourmontio, paraverat, & plurimas in hunc Auctorem ſcripſerat animadverſiones & emendationes, quæ nunc in Cl. Deshauterayes, Arabicæ linguæ in Regio Collegio Profeſſoris, Bibliothecâ aſſervantur.

[P. 100, l. 14.] Ὑάκινθοι. Sic è Cod. Urſin. Urſino probante, Moll. & hinc utraque Par. & Lipſienſ. at Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ac tres Mſſ. R. ὑάκινθος. Sic ſuprà, L. II, p. 32 Ed. Moll. ῥόδα, κρίνα, ἡ ΥΑΚΙΝΘΟΣ, καὶ ἴα ἀμφότερα; ubi ſimiliter pro ΥΑΚΙΝΘΟΣ, legendum puto ΥΑΚΙΝΘΟΙ.

[P. 100, l. 15.] Ἀναλαλλίδας. Suprà, L. II, p. 78 Ed. Moll. ὑρέθη ἡ ἴα, ἡ πάρνιθος, καὶ ἀναλαλλίς.

[P, 100, l. 17.] Τρύξη. Hanc Jungermani emendationem in textum recepit Cl. Dutens. Omnes aliæ Edd. & Mſſ. & Cod. Amyoti, πτυφή. Ariſtophanes in Pace, verſ. 570:

Ἀλλ' ἀναμνησθέντες ὦ ἄνδρες

Τῆς διαίτης τῆς παλαιᾶς,
. . . . . .
Τῶν τε συκῶν, τῶν τε μύρτων,
Τῆς τρυγός τε (fortè τρύγης τε) τῆς γλυκείας,
Τῆς ἰωνιᾶς τε τῆς πρὸς
Τῷ φρέατι,
Τῶν τ' ἐλαῶν, ὧν ποθοῦμεν.

Ingeniosè Cl. Hinlopen legendum conjicit: ἐς μετοπώρου ὀπώρα, καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν τρυφή.

[P. 100, l. 18.] Τὸ πεδίον. Hoc ΤΟ, quod in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. deerat, at in C. R. II legitur, è Cod. Ursin. Ursino probante, in textum revocavit Moll. & hinc uterque Par. Editor & Lipsiensis.

[P. 101, l. 1.] Τὸ μεσαίτατον. Suprà, Lib. I, p. 5: τῆς μεγάλης πέτρας ἦν τὸ ΜΕΣΑΊΤΑΤΟΝ.

[P. 101, l. 2.] Νεὼς Διονύσου. Nicetas Eugenianus, in primo de Drosillæ & Chariclis Amoribus libro:

Τῷ δεξιῷ δὲ τῆς παραδείσου μέρει,
Ἔξωθεν αὐτῶν τῶν ξυλίνων θριγκίων,
Βωμὸς κατεσκεύαστο τῷ Διονύσῳ.

[P. 101, l. 4.] Διονυσιακὰς γραφάς. C. R. III, Διονύσια ἐς γραφάς.

[P. 101, l. 5.] Ἀριάδνην. Hîc Mollius Ariadnes in insulâ Naxo desertæ fabulam exponit, & Diam à Naxo aliam facit, nesciens Diam fuisse vetus Naxi nomen.

[P. 101, l. 10.] Ὅμοιος ἐνδιδόντι. Sic è Jungermani, quem non laudat, conjecturâ reposuit Mollius, quem in hoc secuti sunt uterque Par. Editor & Lipsiensis. At verò Edd. Florent. Commelin. & Jungerman. ac tres Mss. R. ὅμοιον, quod refertur ad συρίζων, ut suprà, Libro I, pag. 20 Edit. Mollian. ἐπήχησεν ὅΜΟΙΟΝ ἱκέτῃ. Et pag. 21, φάττα βουκολικὸν φθεγξαμένη. Reitzius confert hæc Luciani, tom. II, paginâ 273: τὸ πρῶτων σύν-

θημα Λακεδαιμονίοις πρὸς τὴν μάχην ὁ αὐλὸς ΕΝΔΙΔΩΣΙ.

[P. 101, l. 11.] Καὶ τοῖς πατοῦσι δὲ τὴν χορευούσαις. An aliter legit Amyot vertens : en maniere qui ſembloit qu'il jouât une note commune aux Bacchantes qui danſoient, & aux aſſiſtants qui regardoient le verger ?

[P. 101, l. 14.] Ἀναλαμβάνων. Erigens, vel adſtringens, pedamentisve alligans, ut vertit Jungermanus ; cùm ἀναλαμβάνειν ſignificet & adſtringere. Tunc apud Longum, τὰ κλήματα ἀναλαμβάνειν idem eſſet, quod apud Lucianum in Philopſeud. tom. III, p. 38 : ἀναδοῦντι τὰ κλήματα, καὶ τὴν χάραξι ἐπιπλέκοντι. Amyot interpretatur : relevant les vignes qui tomboient en terre tous les jours.

[P. 101, l. 14.] Ἐστεφάνωσε τοῖς ἄνθεσι. Sic ſuprà, L. I, p. 78 : ἀνεζήτησάν τε καὶ ἄνθη, στεφανῶσαι θέλοντες τὸν θεόν. Fortè quis conjiciat punctum ità ante τοῖς ἄνθεσι figendum, ut legatur : τοῖς ἄνθεσιν ὕδωρ ἐπωχέτευσε πηγή τις.

[P. 101, l. 15.] Ἐπωχέτευσε πηγή τις. Omnes Editores præter utrumque Par. punctum ſuperius figunt poſt πηγή τις, & poſt ἄνθη Δάφνις. Fortè quis legere mallet : ἐπωχέτευσε πηγή τις, ἣν εὗρεν ἐς τὰ ἄνθη Δάφνις. Ἐχόλαζε μὲν τοῖς ἄνθεσιν, (omiſſo hîc ἡ πηγὴ, quæ poteſt huc è gloſsâ fluxiſſe) Δάφνιδος ᾗ ὅμως ἐκαλεῖτο πηγή. Sed & poſt ἐχόλαζε μὲν τοῖς ἄνθεσι retineri poteſt ἡ πηγὴ, vel legendum : ὕδωρ ἐπωχέτευσε. (ὁ Λάμων) Πηγή τις ἣν εὗρεν εἰς τὰ ἄνθη Δάφνις, ἐχόλαζε μὲν τοῖς ἄνθεσι, Δάφνιδος ᾗ ὅμως ἐκαλεῖτο Ἡ πηγή. Amyot vertit : mettoit ſur la tête de Bacchus un chapeau de fleurs nouvelles, & conduiſoit l'eau de la fontaine dedans les carreaux où étoient les fleurs : car il y avoit dedans ce verger une fontaine que Daphnis avoit trouvée, dont on

arrousoit les fleurs, & l'appelloit-on la fontaine de Daphnis.

[P. 101, l. 20.] Ἀφικόμενον δ᾽ ἀ μακρῦ. An ἀφιξόμενον δ᾽ ἀ μακρῦ, vel ὐ δ᾽ ἀ μακρῦ, quod & conjecerunt Cl. Hinlopen & Cl. Lefevre. Sic apud Dionys. Halicarnass. L. IX, p. 1739 Edit. Cl. Reiskii: Ο'Υ ΔΙΑ ΜΑΚΡΟΥ χωρήσασα εἰς πόλεμον. Suprà, p. 105 Edit. Moll. τις ἤγγειλεν ὅτι ὀλίγον πρὸ τῆς τρυγητῆς ὁ δεσπότης ἀφίξεται. At Reitzius ad Lucian. tom. II, p. 220, per ἀφικόμενον δ᾽ ἀ μακρῦ, intelligit herum illas omninò post longum temporis intervallum, post longam absentiam, esse visurum; ut apud Aristophanem in Pluto, v. 1046:

Ἔοικε δ᾽ ἀ πολλῦ χρόνυ σ' ἑωρακέναι.

Sic prorsùs Amyot: pource que leur maître ne fauldroit pas à les vouloir veoir, à cause qu'il y avoit long-temps qu'il ne les avoit vües.

[P. 101, l. 21.] Ἐπαινηθησόμενος. Malè Ed. Moll. & hinc utraque Par. ἐπαινεθησόμενος.

[P. 102, l. 1.] Διπλασίονας ἐποίησε. Suprà Daphnis dixit, L. III, p. 96 Ed. Moll. πεντήκοντα αἶγας παραλαβὼν, ΔΙΠΛΑΣΙΟΝΑΣ ΠΕΠΟΙΗΚΑ.

[P. 102, l. 2.] Λύκος ὐδὲ μίαν ἥρπαζε. Suprà Daphnis dixit, L. II, p. 49 Ed. Moll. αἶγα μὲν ὐδὲ μίαν λύκος ἥρπασε.

[P. 102, l. 5.] Πᾶσαν θεραπείαν προσέφερεν. Xenophon Ephes. L. I, p. 19: πᾶσαν ἐπιμέλειαν προσέφερεν. Achill. Tar. L. IV, p. 354: θεραπείαν αὐτῇ προσοίσομεν.

[P. 102, l. 9.] Καὶ ταρσῶν. Ad oram Cod. R. III, τάρφων.

[P. 102, l. 12.] Ἐκοινώνει. Sic suprà Daphnis Chloën adjuvans, Lib. III, p. 100 Edit. Moll. ἐκοινώνει τῆς πόνυ· ἤμελγε μὲν εἰς γαυλὺς· τὸ γάλα· ἐνεπήγνυ δὲ ταρσοῖς τὺς τυρύς.

[P. 102,

[P. 102, l. 14.] Ἐκείναις. Sic rectè cum Huetio conjecit prior Par. Editor, & hinc in textum repoſuit Cl. Dutens. Malè in Edd. Flor. Commel. Jungerman. Lipſienſ. & in tribus Codd. R. ἐκείνοις. Pejùs Ed. Moll. & hinc prior Par. ἐκείναι.

[P. 102, l. 14.] Ἐσχόλαζε. Cod. Urſ. Urſino probante, cum ν paragogico, ἐσχόλαζεν, ob ſequens ὥςτε: ſed meritò Cl. Boden hoc fulcrum negligit, & poſt Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 156 & 639, obſervat, antè aſpiratam literam, ut ὥςτε, negligi poſſe N ἐφελκυςτικόν; cùm ſpiritus aſper ſæpè hiatum molliat, maximè in fine periodi, (ut & hîc) ubi vocalium concurſus non adeò eſt dutus: & ſæpiùs hujuſce rei extitiſſe veſtigia, ſed abolita eſſe à librariis; quæ, inquit Cl. D'Orvill. p. 156, leviſſima quidem ſunt, ſed faciunt ad linguæ nitorem. Hîc autem dicitur ἐκείναις ἐσχόλαζε, ut paulò ſuprà, ἐσχόλαζε τοῖς ἄνθεσι.

[P. 102, l. 19.] Παραμένειν. Fortè παραμενεῖν.

[P. 102, l. 19.] Ἔς' ἄν. C. Urſ. ἕως τ' ἄν.

[P. 102, l. 21.] Ἤδη ᾗ ὀπωρινῆς τρύγης. Puto deeſſe τελεσθείσης, πεπαυμένης, aut aliquid ſimile. Suprà, L. II, p. 48 Edit. Moll. ἄρτι ΠΕΠΑΥΜΕΝΟΥ τῆ τρυγητῆ. Ibidem, p. 53, ἄρτι ΠΑΥΟΜΕΝΗΣ ἡμέρας. Huetius γενομένης ſupplendum putat. Infeliciter Jungermanus conjicit, ἤδη μὴ ἡ ὀπωρινῆς τρύγης. Mollius contendit ſenſum eſſe, dùm jam eſt autumnalis vindemia, & in hâc dictione ineſſe ellipſin participii ὤσης, vel παρούσης, aut ſimilis, cujuſmodi ellipſis apud Thucydid. χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν, ſcilicet, παρόντος.

[P. 103, l. 1.] Τοῦτόν τε ὄν. Cod. Reg. III, τοῦτον ᾗ ὄν.

[P. 103, l. 2.] Ὅτι ἦν αὐτῷ ἔργον τρέχειν. Amyot vertit: pour ce qu'il étoit LAQUETS, & étoit ſon métier de courir çà & là où on l'envoyoit. Cum hâc voce LAQUETS

confer Belgicum LACKEYE, quod curſorem ſonat, obſervante ad hunc locum Mollio, & hinc veram habebis noſtri vocabuli LAQUAIS originem.

[P. 103, l. 3.] Ἐδεξιοῦντο πᾶσαν δεξίωσιν. Quo ſenſu gallicè dicitur, ils lui firent toute ſorte d'accueil. Malè Reitzius ad Lucian. tom. II, p. 130, hæc ſic explicat: receperunt cum induſtriâ; nam, inquit Reitzius, οἰκεῖοι δεξιοὶ ſunt ſervi induſtrii apud eumdem Longum, p. 134 Ed. Moll. Idem ibid. Reitzius malè in Luciano δεξιῶς ἐξένιζον vertit, accuratè exceperunt.

[P. 103, l. 4.] Τὰς λῆνας νομίζοντες. Sic ſuprà, L. II, p. 30 Ed. Moll. ἐπάτει δ' λῆνας ἐμβάλλων, καὶ εἰς τὰς πίθους ἔφερε τὸν οἶνον.

[P. 103, l. 8.] Ἐν ἰκόνι. Malè prior Par. Ed. ἐκ ἰκόνι. Sic ſuprà, L. II, p. 69 Ed. Moll. ἐν αἰρέσει γενόμενοι. Ibid. p. 70, ἐν μνήμῃ γενόμενοι. Et L. III, p. 83, ἐν πύρᾳ γενέσθαι. Et L. II, p. 58, ἐν τροφῇ ἦν ἐκ ποτοῦ, καὶ παιδιᾷ. Confer Cl. Abreſch. Dilucid. Thucydid. Auctar. p. 405.

[P. 103, l. 9.] Μέλλοντος ἢ ἤδη. Hoc ἤδη, ut & multa alia, operarum vitio, ex Ed. Moll. & hinc ex utrâque Par. excidit.

[P. 103, l. 10.] Δάφνις ἔδωκεν. Sic in Cod. Urſin. Urſino probante, in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. & Lipſienſ. At in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ἔδωκε, ſine N ἐφελκυστικοῦ, quod à fine periodi poteſt abeſſe.

[P. 103, l. 11.] Καὶ ὅσα. Hoc καὶ, quod ab Edd. Flor. Commel. Moll. & hinc ab utrâque Par. abeſt, è Cod. Urſ. Urſino probante, reſtituêre Cl. Jungermanus & Cl. Boden; ut & in ſuo Codice invenit Amyot vertens, même-ment (καὶ) de ce que peut donner un chevrier.

[P. 103, l. 11.] Ἔδωκε ἢ ἐκ ὅσα ἀπό. Hoc δὲ ἀπὸ, operarum vitio, è priori Par. Editione, & hinc è poſteriore excidit.

[P. 103, l. 11.] Ἀπὸ αἰπόλου. Cod. Urſ. Urſino proban-

te, & hinc Edd. Cl. Jungerman. & Cl. Boden. habent *αἰπολίου*; pro *αἰπόλου*; quod Mollius tanquam de suo conjecit.

[P. 103, l. 12.] *Ἔριφον ὀψίγονον*. Jungermanus : « cur verò non potiùs recentem & *ἀρτίγονον*? Quippe, ait « politissimus Heinsius, omnis fœtura ultima præferebatur, « quia diutiùs lactabat; primæ enim fœturæ continuò lac « subducebatur, ubi alia expectabatur.

[P. 103, l. 14.] *Ἀγαθόν τι ἐρεῖν*. Sic Gallicè, dire du bien.

[P. 103, l. 16.] *Φίλα φρονῶν*. Sic loquitur Homerus, Il. Δ, v. 219.

[P. 103, l. 17.] *Συνένεμεν*. Sic conjecerunt Jungermanus, prior Par. Editor & Cl. Bernard ad Synesium de febribus, p. 41. Sic quoque in duobus primis Codd. R. & in Edit. Cl. Dutens. Cæteræ omnes *συνέμενεν*. Suprà, L. III, p. 82 Ed. Cl. Dutens : *αὐτὴν ἴσασιν αἱ αἶγές σοι* ΣΥΝΝΕΜΟΥΣΑΝ. Amyot autem videtur legisse *συνένεμεν*; vertit enim : demoura traitant ses bêtes en grand soin & grande sollicitude avec Chloë; ubi vides eum & illam lectionem *συνέμενεν* expressisse.

[P. 103, l. 17.] *Εἶχε δὲ κἀκείνη πολὺ δέος*. Mallem *κἀκείνην*, quod magis græcum. Sic Achill. Tat. Lib. II, p. 518 : *δέος δέ με εἶχεν*. Idem, L. VII, p. 574 : *τρόμος εἶχεν αὐτόν*; ubi mallem *εἷλεν*, ut Sappho : *τρόμος δὲ πᾶσαν ἄγρει*.

[P. 103, l. 17.] *Μειράκιον γάρ*. Hoc γὰρ in solâ legitur Editione Cl. Jungermani, qui illud è Cod. Urs. Ursino probante, restituit.

[P. 103, l. 18.] *Καὶ ὄρος*. Cl. Hinlopen offendere se dicit ad illud *ὄρος*; nihil enim Daphnidi fuisse cum hoc monte negotii, ideòque legendum *οἷς*. Sed mihi non loco movendus videtur ille mons in quo capellas suas pascebat Daphnis.

[P. 103, l. 10.] Ἤκυε τὸ ὄνομα. Sic Cod. Urſ. Urſino probante, & hinc Ed. Cl. Boden. At Edd. Flor. Commel. & Jungerman. & tres Mſſ. R. conjunctim, ἠκούσθο ὄνομα; pro quo Moll. & hinc uterque Par. Editor, ἠκούσθο ΤΟ ὄνομα. Sic ſuprà, L. III, pag. 97 noſtræ Edit. alii ἐφυλάττθο, alii ἐφύλαττε τὸ legunt. Malè Moll. vertit, cujus ne nomen antè fando didicit; malè Amyot, duquel il n'avoit oncques entendu le nom (ἤκυε τὸ ὄνομα, non ἠκούσθο) avant cette heure là. Probabile non eſt Daphnim hùc uſque heri ſuî nomen ignoraſſe. Vertendum igitur cum Jungermano, cujus priùs nihil præter nomen ſolum inaudiverat.

[P. 104, l. 2.] Ὀνθροπολῶσι. Huetius conjicit ὀνειροπολῶσι. Achilles Tatius, L. V, p. 492: δίομαι γάμυ ὂν ὀνθροπόλυν. Aleiphron, L. I, Ep. XXXIV, p. 146: τυραννίδας ὀνειροπολῶ.

[P. 104, l. 3.] Συμπιφυκότων. Eodem ſenſu Xenophon Epheſ. L. I, pag. 11, συμφῦναι ἀλλήλοις. Longus ſuprà, Lib. II, pag. 40: καὶ ἐκεῖνο πολὺν χρόνον ὥσπερ συμπεδυκέναι.

[P. 104, l. 8.] Λάμπις. Duo primi Codd. R. Λάμπης. Sic & in Amyoti Cod. ut ex ipſius verſione colligitur.

[P. 104, l. 11.] Αἰσθόμενος ἂν ὡς, ἰὰ συγχωρηθείη. Hoc ἰὰ, quod in Edd. Flor. & Commel. deeſt, at in duobus primis Codd. R. legitur, è Cod. Urſ. Urſino probante, reſtituerunt Jungermanus, Mollius & Cl. Boden. Malè in utrâque Par. Edit. αἰσθόμενος ἂν ἰὰ συγχωρηθείη, omiſſo ὡς.

[P. 104, l. 12.] Αὐτὴν ἄξιαι. Confer Thomam Magiſtrum, p. 6, in Ἄξιται γυναῖκα.

[P. 103, l. 12.] Τέχνην ἐζήτει δι' ἧς ... ποιήσει. Sic ſuprà, L. III, p. 68, l. 5 noſtræ Editionis: ΤΕΧΝΗΝ ΕΖΗΤΟΥΝ ΔΙ' ΗΣ ἀλλήλυς ΘΕΑΣΟΝΤΑΙ. Et ibid.

p. 80, l. 17, διδάξαι ΤΈΧΝΗΝ, ΔΙ' ἧΣ ὃ βούλεται ΔΡΆΣΕΙ. Achilles Tatius, Lib. II, p. 136 : ἘΖΉΤΟΥΝ μηχανὴν ΔΙ' ἧΣ ἀναβάλλεσθαι δυναίμην τὸν γάμον.

[P. 104, l. 14.] Τῷ παραδείσῳ τερπόμενον. Sic suprà, L. II, p. 34 nostræ Ed. τέρπομαι τοῖς ἄνθεσι καὶ τοῖς φυτοῖς.

[P. 104, l. 20.] Κατεπάτησεν. Suprà, pag. 34 & 35 nostræ Ed. ὅρα μή τί σοι τῶν φυτῶν κατακέκλασται .... μή τις ἄνθους ῥίζα πεπάτηται.

[P. 104, l. 21.] Ὁ μὲν λαθών. In tribus Codd. R. in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. omissum est illud ὁ μὲν, quod è Cod. Urs. Ursino probante, primus revocavit Mollius.

[P. 105, l. 2.] Ἔργον οἷον ἐχθρός. Sic in omnibus Edd. & Codd. At Mollius in notis conjecit οἷος οὐκ, quod hinc uterque Parisiensis Editor in textum recepit. Sic infrà, p. 121 : κάλλος οἷος ΟΥΔΈ ὅπὶ τῆς πόλεως εὑρών. Amyot vertit : si oultrageusement villanée, qu'un ennemi venant à propos délibéré pour tout gâter, n'y eût sçu pis faire.

[P. 105, l. 6.] Ἐξέδραμε. Operarum vitio, in Edit. Commel. ἐνέδραμε.

[P. 105, l. 9.] Ἦν μὲν κενὸν πένθος ἀνθῶν. Sic Edd. Flor. Commel. & Jungerman. At Moll. & hinc uterque Par. Editor & Lipsiensis dederunt κοινὸν, quod probaverunt Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 695, & Cl. Boden. C. R. II, καὶ ἦν μὲν κενὸν, omisso πένθος ἀνθῶν, quod desideratur & in Cod. R. I, ubi, ut in C. Urs. Ursino probante, legitur καινόν. C. R. III, καὶ ἦν μὲν καιρός ; & ad marginem, fortè κενὸν πένθος. An Amyot legit, καὶ ἦν μὲν οὐ καινὸν πένθος ? Vertit enim : si n'étoit pas de merveille (οὐ καινὸν) que ceux qui redoubtoient l'ire de leur Seigneur, en pleurassent : car un étranger à qui le fait n'eût point touché, &c,

Qui tamen sensus unicè verus, & ex hâc lectione, ἐς ἦν μὲν κοινὸν πένθος, facilè oriri potuit.

[P. 105, l. 10.] Πτοούμενοι. C. Urs. αἰδούμενοι. Infrà, p. 111 Edit. Moll. ἐθρήνουν οὐ τὰ ἄνθη λοιπὸν, ἀλλὰ τὰ αὐτῶν σώματα.

[P. 105, l. 10.] Ἔκλαον. Hîc malè Huetius emendat ἔκλαιον, formæ Atticæ immemor; ut & infrà in his verbis, L. IV, p. 126 Edit. Moll. οὐκ ἀντέσχε κλάοντι, idem legendum conjicit κλαίοντι. Tantilla res tantum fugerat virum.

[P. 105, l. 11.] Ἀποκεκόσμητο. Suprà, p. 104 nostræ Ed. παράδειον ἀποκοσμῆσαι.

[P. 105, l. 14.] Καλὸν καὶ κείμενον. Rectè Jungerman. confert hæc è Virgil. L. XI Æneid.

Qualem virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi,
Cui neque fulgor adhùc, necdum sua forma recessit;
Non jam mater alit tellus, viresque ministrat.

[P. 105, l. 14.] Ἐπέκειντο δέ. Malè utraque Par. Ed. ἐπέκειντο καί.

[P. 105, l. 15.] Συνεχεῖς. Feliciter Huetius conjicit συνεχές.

[P. 105, l. 16.] Θρηνούσαις ὅμοιον. Hîc dicitur βομβῦσαι θρηνούσαις ὅμοιον, ut suprà, L. I, p. 22 nostræ Ed. φάττα ΒΟΥΚΟΛΙΚΟΝ φθεγξαμένη, & p. 21, ὁ τέττιξ ἐπήχησεν ὅΜΟΙΟΝ ἱκέτῃ, & L. IV, p. 101, συρίζων ὅΜΟΙΟΝ ἐνδιδόντι; ubi tamen rectiùs legitur, συρίζων, ὅΜΟΙΟΣ ἐνδιδόντι: ut & hîc conjici potest, θρηνούσαις ὅΜΟΙΑΙ. Codex autem Flor. habet θρηνῦσαι καὶ βομβῦσαι, pro βομβῦσαι ἐς θρηνούσαις. Hinc malè Moll. & post eum uterque Par. Editor, dederunt θρηνῦσαι, pro θρηνούσαις quod in Edd. Flor. Commel. & Jungerman.

[P. 105, l. 17.] Τῆς ῥοδωνιᾶς. Hunc Longi locum

producit Cl. Sallerius, ſeu potiùs Cl. Sevinus, ad Thomam Magiſtrum, in vocem Ῥοδωνιὰ, p. 785.

[P. 106, l. 2.] Διάπυρα Διόνυσε. Sic ſuprà, Lib. III, p. 95 noſtræ Ed. ὦ διαπύρα Πάν. Θεὸς γὰρ ΔΕΣΠΟΤΑΣ καλῶν χρεὼν, inquit Euripides in Hippolyt. v. 88.

[P. 106, l. 4.] Καὶ ἴδλιπες. Poſt ἴδλιπες unum verbum deeſſe puto, ut διαφθειρόμενα, vel ἀνορυττόμενα, vel καλαπλώμενα, vel παλύμενα. Quomodò conculcatos aſpicere potuiſti flores quibus te ſæpè coronavi? Sic & Amyot videtur in ſuo Cod. inveniſſe; vertit enim: & toi, ſire Bacchus, n'as-tu point eu de pitié de ces pauvres fleurs que l'on a ainſi tout auprès de toi, devant tes yeux, DIFFAMÉES?

[P. 106, l. 6.] Κρυμᾷ. Infeliciter Huetius conjecit κρυμάσει; malè Moll. hîc videre ſibi viſus eſt enallagen temporis præſentis, pro futuro κρυμάσει; quòd, inquit, loquatur Lamon de re quaſi certâ & mox eventurâ. Κρυμᾷ hîc eſt futurum contractum pro κρυμάσῃ, ut atticè in futuro dicitur, δρῶ, βιβῶ, ἰλῶ, σκεδῶ, ἰῶ, ἰλῶ, ἰλᾶς, pro ἰλάσεις apud Ariſtophan. in Eq. v. 600, ἀφιλῶ, v. 290, ἐξιλῶ, v. 364, ἰλῶσι, pro ἰλάσωσι apud Æſchyl. in Eumen. v. 75, &c. διαβιβῶ, pro διαβιβάσω, ἀναπείσῶ, κερῶ, pro κεράσω, κολῶ, pro κολάσω, περῶ, ἀναβιβῶμαι, pro ἀναβιβάζομαι, & δοκιμῶ, αἴρῶ, ἀντιῶ, κοπιῶ, ac innumera alia quæ videbis apud Cl. Pierſon in Mœrim Atticiſtam, voce Διαβιβῶ, p. 124, & in Ἐλῶ, p. 146, & apud Sylburg. ad Clenardi Grammat. p. 431, & ad Etymol. p. 536, l. 42, apud Rich. Daweſ. Miſcell. Crit. p. 74, & Hemſterhuſ. ad Ariſtophanis Plut. v. 650, p. 217, ab eodem Pierſon indicatos. Confer & eumdem Hemſterh. ad Plutum, v. 1072, p. 397, ubi ἰῶ, pro ἰάσω; & ad v. 1077, p. 398, ubi monet μαχῦμαι, διαμαχύμεθα & ὀμῦμαι eſſe futura attica, non autem præſentia

pro futuris uſurpata; quod immeritò cenſuerant Herodianus, p. 88, Mollius, & Kuſterus rectè confutatus à Rich. Daweſ. Miſcell. Crit. p. 74, obſervante hanc futurorum contractionem Atticam fieri non ſolitam, niſi in verbis, in quibus penultima poſt contractionem maneat brevis. Berglerus ad Alciphron. Lib. I, Ep. XXXIX, pag. 194: « Ἑστώμεθα, pro ἱστασόμεθα; ut ἑλᾷς, pro ἐλάσεις, « ἑλῶμεν, pro ἐλάσομεν, quæ ſæpiùs occurrunt. Et ſolet « in verbis primæ contractorum id fieri ſæpiſſimè. Omnia « autem talia QUIDAM EX RECENTIORIBUS pro futuris « ſecundis habent [22]. His addo ἐργᾷ, pro ἐργάσῃ, quod apud ſeptuaginta Interpretes, Geneſ. cap. 29, verſ. 27, & Exod. c. 20, v. 9, legitur. Atque hîc quidem me nonnullam ab eruditis Lectoribus gratiam initurum eſſe confido, ſi cum iis communicem quæ de hâc futurorum & aliorum geminorum, ut putant, temporum formâ cenſuit Cl. Lennepius, cujus inedita in Græcæ linguæ analogiam Dictata vel pueris in Batavià notiſſima ſunt, ſed cæteras gentes, ad quas nunquàm pervenerunt, & præſertim Gallos, Hiſpanos & Italos omninò latent, quarumque adeò particula, hâc occaſione datâ, proferenda eſt.

Scilicet ille exiſtimabat, futura attico more formata à verbis puris in αω, vel εω, cadentibus, ut ſunt futura δρῶ, à præſenti δράω, & ἐξελῶ, κρεμῶ, ἐξολῶ, aliaque hujusce generis in ſcriptis Atticorum obvia, reverà formata eſſe à futuris in ασω, vel εσω, ſublatâ nempè, more Ionum, literâ Σ inter duas vocales. Hoc enim in multis verbis eorumque conjugationibus, Ionibus proprium fuit; ſicuti, verbi gratiâ, in futuro ἐρέω, à præſenti ἐρέω, paſſim apud Homerum obvio. Quod itaque Iones pronunciabant futurum δράω, ἐξελάω, κρεμάω, ἐξολέω, pro futuris δράσω, ἐξελάσω, κρεμάσω, ἐξολέσω, hoc Attici, quorum antiqua dialectus ab Ionicâ parùm differebat, contractione

inſtitutâ, pronunciârunt δρῶ, ἐξελῶ, κρεμῶ, ἐξολῶ; atque ita in aliis quæ in ω definunt, idque tam in activo quàm in futuro medio. Sic, exempli causâ, Attici futurum medium μαχέϛομαι, ab Ionibus pronunciatum μαχέομαι, extulerunt μαχεῦμαι; atque ita in reliquis ſimilibus, in quibus tamen omnibus obſervandum, quid optimorum Scriptorum uſus doceat, nec quidquam temerè fingendum, quod non eorum auctoritate ſit comprobatum.

Hinc ſequitur illud quod vulgò ſtatuunt grammatici, futurum ſecundum eòdem pertinere; adeòque non duo futura idem ſignificantia, ut falsò exiſtimatum eſt, ſed unicum duntaxat Græcos habere: ea autem quæ vulgò dicuntur futura ſecunda, ut τυπῶ, ἀκοῶ, λιπῶ, φυγῶ, κ.τ.λ. non niſi futura eſſe attica ad eamdem rationem ad quam modò memorata verba, formata, adeòque orta à verbis obſoletis puris τυπέω, ἀκοέω, λιπέω, φυγέω, κ.τ.λ. Tempore factum eſt ut horumce verborum purorum tempora præſentia in deſuetudinem abierint, futura autem remanſerint in uſu. Cùm autem Grammatici jam non in ore loquentium invenirent ulla verba, ſeu themata præſentia, ad quæ referri poſſent hæc futura τυπῶ, ἀκοῶ, φυγῶ, κ.τ.λ. ea conſiderârunt tanquam futura ab iis diverſa quæ frequentiùs occurrunt, atque ita bina futura, primum nempè & ſecundum, ſibi videre viſi ſunt; de quibus ne per ſomnium quidem Antiqui cogitaverant.

Quod autem attinet ad ea futura ſecunda, ut vocant Grammatici, in quorum penultimâ pro E eſt A, ut ϛαλῶ, σπαρῶ, κλαπῶ, ϖαρθῶ, aliaque ſimilia, formata à ϛέλω, σπείρω, κλέπτω, ϖέρθω, & ſimilibus, ea reverà non ſunt horumce verborum futura, ſed orta à verbis productis, ϛαλέω, σπαρέω, κλαπέω, ϖαρθέω, quæ & ipſa orta ſunt à ſimplicioribus ϛάλω, σπάρω, κλάπω, ϖάρθω: undè nec hæc futura, ϛαλῶ, σπαρῶ, κλαπῶ, ϖαρθῶ, pro ſe-

cundis habenda ſunt ; ſed eodem prorsùs modo efformata ſunt, quo futurum atticum ἐρῶ ex ἐρέω.

Idem dicendum & de futuris φραδῶ, πραγῶ, ὀδῶ, κ.τ.λ. à verbis, ut putant, φράζω, πράτ̃ω, ὄζω ; ſed quæ potiùs derivanda ſunt, ut omnia hujuſce generis, à verbis inuſitatis φραδέω, πραγέω, ὀδέω, quæ & ipſa oriuntur à verbis primitivis φράδω, πράω, ὄδω, à quo poſtremo latinum ODOR proximè deſcendit. Reliqua autem futura ſecunda quæ vulgò vocantur, ad eamdem rationem facilè revocanda, & ad unum futurum quod primum dici ſolet, unicè referenda ſunt : cùm certiſſimum ſit unicam futuri characteriſticam in antiquiſſimâ Græcâ linguâ conſtanter fuiſſe literam Σ ; mutationes autem omnes, quæ in diverſis cernuntur futuris, variis verborum formis, quarum multæ obſoletæ ſunt, vel diverſis adſcribendas eſſe dialectis, iiſque ſuam originem debere, nec magis nova conſtituere tempora, quàm Æolicum τύψεια novum conſtituit aoriſtum. Sæpè enim ex unâ in aliam dialectum, vel ex hâc, aut ex illâ vicinâ formâ, recepta fuerunt tempora. Neque alia eſt ratio quare interdùm uni verbo duplex futurum adjungatur : ſicut, exempli causâ, verbo ἀφύσσω, cujus duo perhibentur futura, nempè ἀφύσω & ἀφύξω ; quorum quidem prius ad verbum ἀφύζω, ſeu potiùs ἀφύω ; poſterius verò ad ἀφύσσω referendum eſt.

Sic & ſecunda, quæ vulgò vocantur, paſſivi futura una eademque ſunt ac prima ejuſdem paſſivi futura, ſemper à futuro activo, mutando ω in ομαι, formata, ſed à formis vicinis orta : ſic, verbi gratiâ, τυπήϑομαι, ſecundum paſſivi futurum, oritur à τυπήσω, futuro activo verbi τυπέω, cui vicinum τύπω ; quemadmodùm primum paſſivi futurum, τυφθήϑομαι, oritur ab activo futuro τυφθήσω, verbi τυφθέω, cui vicinum τύπ̃ω. Eodem prorsùs modo ὀριχθήϑομαι, primum futurum, non immediatè oritur ab ὀρίσω,

ſed à futuro ὀρεχθήσω, formæ productioris ὀρεχθέω; de quo dubitare nos non ſinit ipſummet præſens ὀρεχθέω, quod apud veteres Scriptores remanſit. Undè ut prima & ſecunda activi, ſic & prima ac ſecunda paſſivi futura una eademque ſunt, nonniſi ſolâ formâ differunt, & eodem prorsùs modo à verbis vicinis formantur.

Sic τυπλήσω, futurum atticum à vicino verbo eoque obſoleto, τυπλέω, formatum, ſupereſt apud Ariſtophanem in Nubibus, v. 1445, ut & τυπλήσεις apud eumdem, ibid. in Pluto, v. 21; à quo ortum futurum paſſivum τυπλήϑομαι, quod legitur apud eumdem in Nubibus, v. 1382, non magis tertium conſtituit paſſivi futurum, quàm τυπήϑομαι ſecundum; ſed oritur à τυπλέω, ut τυφθήϑομαι à τυφθέω, & τυπήϑομαι à τυπέω.

Ex quo porrò intelligitur & primum quod dicitur verbi medii futurum, non aliud eſſe quàm paſſivum futurum, & ab hujus formatione nihil quidem differre, ſed ab aliâ formâ vicinâ oriri. Ut enim à futuro activo τυφθήσω, verbi τυφθέω, fit τυφθήϑομαι, & ab ὀρεχθήσω fit ὀρεχθήϑομαι, quod eſt primum, ut vocant, paſſivi futurum, ſic & à futuro τύψω verbi τύπω, fit τύψομαι, & ab ὀρέξω, futuro verbi ὀρέγω, fit ὀρέξομαι, quod primum eſſe dicitur medii futurum. Et hoc clariùs apparebit ex verbis φιλέω & τιμάω, à quorum futuris activis, φιλήσω & τιμάσω, formantur futura paſſiva φιλήσομαι & τιμήϑομαι, quæ à Grammaticis ſimul & pro ſecundis paſſivis, & pro primis mediis habentur futuris.

Neque alia eſt ratio futuri ſecundi medii τυπῦμαι, quod idem eſt ac medii primum & utrumque paſſivum, eodemque prorsùs modo formatum, ad diverſam, eamque vicinam, ejuſdem verbi formam referendum eſt. Ut enim τύψομαι, primum medii futurum, formatur ab activo futuro τύψω, mutando ω in ομαι, (quemadmodùm primum paſſivi futurum, τυφθήϑομαι, formatur à futuro activo, τυφθήσω, quod fit à τυφθέω, & ſecundum paſſivi

futurum, τυφήϑομαι, formatur à futuro activo τυπήσω, quod fit à τυπέω) ſic ab activi futuro Ionico τυπέω (pro τυπέσω) venit τυπέομαι, & per contractionem τυπεῦμαι, quod immeritò vocant ſecundum medii futurum; dùm contrà quatuor illa futura, duo paſſiva, & duo media, pro uno eodemque futuro paſſivo habenda ſunt, eamdemque ſequuntur formationem; ſed ad diverſas tantùm verborum vicinorum formas referuntur.

Idem dicendum de paulò-poſt-futuro, ut vocant: hoc enim futurum nihil aliud eſt, quàm futurum paſſivum, & eamdem quidem formationem ſequitur, ſed à vicinâ verbi reduplicatione aucti formâ oritur: ut adeò τετύφομαι factum ſit à futuro obſoleto τετύφω, verbi τετύφω, vel τετύπω, cui vicinum τύπτω. Similiter πεποιήϑομαι eſt à πεποιήσω, verbi πεποιέω, cui vicinum ποιέω. Sic κεκραξόνται, quod unicum paulò-poſt-futurum in toto Novo Teſtamento occurrit apud S. Lucam, c. 19, v. 40, eſt futurum paſſivum à κεκράξω, verbi κεκράγω. In ſcriptis autem veterum Poëtarum plurima reperiuntur hujuſce generis verba reduplicatione aucta; quæ ſunt novæ verborum formæ ortæ à præterito perfecto verborum primitivorum, ſervato hujuſce præteriti perfecti augmento, qualia ſunt ἑστήκω à præterito perfecto ἕστηκα, verbi ϛάω; δεδοίκω à præterito perfecto δέδοικα, verbi δέω, vel δείδω; πεφύκω à πέφυκα, verbi φύω, atque alia innumera ad hanc rationem exigenda, quæ multa in Doricâ dialecto fuiſſe obſervant Grammatici.

Hæc autem verba reduplicata, præter paulò-poſt-futurum, quod, ut in activo, ſic in paſſivo, nullum eſt, etiam peperiſſe videntur & imperfecta Ionica, qualia τέτυπον & multa alia ſimilia; cùm Iones, ut conſtat, augmentum vulgò omittere ſoleant, & à verbo reduplicato τετύπω effotmaverint imperfectum τέτυπον, omiſſo augmento.

Quod verò ſpectat ad aoriſtum qui dicitur ſecundus, quemque formari à futuro ſecundo non ſine aliquâ ſpecie ſtatuunt Grammatici, id ſi attentiùs conſideretur, à vero alienum eſſe quivis intelliget, qui meminerit eorum quæ de hoc futuro ſecundo ſuprà obſervata ſunt. Cùm itaque olim nullum futurum ſecundum extiterit, aliò quoque referendum eſſe aoriſtum quem vocant ſecundum, immò nullum eſſe, facilè apparet. Quæ autem Grammaticos recentiores ad futurum ſecundum fingendum adegit vicinarum formarum ignoratio, eadem in causâ fuit cur aoriſtum ſecundum, qui nunquam extitit, excogitarent. Semper tenendum eſt, multa futura, non ea duntaxat quæ ſecunda dicuntur, ſed etiam prima, non à verbis uſitatis quibus adſcribuntur, ſed à vicinis oriri verborum formis. Id autem ſi hîc perpendamus, ſtatim patebit, hujus aoriſti, qui ſecundus dicitur, formationem perfici, ſi præſentis temporis illius formæ ad quam proximè pertinet, terminatio Ω in ΟΝ mutetur, & præfigatur augmèntum. In quâ quidem formandi ratione cùm idem prorsùs locum habeat, quod in imperfecti formatione, unuſquiſque facilè advertet hunc ſecundum aoriſtum rectiùs referri ad imperfecta, quæ à vicinis verborum formis, iiſque imprimis obſoletis, oriuntur: ut mirandum non ſit toties hunc aoriſtum, quem vocant ſecundum, eodem ſenſu quo imperfectum uſurpari. Quum itaque nihil aliud ſit hic aoriſtus quàm imperfectum, ſi & formationem, &, ut plurimùm, ſignificationem reſpiciamus, hinc ſequitur ejus quoque per omnes perſonas & numeros flexionem eamdem prorsùs eſſe, quam imperfecti. Neque noſtræ obſtat ſententiæ quod in ſecundo paſſivi aoriſto alia, quàm in paſſivo imperfecto flexio eſt, ut infrà ſuo dicemus loco. Hanc doctrinam firmant ii aoriſti ſecundi, qui à præſentibus uſitatis oriuntur, & propterea planè conveniunt cum imperfectis, ac eodem jure pro

imperfectis ac pro ſecundis haberi poſſunt aoriſtis; ut, verbi gratiâ, ἦκον ab ἥκω, εἶλον ab ἕλω, εἶπον ab ἔπω, εἶδον ab ἴδω, in quibus eadem contractionis ratio ab initio, quæ aliorum verborum à vocali incipientium. His itaque præmiſſis, facillimum erit omnes hos aoriſtos ſecundos, ſeu potiùs imperfecta, ad vera ſua themata referre. Ita ἔτυπον, tanquam imperfectum, pertinet ad τύπω, ut imperfectum ἐτυπτον ad vicinum quidem, ſed productum verbum, τύπτω, refertur. Eâdem porrò ratione à λάζω eſt ἔλαβον, à σάπω, cujus loco ſupereſt σήπω, ἔσαπον; à μάθω, undè μανθάνω, ἔμαθον; à τραγω, cujus loco uſurpatur τρώγω, ἔτραγον; à κάω, undè factum καίω, ἔκαον; à πάω, undè factum παίω, ἔπαον; à φύσω, cujus vicinum φύσω, ἔφυσον; à λίπω, cujus vicinum λείπω, ἔλιπον; à σπάρω, cujus vicinum σπείρω, ἔσπαρον; à κάρω, cujus vicinum κείρω, ἔκαρον; ab ὀφέλω, undè ὀφείλω, ὤφελον; atque ità in aliis multis.

Qui autem aoriſti referuntur ad verba in χω, ut ſunt ἔσμυσον, aliaque ſimilia, ad vicinas pertinent formas; & illud quidem ad σμύσω, cujus vicinum σμύχω. Sic ἔῤῥαφον pertinet ad ῥάφω, cujus vicinum; ῥάπω, undè uſitatum ῥάπτω; ἔῤῥιφον ad ῥίφω, cujus vicinum ῥίπω, undè eſt ῥίπτω. Porrò ſicut futura in ξω verborum αω, propriè pertinent ad verba in σω, ita ad eaſdem formas pertinent aoriſti qui dicuntur ſecundi. Sic ἔπραθον à πράθω, cujus vicinum πράθω, ὤρυσον ab ὀρύσω, cujus vicinum ὀρύσω, oritur. Qui verò in δον deſinunt, ſicuti futura ſecunda, referendi ſunt ad formas verborum in δω, ut ἔφραδον ad φράδω, undè ortum φράσδω, ſeu φράζω. Notandum enim eſt verba in ζω vulgò efferri ſolita, à Dorienſibus, & imprimis à Siculis, pronuneiata fuiſſe per σδω, à Tarentinis verò per αω, à Bœotiis per τθω, vel δδω; quæ tamen poſtrema flexio Lacedæmoniis potiſſimùm fuit propria: quâ quidem

ratione φράζω, φράδω, φράδδω, φράσδω, φράσσω & φράτλω, nonniſi dialecto diversâ, ſeu diversâ diverſorum Græciæ populorum pronunciatione inter ſe differunt. Pater igitur omnes ſecundos activi aoriſtos nihil aliud eſſe, quàm imperfecta à vicinis deducta formis, quarum plurimæ obſoletæ ſunt.

Cùm verò in linguâ Græcâ aoriſtus ſecundus non magis exiſtat, quàm tria ſecunda activi, paſſivi, medii, & primum medii, futura, ac paulò-poſt-futurum; quærendum an ut in activo, ſic etiam in paſſivo, ad imperfectum pertineat. Immò verò etiam & primus paſſivus formatione ad imperfectum referendus eſt. Et quidem iſta tempora facta ſunt ad normam imperfectorum activorum, quæ à verbis in μι oriuntur; quales formas verborum in μι, quàm plurimas olim in Græcâ linguâ extiriſſe, immò reliquis antiquiores eſſe, ex iis quæ ſuperſunt, abundè apparet; cùm præterea in Homero, Scriptore omnium antiquiſſimo, immò in variis Græciæ dialectis, & præſertim in Æoliâ, frequentiſſimè uſurpentur ubi alii Græci verbis in Ω deſinentibus utuntur. Hoc autem ne temerè quis putet proponi, res paulò enucleatiùs eſt exponenda. Conſtat multa apud Græcos verbi paſſivi tempora in activo ſenſu uſurpari, & contrà multa verbi activi in paſſivo adhiberi: mirum itaque videri non poteſt, ſi hæc tempora, etſi ad paſſivum referuntur, quòd in uſu plerùmque virture paſſivâ gaudeant, formatione tamen ad activum verbum pertinere dicantur; hinc minùs mirandum eſt non rarò etiam hæc ipſa tempora à Scriptoribus in activo ſenſu uſurpari. Qui autem activa verborum in μι conſideraverit imperfecta, is & facilè inveniet quò referri poſſint hi duo paſſivi aoriſti. Nam & in formatione, & in flexione, immò & in dialectis, imperfectorum quæ verbis in μι adjungi ſolent, rationem ſequuntur; &, quod etiam majus eſt, in diverſis modis, eaſdem

mutationes quas iſta verborum in μι deſinentium imperfecta, patiuntur. Certum itaque eſt, eadem eſſe naturâ ſuâ hæc tempora, ſed tantùm orta à diverſis vicinorum verborum formis. Quæ igitur ratio inter ἐτίθην, imperfectum activum, & præſens τίθημι intercedit, hæc eadem pariter eſſe deprehenditur inter ἐτύφθην, quod pro primo aoriſto paſſivo malè habent, & inter obſoletum τύφθημι. Sic & quæ ratio inter ἔθην & θημὶ intercedit, hæc eadem pariter eſſe deprehenditur inter ἐτύπην, quod immeritò pro ſecundo aoriſto paſſivo habetur, & inter obſoletum τύπημι. Et quidem τύφθημι cum τυφθίω, & τύπημι cum τυπίω, formis diverſis à τυπῶ ortis, eodem modo conveniunt, quo cum θίω, quod oritur ex θῶ, convenit θημί; ex quo θημὶ, additâ reduplicatione, formatur τίθημι: quæ tamen reduplicatio interdùm omittitur, ut in φημὶ, à verbo φάω, quod aliàs pronunciandum eſſet φίφημι.

Diximus autem ἐτύπην nihil aliud eſſe quàm imperfectum, ut ἔθην, quamvis illud ἔθην vulgò pro ſecundo habeatur aoriſto. Enim verò ut in aliis, ſic & in iis quæ in μι deſinunt verbis, nullus eſt aoriſtus ſecundus, ſed ad imperfectum pertinet, & eodem prorsùs modo formatur. Ἔθην itaque ad præſens θημὶ pertinet, ſicut ἐτίθην ad τίθημι; & ἔϛην ad ϛημὶ, ſicut ἵϛην ad ἵϛημι; & ἔδων ad δωμὶ, ſicut ἐδίδων ad δίδωμι. Verbi autem ζεύγνυμι aoriſtus qui dicitur ſecundus, nullus traditur, ſcilicet quòd Grammatici nullum aliud invenerint imperfectum, præter id quod vulgò exhibetur, quod tanquam aoriſtum ſecundum huic verbo adjungerent. Verbi autem εἰμὶ, SUM, itidem nullus aoriſtus ſecundus notatur; at in εἶμι, EO, aoriſtus qui dicitur ſecundus, ἴον, ἴες, ἴε, verè imperfectum eſt verbi ἴω, idque flectitur ſicut ἔτυπτον, &c. Sic ἔφην ad imperfectum ſecundum, non autem ad aoriſtum ſecundum, referendum eſt.

Cùm

Cùm itaque paſſivi primus & ſecundus aoriſtus quem vocant, ſint mera imperfecta facta ad normam imperfectorum activorum quæ à verbis in *μι* deſinentibus oriuntur, hiſce alium ſubſtituimus aoriſtum paſſivum, & eum quidem quem Grammatici dicunt aoriſtum primum medium, ut ἐτυφάμην. Hoc enim tempus malè à Grammaticis, ſi formationem ſpectes, relatum ad verbum medium, rectè ab iiſdem repetitur ab aoriſto primo activo ἔτυψα, à quo, additâ terminatione *μην*, formatur ἐτυφάμην, quod ut terminatione, ſic & flexione, cum imperfectis & pluſquàmperfectis paſſivis convenit.

Secundus autem aoriſtus medius, ut vulgò vocatur, nihil aliud eſt quàm imperfectum paſſivum à diverſâ verbi formâ ortum: ut enim à τύπτομαι fit ἐτυπτόμην, ſic prorsùs à τύπτομαι, verbi τύπτω, fit ἐτυπόμην.

Sic & medii præteritum perfectum & pluſquàm-perfectum ad activum pertinent, & eodem modo formantur, quo iſta in activo tempora. Ita τέτυπα æquè ad τύπτω pertinet ac τέτυφα. Literarum enim π & φ ſimiliumque vicinarum commutatio in temporum & flexione & formatione frequentiſſima eſt. Ea tamen tempora, quæ aſperatam habent, potiùs deducenda ſunt à formis verborum in quibus itidem aſperata ineſt litera, ſicut τέτυφα à τύφω; quemadmodùm præteritum medium, quod vocant, κέκυφα, non ab uſitato κύπτω, vel κύπω, ſed à κύφω repetendum: atque ſic in aliis, ita ut eadem conſonans retineatur, quæ in præſenti eſt, niſi literarum durior concurſus obſtet. Ne verò quem offendant ea præterita perfecta media, in quorum penultimâ, pro E eſt O, ut βέβροχα, κέκλοφα, monendum eſt id non adeò diverſi temporis notam conficere, ſed potiùs diverſæ dialecto, vel pronunciationi adſcribendum eſſe; ita, teſtantibus Grammaticis, præterita perfecta apud Atticos ſunt βέβροχα à βρέχω, κέκλοφα à κλέπτω,

aliaque quæ ex Grammaticorum præceptis pronunciànda eſſent κέκλεφα, βέβρεχα. Fieri tamen poteſt, ut in his omnibus non adeò literæ E in O mutatio primùm habuerit locum, ſed his formis diverſæ verborum formæ vicinæ originem dederint; quâ ratione βέβροχα ad præſens βρόχω, κέκλοφα ad præſens κλόπλω, ſeu κλόφω, referendum eſſet. Ut ut ſit, certum eſt non aliam hujus perfecti quod medium dicitur, quam in activo præteriti perfecti formationem poſſe ſtatui; ex quo porrò ſequitur neque pluſquàm-perfectum medium differre à pluſquàm-perfecto activo: ut enim ἐτέτύφην à τέτυφα, ita & ἐτετύπειν, quod medium dicitur, à τέτυπα fieri manifeſtum eſt.

[P. 106, l. 7.] Ἐκ μιᾶς πίτυος. Sic gallicè dicitur, à UN pin. Jungermanus, Mollius & Cl. Boden obſervant ab Apollodoro, Lib. I, à Nicandro in Alexipharmacis, p. 151, & ab Archiâ in Antholog. III, 8, tradi Marſyam è pinu ſuſpenſum fuiſſe.

[P. 106, l. 11.] Δάκρυα θερμότερα. Sic gallicè dicitur, pleurer à chaudes larmes.

[P. 106, l. 12.] Τὰ αὐτῷ. An ΚΑΙ τὰ αὐτῷ;

[P. 106, l. 18.] Πρόφσι. Hîc πρόφσι atticè dicitur in futuro, ut ἄπτω; de quo vide Mœrim Atticiſtam, p. 16, & ad eum Cl. Pierſon.

[P. 106, l. 21.] Τὸ συμβάν. Sic ſuprà, L. I, p. 12 noſtræ Ed. αἴσθησιν γενέσθαι ΤΟΥ ΣΥΜΒΑΝΤΟΣ.

[P. 107, l. 1.] Συμπράτλειν. Hoc ſenſu Achilles Tatius, L. II, p. 112, συμπράτλῃν ἠξίουν.

[P. 107, l. 2.] Ὁμογάλακτος. Vide Cl. D'Arnaud Lect. Græc. L. I, c. 1, p. 3.

[P. 107, l. 4.] Καὶ ὅτος. Sic emendavit Jungerman. quem in hoc omnes ſecuti ſunt Editores; ſic quoque in Cod. Urſ. Utſino probante, & in tribus Codd. R. Malè Edd. Flor. & Commel. ὅτως.

[P. 107, l. 4, & infrà, l. 5.] Ἐπὶ ἵππῳ. Sic Edd. Flor. Commel. & Jungerman. & duo primi Mſſ. R. At Moll. & hinc uterque Par. Editor, & Lipſienſ. ἐφ' ἵππῳ. Confer Miſcellan. Obſervat. vol. II, tom. I, p. 135, ubi & hic Longi locus adducitur; vide & Cl. Heynium, egregium illud Gottingæ decus & lumen, in aureâ ſuâ Epicteti Manualis Editione, ann. 1776, cap. 6, p. 24, & p. 22 Ed. ann. 1756, ubi annotat Uptonum malè in hoc, quem tractat, Epicteti loco legiſſe ὂπὶ ἵππῳ, quod Græcum non eſſe putat; cùm, inquit, dicatur ἐπὶ ἵππῳ quidem, at in altero caſu ἐφ' ἵππῳ & ἐφ' ἵπποιν. « Hæc quamvis levia, inquit « Cl. D'Orvill. in Criticâ Vanno, p. 70, ad nitorem lin- « guæ faciunt. Nec debent hæ minutiæ, ſi ita vis, negligi « ab eo qui edit Auctores Græcos. Qui talia negligeret « in Latinis, exſibilaretur. Exempli gratiâ, in Theognide, « paſſim in Edd. quibuſdam, ἐφ' ἕρμασιν editur: at Codd. « & Edd. meliores, ἐπ' ἕρμασι. Si quis Theognidem edat, « ut meretur, taliane negliget » ?

[P. 107, l. 6.] Γνάθων. Hoc nomen paraſito apprimè convenit. Sic apud Lucianum in Timone, tom. I, p. 159, Γναθωνίδης ὁ κόλαξ.

[P. 107, l. 6.] Τυτὶ γὼ ἐκαλῶ. Sic tres Mſſ. R. Cæteræ Edd. τοῦτο. Suprà L. I, pag. 7: Νάπη, τοῦτο γὼ ἐκαλοῦ. Et L. II, p. 54: ὁ Βρύαξις, τοῦ γὼ ἐκαλῶ.

[P. 107, l. 6.] Ξυρώμενος. Sic rectè duo primi Codd. R. Malè omnes hùc uſque Edd. ξυρόμενος, quod & obſervaverat Cl. Valckenær. Sic apud Lucianum in Dialog. Mort. IX, tom. I, p. 362, ὑπιξυρημένος τὸ γενειον.

[P. 107, l. 11.] Οἰκλύρει τὴν ἐπιστίαν. Sic rectè tres Mſſ. R. Edd. Flor. Commel. & Jungerman. Malè Ed. Moll. & hinc utraque Par. & Lipſienſ. οἰκλύρει ΕΠΙ ἐπιστίαν. Sic ſuprà Mollius, L. III, pag. 94 ſuæ Edit. dederat, ταράξαντος ἀνέμου ΕΠΙ θάλασσαν, pro τὴν θάλασσαν.

[P. 107, l. 14.] Τῶν ἵππων. Cod. R. II, & C. Urſ. Urſino probante, τῷ ἱππέων; quod an Longo ex Urſini Codice redonandum ſit, videndum monet Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 578, & à Cl. Bodeno laudatus.

[P. 107, l. 17.] Ηὔχοντο μὲν αὐτῷ πάντα τὰ ἀγαθά. Sic gallicè, lui ſouhaiterent toute ſorte de biens. In Xenophonte Memorabil. L. II, c. 2, p. 72, habes μυρία ΠΟΛΛΑ τοῖς θεοῖς ΕΥΧΟΜΕΝΗΝ ΑΓΑΘΑ ὑπὲρ σοῦ.

[P. 107, l. 19.] Προσεκόμισε. Cod. R. III, προεκόμισε; ſed malo προσεκόμισε: nam præter vota, etiam dona inſuper obtulit bonus ille Daphnis.

[P. 107, l. 20.] Βότρυς ἐπὶ κλημάτων. Mallem βότρυς ΜΕΝ ἐπὶ κλημάτων, ob ſequens μῆλα ΔΕ. Suprà, L. IV, pag. 103 noſtræ Ed. exhibentur, τῷ βοτρύων τὰς ἡδονὰς ἐπὶ κλημάτων ἀφαιρῶντες, ὡς εἶπε κ.τ.λ. Et Lib. II, pag. 58 noſtræ Ed. τῷ Πανὶ κομίζων βότρυς ἔτι ἐν φύλλοις καὶ κλήμασι. Et Lib. II, pag. 31: βότρυς δὲ Νύμφαις κομίζοντες ἐπὶ κλημάτων, ἀπαρχὰς τοῦ τρυγητοῦ.

[P. 107, l. 21.] Ἀνθοσμίας οἴνος. Sic, præter alios innumeros, loquitur Achilles Tatius, L. II, p. 105, ubi vide Cl. Boden. Confer Cl. Hemſterhuſ. ad Plutum, p. 275 & 277. De hodiernis hujuſce inſulæ vinis ſic Tournefort, tom. II, p. 85 Ed. Lugdun. ann. 1727: cette iſle produit de bon froment, d'excellente huile, & les meilleures figues de l'Archipel. Ses vins n'ont rien perdu de leur premiere réputation.

[P. 108, l. 3.] Λαγωῶν. C. R. III, λαγῶν.

[P. 108, l. 5.] Ξένης ἡδονῆς. Sic ſuprà, L. II, p. 40 noſtræ Ed. νέοι Μηθυμναῖοι πλέοντες, ἄγεσθαι τὸν τρυγητὸν ἐν ξενικῇ τέρψει θελήσαντες.

[P. 108, l. 5.] Μαθὼν ἐσθίειν. Rectè Amyot vertit: qui ne ſçavoit autre choſe que manger, &c. Nam, ut egregiè

obſervat ſummus ille Toupius ad Longinum, pag. 172, interdùm ſupprimitur *μόνον*; quod tùm Græcis, tùm Latinis familiare.

[P. 108, l. 7.] Ἡ *γνάθος*. Ad Gnathonis nomen alluſit, ut verè obſervat Mollius.

[P. 108, l. 7.] Καὶ *γαστήρ*. Heſiod. Theogon. v. 27:

Ποίμενες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, ΓΑΣΤΕΡΕΣ οἷον.

Lucilius:

Vivite lurcones, comedones; vivite VENTRES.

Eutipides, ſeu potiùs Philemon apud Stobæum, ſerm. 60, pag. 387:

Οὕτω γὰρ κακὸν δοῦλον γένος,
ΓΑΣΤΗΡ ἅπαντα, τυπίσω δ' ὑδὲν σκοπῶ.

[P. 108, l. 7.] Καὶ τὰ ὑπὸ *γαστέρα*. Sic frequentiſſimè loquitur S. Chryſoſtomus.

[P. 108, l. 8.] Οὐ *παρέργως*. Sic ſuprà, L. III, p. 95 noſtræ Ed. ΟΥ̓ ΠΑΡΈΡΓΩΣ *ἀκυβώς*. Apud Ælianum Hiſtor. Var. L. II, c. 58, pag. 635 Edir. Kuhnii, ubi pugil Dioxippus elegantiſſimæ mulieri inhians, eamque avidè ſpectans, dicitur ΟΥ̓Κ ΑΡΓΩ̃Σ *ἰδὼν τὴν ἄνθρωπον*; pro ΟΥ̓Κ ΑΡΓΩ̃Σ, legere mallem, ut apud Longum, Ὑ̓ ΠΑΡΈΡΓΩΣ.

[P. 108, l. 10.] Κάλλος οἷον ὐδὲ ἐπὶ *τῆς πόλεως*. Sic Xenophon Epheſ. Lib. V, p. 71: ὁ δὲ ἰδὼν κάλλος οἷον ὔπω πρότερον ἐτεθέατο.

[P. 108, l. 10.] Ἐπιθέσθαι. Eodem ſenſu ſuprà, L. I, p. 15 noſtræ Ed. Dorcon amans ἔλεγε δεῖν χερῶν ἐπιθέσθαι τῇ Χλόῃ.

[P. 108, l. 11.] Πείσειν. Sic apud Xenophont. Epheſ. L. I, p. 21: ἤλπιζον δὲ αὐτοῖς (lege αὐτὰς) ῥᾳδίως πείσειν. Et Lib. II, pag. 23, πείσῃ ἤλπιζεν. Confer & pag. 120.

[P. 108, l. 12.] Ὡς αἰπόλον. Notissima caprariorum lascivia. Vide quæ suprà annotavimus ad p. 38, l. 12.

[P. 108, l. 12.] Γνὺς ᾗ ταῦτα. Cùm hæc decrevisset, statuisset, ut jam explicavimus.

[P. 108, l. 14.] Δάφνιδος θεατής. Hîc mallem ΤΟΥ Δάφνιδος, ut suprà ΤΩΝ αἰγῶν.

[P. 108, l. 16.] Συρίσαι τὸ αἰπολικόν. Malè Edd. Commel. & Jungerman. συρίσαι ΤΕ.

[P. 108, l. 17.] Ἐλεύθερον θήσειν. Suprà, Lib. III, p. 89 nostræ Ed. ἐλευθέρους θήσει. Et p. 88, αὐτοὺς εὐδαίμονας θήσει.

[P. 108, L. 19.] Εἶχε χειροήθη. Duo primi Mss. R. εἶδε. Et hæc quidem lectionis varietas indè orta est, quòd, ut observavit summus Valckenær. ad Euripidis Hippolyt. v. 1002, p. 270, εἶχε, εἶλε, (adde & εἶδε) sæpè fuerunt inter se permutata ex adfini literarum Λ & Χ, (ac Δ) scripturâ. Frequenter enim in Codd. à librariis confusæ & permutatæ fuerunt literæ majusculæ Α, Δ, Λ & Χ; literæ Β & Ρ; Γ, Ι, Π & Τ. Immò & Γ eodem prorsùs modo efformatum est ac hodiernum Λ, in Atticâ inscriptione, quæ veteri charactere Ionico, annis circiter 450 antè Christum natum, exarata, exhibetur in Palæographiâ Montfauconii, L. II, c. 4, p. 135, & in quâ Λ ad formam τοῦ iota tàm propè accedit, ut facilè confundi potuerit. Sic Ε, Σ, Θ & Ο; sic Ζ & Ξ; sic Δ & Ο; sic Η, Π & Ν; sic Μ & Ν; sic Π & Ρ; sic Υ, Χ & Ψ; sic Τ & Ψ; sic Ψ & Ξ, &c. in Codd. inter se permutata fuerunt. Sic ΓΙ, Η, ΗΤ, ΙΤ, ΤΙ & ΠΤ cum simplice Π confusa fuerunt; ut ΙΠ cum ΠΤ; ut ΑΑ, ΑΛ, ΛΛ, ΛΙ, ΔΙ, ΙΔ, cum Μ; ut Η cum duobus iota; ut è minoribus literis, & ex iis præsertim quæ decimo sæculo usurpatæ fuerunt, β, μ & ν, η & κ permutatæ fuerunt; ut υι cum υ simplice; μβ cum νω; ἐσ cum ϖ, &c. &c. confusum fuit. Sic sæpè in Codd. α ita efformatum

est, ut αι legere te putes. Sic παρὰ & περὶ, sic πρὸ & πρὸς, sic καὶ & γὰρ, &c. in Codd. permutata fuêre; quod frequentes peperit errores. Undè Cl. Valckenær. p. 277 Diatrib. in Euripidis Fragmenta, post elegantissimum Muretum, L. XIV, c. 16 Var. Lect. rectè observat, centum minimùm diversis modis peccasse librarios veteres; quos omnes in numerato habuisse magnam adfert vitia librorum antiquorum sanaturis utilitatem. Quæ omnia fusiùs à nobis explicabuntur, & appositis illustrabuntur exemplis, cùm nostram edemus Palæographiam Criticam, ubi omnes hujusce modi errorum fontes aperiemus.

[P. 108, l. 19.] Νύκτωρ λοχήσας. Sic suprà, L. III, p. 78, λοχήσασα μόνον; ubi observavimus verba venatoria de amantibus sæpè adhiberi; ut & hîc χειροήθη, quod de ferâ mansuefactâ propriè dicitur.

[P. 108, l. 21.] Προδραμών. Summus Valckenær emendat προσδραμών; sed sic infrà, L. IV, pag. 129, τῷ πατρὶ προῤῥυείς.

[P. 108, l. 21.] Παραχεῖν. Verbum nequam eodem hîc sensu adhibitum, quo suprà, L. III, p. 82: ἡνίκα ἂν πείσῃς αὐτήν σοι παραχεῖν. Hîc autem deesse puto, ἠξίου, vel ᾔτει, vel ἐδεῖτο, vel ἱκέτευε, vel quid simile; quod & conjecerat Huetius.

[P. 109, l. 2.] Αἶγας μὲν βαίνειν τράγους. Malè in Ed. Commel. & hinc in Ed. Jungerm. τράγοις; quod operarum vitium in mendor. elencho correxit ipse Jungerm.

[P. 109, l. 5.] Ἀλεκτορίδων. Huetius observat hanc vocem suprà legi, L. III, pag. 93 nostræ Ed. Agathias in Antholog. à Jungermano laudatus:

Δέρκεο τῶν ἀλόγων ζώων μένος· οὐ γὰρ ἐκείνων
Φύσις ἀτιμάζει θέσμια συζυγίης·
Ἄρσενι γὰρ θήλεια συνάπτεται· οἱ δ' ἀλεγεινοὶ
Ἄνδρες ἐς ἀλλήλους ξεῖνον ἄγουσι γάμον.

[P. 109, l. 10.] Πρὸς χειραγωγίαν. Duo primi Mſſ. Reg. ἰς.

[P. 109, l. 11.] Οὐκέτι. Tres Mſſ. Reg. καὶ οὐκέτι. Fortè, ΚΑΙ οὐκέτι ΑΥΤΟΝ.

[P. 109, l. 12.] Προσίεσθε. Hæc vox eodem ſenſu uſurpatur apud Xenophont. Epheſ. L. III, p. 40, & Alciphron. L. I, Ep. XXXVIII, p. 176.

[P. 109, l. 12.] Ἀλλὰ ἄλλοις. Sic Edd. Flor. Commel. & Jungerman. & tres Mſſ. R. At Ed. Moll. & hinc utraque Par. & Lipſienſ. ἀλλὰ ΚΑΙ ἄλλοις.

[P. 109, l. 14.] Περιεργάζεσθε. Sic ſuprà, L. I, p. 23 noſtræ Ed. μηδὲν περιεργασάμενοι.

[P. 109, l. 17.] Δῶρον αὐτὸν ἴξειν. Sic apud Xenophontem Epheſiacorum, Libro quarto, paginâ 60, Anchialus ſperat ſe ab Hippothoo impetraturum Anthiam, quam deperibat, παρὰ Ἱππωθόῳ (lege Ἱππωθόου) δῶρον αἰτήσειν.

[P. 109, l. 21.] Οἰκετῶν, ἀνδρῶν. Achilles Tatius, L. I, p. 26: εἶπεν ὃ αὐτῷ καλόπιν πολὺ πλῆθος οἰκετῶν καὶ θεραπαινίδων.

[P. 110, l. 2.] Μεγαιπόλιος. Hæc vox legitur apud Homer. Il N, verſu 361, & apud Alciphron. Libro III, Ep. XLIV, p. 386.

[P. 110, l. 3.] Μέγας καὶ καλός. Hæc ſæpiſſimè apud Longum & alios Scriptores conjunguntur. Suprà Lib. I, p. 25 Edit. Moll. μειράκιον μέγα & καλόν. L. II, p. 54, μεγάλαι γυναῖκες & καλαί. L. III, p. 103, τρίχες μεγάλας καὶ καλάς. Ibid. pag. 107, μῆλον μέγα & καλόν. L. I, p. 3, πόλις μεγάλη καὶ καλή; ut apud Xenophont. Epheſ. L. I, p. 15, Rhodus dicitur μεγάλη καὶ καλή. Idem Xenophon, L. III, p. 38, ut & L. IV, p. 63, habet πόλιν μεγάλην καὶ καλήν. Chariton, L. II, p. 29: ἦν ὃ φύσει καλός τε & μέγας. Longus, L. I, p. 4: παιδίον μέγα

καλόν. Heliodor. L. VII, p. 299 : Ἀρσάκη μεγάλη καὶ καλή.

[P. 110, l. 5.] Χρηστὸς ὡς ἄδυς ἕτερος. Sic prorsùs gallicè, bon comme perſonne.

[P. 110, l. 7.] Προεστῶσιν ἀγροικίας. Hos ἀγροίκων ἐφόρους δαίμονας vocat Alciphron, Lib. I, Epiſt. XXVI, p. 109.

[P. 110, l. 10.] Τὰ τοῦ Λάμωνος ἔργα. Sic apud Theocrit. Id. XXVII, v. 46 :

Τὰ βυκόλω ἔργα νοήσω.

[P. 110, l. 10.] Τὰ μὲν πεδία ἐν αὔλακι. Sic ſuprà L. I, p. 3 noſtræ Ed. πεδία πυροφόρα, γήλοφοι κλημάτων, νομαὶ ποιμνίων. Et p. 18 : πάντα ἐν ἀκμῇ, δένδρα ἐν καρποῖς, πεδία ἐν λήϊοις.

[P. 110, l. 13.] Ἀνελάμβανε. Sic gallicè dicitur, prendre ſur ſoi la faute.

[P. 110, l. 16.] Αὔγας ὀφόμενος. Sic apud Theocrit. Id. XXV, v. 57, Augias profectus fuerat :

Κτῆσιν ἐποφόμενος, ἣ οἱ νήϊθμος ἐπ' ἀγρῶν.

[P. 110, l. 16.] Ὄχλον φοβηθῆναι. Plato in Sympoſ. p. 107 Ed. Cl. Fiſcher. αὐτὸν διέφυγον, φοβηθεὶς τὸν ὄχλον.

[P. 110, l. 20.] Πήραν ἐξηρτημένος. Sic ſuprà locutus eſt, L. II, p. 31 noſtræ Ed.

[P. 110, l. 20.] Ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις. Fortè delendum illud χερσὶν, ut gloſſema.

[P. 110, l. 21.] Ἀρτιπαγεῖς. Operarum vitio in Ed. Moll. ἄρτι παγεῖς.

[P. 111, l. 2.] Λαομέδοντι Ἀπόλλων ἐβουκόλησε. Hìc aliquid humani paſſus eſt doctiſſimus ille & inter paucos modeſtiſſimus Jungermanus, digniſſimus Cl. Joachimi Camerarii nepos. Hæc enim ad hunc locum annotat: « Neſcio an hoc alibi legatur. Apollo namque Admeto « ſervivit, pecus paſcendo; Neptuni autem & Apollinis

« cum Laomedonte res longè alia. Vide Apollodor. L. I « & II, Hygin. Fab. Arnob. L. IV. Sed quis in talibus ju- « ratores exigit » ? Verùm appoſitè Moll. hos laudat Homeri verſus, ex quibus patet Neptunum Laomedontis bobus in monte Idâ paſcendis intentum fuiſſe, dùm Neptunus ejuſdem Laomedontis urbem muris circumdabat. Sic autem ſe habent, Il. Φ, v. 453 & ſeqq.

ἀγήνορι Λαομέδοντι,
Παρ' Διὸς ἐλθόντες, θητεύσαμεν ὑς ἐνιαυτὸν,
Μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ· ὁ δ' ἐσήμαινεν ἐπέτελλεν.
Ἦτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν καὶ τεῖχος ἔδειμα
Εὐρύ τε καὶ μάλα καλὸν, ἵν' ἄρρηκτος πόλις εἴη·
Φῶκας, σὺ δ' ἑλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες,
Ἴδης ἐν κνημοῖσι πολυπτύχου, ὑλήεσσης.

[P. 111, l. 4.] Ἐρυθήμαλος πληθύς. Chariton, L. II, p. 33: κάτω κύψασα, ἐρυθήμαλος ἐνεπλήσθη. Sic ſæpè loquitur Xenophon Epheſ. de quo vide Cl. D'Orvill. ad eumdem Chariton. p. 550.

[P. 111, l. 5.] Οὗτος, οὖπε, σοί. Sic ſuprà, Lib. III, p. 93 noſtræ Ed. αἶδε ὑμῖν τριχίλιαι.

[P. 111, l. 7.] Πενήκοντα νέμῃ. Sic ferè apud S. Matthæum ſervus herum ſuum alloquitur: πέντε τάλαντά μοι παρέδωκας· ἴδε, ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς.

[P. 111, l. 8.] Πεποίηκεν ἑκατόν. Sic ſuprà, L. III, p. 92 noſtræ Ed. πενήκοντα αἶσας παραλαβὼν, διπλασίονας πεποίηκα. Et L. IV, p. 102: διπλασίονάς τε γὰρ ὧν ἔλαβεν, ἐποίησεν.

[P. 111, l. 9.] Λιπαραί. Suprà, L. IV, p. 102 noſtræ Ed. τὰ κέραλα ἤλφε, καὶ τὰς τρίχας ἐθεράπευε.

[P. 111, l. 10.] Τὰ κέραλα ἄθραυστοι. Malè Ed. Moll. & hinc utraque Par. ἄθραυστα. Poſt hanc vocem omnes Editiones, præter Florent. & poſterior. Pariſienſ. è Codice

Urſ. Urſino probante, punctum interrogationis receperunt.

[P. 111, l. 10.] Πεπώκειν αὐτὰς μυσικάς. Omninò confer Alciphron. Lib. III, Ep. XII, p. 304 & 306, ubi caprarius amico narrat ſe μυσικὸν ἔχειν τὸ αἰπόλιον.

[P. 111, l. 17.] Καθίζας αὐτύς. Summus Valckenær. conjicit αὐτὰς, ut referatur ad αἶγας. Amyot autem legiſſe videtur αὐτύς; vertit enim: toute la compagnie étant en rond autour de lui.

[P. 111, l. 18.] Ὥσπερ θέατρον. S. Paulus, I Ep. ad Corinthios, c. 4, v. 9: ΘΕΑΤΡΟΝ ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις. Moll. confert hæc Herodiani in Pſeudantonin. L. V, pag. 211 Ed. Lugduni, ann. 1624: ἀμείψαντες ὁ πᾶς ἡ σύλληψις, καὶ τὸ ἱππικὸν τάγμα, ἐν ΘΕΑΤΡΟΥ σχήματι. Heliodorus à Jungermanno laudatus, amethyſtum deſcribens, L. V, pag. 225: ἐγγεγραμμὸν καὶ ἀργύρου ἀπαλὰ σκιρτήματα. Καὶ οἱ μὲν ἀγεληδὸν ἐπὶ τῶν πέτρων ἀναπεύχοντες, οἱ δὲ περὶ τὸν νομέα κύκλῳ ἐξελίττοντες, ποιμενικὸν ΘΕΑΤΡΟΝ ἐπιδείκνυσθαι τὸν κρημνόν. Idem ſuprà, p. 224: τῶν νομῶν τῇ ἀγέλῃ πλαγίοις αὐλήμασι δεξιάτερον· τὰ δὲ ἐπείθετο, καὶ ἠύχει πρὸς τὰ ἐνδόσιμα ὁ σύεργος ποιμαινόμενα.

[P. 111, l. 19.] Τὴν σύεργα κομίζας. Prior Pariſ. Editor, & Hemſterhuſ. ad Xenophont. Epheſ. Miſcell. Obſervat. vol. V, tom. III, p. 58, conjecerunt προκομίζας, quod hic ſimilibus confirmat exemplis. Sed, inquit Cl. Boden, conſtat ſimplicia ſæpè compoſitorum notionem adſciſcere.

[P. 111, l. 20.] Εἶτα ἐνέπνευσε τὸ νόμιον. Sic ſuprà, L. II, p. 60 noſtræ Ed. ἐνέπνει τὸ ἐντεῦθεν πολὺ καὶ ναυτικόν.

[P. 111, l. 21.] Νύξασαι κάτω. Hoc νύξασαι è Cod. Urſ. Urſino probante, in textum recepit Mollius, & hinc

uterque Par. Editor & Lipſienſ. Amyot autem vertens, mettant le nez en terre, videtur legiſſe illud νύξασαι, quod in tribus Codd. R. deeſt. Suprà, ἔνευσε κάτω, ut apud Achill. Tat. L. V, p. 490, κάτω νενευκώς.

[P. 112, l. 1.] Λιγυρὸν ἔδωκε. Cl. Valckenær. binis literis repetitis ſcribendum putat ἐνέδωκε, pro ἔδωκε. Sic L. IV, pag. 101 noſtræ Ed. ὅμοιος ΕΝΔΙΔΟΝΤΙ κοινὸν μέλος. Rectè Amyot λιγυρὸν vertit, chant mol & doux, qui oppoſitus eſt ſequenti ὀξῦ.

[P. 112, l. 1.] Καθεκλίθησαν. In Edit. Jungerman. καθεκλήτησαν, operarum vitio, quod ipſe Jungermanus agnovit, & pro quo aliud vitium, ſcilicet καθεκλήθησαν, ſubſtituit.

[P. 112, l. 2.] Ἐσύειστε. Ed. Moll. & hinc utraque Par. & Lipſienſ. ἐσύειξε; cæteræ omnes & tres Mſſ. R. ἐσύειστε.

[P. 112, l. 3.] Εἰς ἢ ὕλην. Hîc πλὴν αὐλὴν, & paulò infrà ἢ αὐλῆς, mallet quidam vir doctiſſimus, qui & hunc Theocriti locum confert, Id. XV, v. 98:

Σηκοὶ ὃ βοῶν ῥεῖα πλήθησαν
Εἰλιπόδων· ὄϊες ὃ καθ' ΑΥΛΑΣ ἠϋλίζοντο.

Sed præferrem ὕλην, quæ vicina erat. Suprà, p. 110, Χλόη εἰς ἢ ὕλην ἔφυσεν. Et L. II, p. 61, Χλόη εἰς πλὴν ὕλην κρύπτει.

[P. 112, l. 4.] Ἀνακλητικόν. Hanc vocem ſuprà adhibuit, L. II, p. 62 noſtræ Ed.

[P. 112, l. 8.] Προσάϊμαι διαπότᾳ. Fortè προσάγμασι.

[P. 112, l. 11.] Ἀμφὶ ἄειστον ἴσχον. Suprà, p. 108 noſtræ Ed. πρὶν θήραν ἴσχε.

[P. 112, l. 16.] Προσεκαυθύς. Hoc ſenſu apud Xenophont. in Sympoſ. p. 140 Edit. Cl. Bachii, ΠΡΟΣΕΚΑΥΘΗ. Suprà L. I, p. 18 noſtræ Ed. ΕΞΕΚΑΕ ὃ αὐτὸς

ἡ ὥρα τ' ἔτους. Et L. III, p. 76: ΕΞΕΚΑΟΝΤΟ πρὸς τὰ ἀκούσματα.

[P. 113, l. 1.] Λέξειν κελεύοντος. Hoc, quod Mollius tanquam de ſuo conjecit, è Cod. Urſ. Urſino probante, & è duobus primis Codd. R. cum Cl. Bodeno reſtitui; cæteræ Edd. κελεύσαντος.

[P. 113, l. 3.] Ὁ μέχρι νῦν. Confer Xenophont. Epheſ. L. I, p. 5: ὁ μέχρι νῦν ἀνδρικὸς Ἀβροκόμης, ὁ καταφρονῶν ἔρωτος κ.τ.λ.

[P. 113, l. 4.] Οἶνος γέροντος. Obſerva hîc γέρων adjectivè dici; de quo vide Cl. Abreſch. pag. 121 Animadverſion. ad Æſchyl.

[P. 113, l. 6.] Ὀψαρτύσας. Suptà L. IV, p. 112 noſtræ Ed. ἀψυκτῆς ὀψαρτυσίας.

[P. 113, l. 12.] Ὑπ' ἐκείνῳ νεμόμενος. Mallem ὑπ' ἐκείνου. Suprà, L. II, p. 30 noſtræ Ed. πυχνοῖς γενέσθαι πόμνια, & ΥΠ' ΕΚΕΙΝΗΣ νέμεσθαι.

[P. 113, l. 13.] Ἀήττητον ἔρωτα. Ariſtænet. Ep. VI, L. I, p. 17: ἠττήθην τῆς ἀνικήτου λάμπαδος.

[P. 113, l. 14.] Σοὶ ἐπόμνυμι τὸν ἐμὸν θεόν. Fortè quis conjiciat, σὲ ἐπόμνυμι τὸν ἐμὸν θεόν; quod vili paraſito dignius.

[P. 113, l. 16.] Ἐμαυτὸν ἀποκλινῶ. Vult imitari Theocriti δυσέρωτα ἐραστὴν, Idyll. XXIII.

[P. 113, l. 17.] Γναθωνάειον. Cum hoc loco Cl. Warton, p. 348 Addend. & corrigend. in notis ad Theocrit. omninò videndus, hæc confert è ſeptimo tertii Idyllii verſu:

Ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλὶ, τί μ' οὐκέτι τοῦδε καλεῖς
ἄντρου
Παρκύπλοισα, καλεῖς δ' ἐρώτυλον.

[P. 113, l. 20.] Οὐκ ἄπειρος. De hoc uſu vocis ἄπειρος vide Cl. Lennepium ad Coluthum, Libro II

Animadverſion. capite 1, paginâ 79 & ſequentibus.

[P. 113, l. 21.] Ἐρωτικῆς λύπης. Hunc Longi locum laudat idem ibid. Lennep. L. I, c. 13, p. 60.

[P. 114, l. 1.] Κομίσειν εἰς τὴν πόλιν. Reitzius ad Lucianum in Lucio, tom. II, p. 600, ubi legitur κομίζας με, id eſt, me adducens, hunc Longi locum profert, & confert eumdem Longum, L. II, p. 74 Edit. Jungerman. Χλόην εἰς ὀφθαλμοὺς ἐκόμιζεν, ut probet κομίζειν non ſolùm eſſe auferre, portare, ſed etiam adducere, abducere. Notandum autem pro κομίσειν, quod, ob præcedens αἰτήσειν, rectè legitur in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. & Lipſienſ. malè haberi κομίζειν in Edd. Flor. Commel. & Jungermani, ac in tribus Codd. R.

[P. 114, l. 2.] Εἰς εὐθυμίαν. Fortè hîc Amyot legit ἐπιθυμίαν, pro εὐθυμίαν; vertit enim: & pour lui en faire venir encore plus d'envie.

[P. 114, l. 5.] Σπουδάζει. Sic rectè Edd. Flor. Commel. Jungerman. poſterior Par. & tres Mſſ. R. Malè Ed. Moll. & hinc prior Par. & Lipſienſ. σπουδάζων.

[P. 114, l. 8.] Μυθολογίαν. Sic apud Xenophont. in Sympoſ. c. 8, p. 166, τὸ μυθολογεῖν in re ſimili uſurpatum, ſignificat, explicante Bachio, aliquid exemplis è fabulis depromptis explicare.

[P. 114, l. 9.] Οὐκ ἀπὸ σκοπῆς. Homer. Od. Λ, v. 347:

Ὦ φίλοι, ἦ μὰν ὔμμιν ΑΠΟ ΣΚΟΠΟΥ, ὐδ' ἀπὸ δόξης
Μυθεῖ βασίλεια περίφρων.

Rectè Mollius confert Xenophont. in Sympoſ. pag. 124: Ὁ μὲν οὖν μοὶ δὴ ὁ λόγος ἦν ΑΠΟ ΤΟΥ ΣΚΟΠΟΥ ἴδοξεν εἰρῆσθαι.

[P. 114, l. 10.] Ὑπὲρ αὐτῆς. Cl. Boden hîc annotat perperàm in antiquiſſimis Edd. haberi ὑπὲρ αὐτῆς; ſed in antiquiſſimis Flor. & Commel. ut in Moll. & in utrâque

Par. perspicuè legitur αὐτῦ cum spiritu aspero. Solus Jungermanus, solemni operarum vitio, quod, non præmonito lectore, sæpiùs correxi, dedit αὐτῦ.

[P. 114, l. 11.] Πολυπραγμονεῖ. Confer Horat. quartam Oden secundi Libri.

[P. 114, l. 13.] Ἑάλωκε. Hoc sensu Terent. in Andriâ, scenâ primâ, v. 55: CAPTUS EST, habet.

[P. 114, l. 13.] Καὶ φυτῦ. De platano à Xerce amatâ vide Ælianum, Var. Histor. L. II, c. 14, & ad eum Interpretes. Propert. L. I, El. XVIII, v. 19:

Vos eritis testes si quos habet arbor amores,
Fagus, & Arcadio pinus amata Deo.

[P. 114, l. 14.] Καὶ ποταμῦ. Cl. Valckenær. pro ποταμῦ conjicit πετεινῦ: nam, inquit, formam poëticam ποτανῦ non, opinor, adhibuisset Longus.

[P. 114, l. 15.] Ὃν ἔδει φοβεῖσθαι. De iis loquitur quibus feræ quas amabant, formidandæ erant.

[P. 114, l. 17.] Ἐλευθέρυ. Sic ferè Sophocles apud Stobæum, Serm. 60, p. 384:

Εἰ σῶμα δῦλον, ἀλλ' ὁ νῦς ἐλεύθερος.

Apud eumdem, ibid. p. 383, Euripides in Helenâ, v. 734:

Ἐγὼ μὲν εἴην, καὶ πέφυχ' ὅμως λάτρις,
Ἐν τοῖσι γενναίοισιν ἠριθμημένος
Δύλοισι, τῦνομ' οὐκ ἔχων ἐλεύθερον,
Τὸν νῦν δέ.

Idem apud eumdem in Phryxo, p. 384:

Πολλοῖσι δύλοις τῦνομ' αἰσχρόν· ἡ δὲ φρὴν
Τῶν οὐχὶ δύλων ἔσθ' ἐλευθερωτέρα.

[P. 114, l. 17.] Ὁρᾷς. Videsne? Notam interrogationis, quæ post hanc phrasin, & post ἐλέφαντος, in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. omissa erat, è Cod. Urs. Ursino probante, revocavit Moll. & hinc post eum uterque Paris. Editor & Lipsiens. Sic Amyot: voyez-vous, &c. Sic suprà,

p. 111 noſtræ Ed. ὁρᾷς ὡς λιπαρὰ κ.τ.λ. ubi & nota interrogationis fortè apponenda.

[P. 114, l. 17.] Ὑακίνθῳ. Ariſtænet. L. I, Ep. I, p. 3: ἡ δὲ κόμη φυσικῶς ἐνυλισμένη ὑακίνθῳ ἄνθει καθ' Ὅμηρον ἐμφερής. Nempè Homer. Od. Z, v. 231:

καὶδὴ δὲ καρήνων
Οὖλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.

Confer & Od. Ψ, v. 158.

[P. 114, l. 18.] Λάμπυσι δὲ ὑπὸ ἀφρύσι. Imitatur Theocrit. Id. XX; v. 24:

Καὶ λευκὸν τὸ μέλωπον ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις.

Rectè igitur hîc, ut ſemper, in hoc Theocriti verſu ſummus Valckenær. pro ΕΠ' ὀφρύσι, legit ὑπ' ὀφρύσι, quod in hâc imitatione ſervatum.

[P. 114. l. 19.] Ἐν χρυσῇ σφενδόνῃ. Homerus, Od. Ψ, v. 359:

Ὡς δ' ὅτε τις χρυσὸν περιχεύῃ ἀργύρῳ ἀνήρ.

[P. 114, l. 20.] Ἐρυθήμαλος μειρών. Sic ſuprà, p. 11 noſtræ Ed. Daphnis dicitur ἐρυθήμαλος πλησθείς. Antipater in Epigrammate laudatus à ſummo Toupio, pag. 99 Curar. Noviſſ. in Suidam:

Εὐπάλαμος ξανθῷ μὲν ἐρεύθεῃ ἶσον Ἔρωτι.

Sic Hero exhibetur apud Muſæum, v. 56 & 58:

Μαρμαρυγὴν χαρίεντος ἀναστράπτουσα προσώπου.
Ἄκρα χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν.

[P. 115, l. 2.] Λευκὰ φιλήμαλα. Fortè legendum γλυκέα, pro λευκὰ, vel μαλακά; ut apud Xenophont. in Sympoſ. p. 153, μαλακώτερον φίλημα.

[P. 115, l. 3.] Θεὺς ἐμιμησάμην. Hîc inverecundè Columbanii notam deſcribit Moll.

[P. 115, l. 3.] Βυκόλος ἦν. Theocrit. Id. III, v. 43:

Τὰν ἀγέλαν χὠ μάντις κ.τ.λ.

Idem,

Idem, versu 46:

Τὰν δὲ καλὰν Κυθέρειαν ἐν ὤρεσι μᾶλα νομεύων
Οὐχ οὕτως Ὠδωνις ἐπὶ πλέον ἤγαγε λύσσης κ.τ.λ.

Confer & Id. XX, vers. 32 & seqq. usque ad vers. 43, & Philostrat. Ep. XXXIX, p. 930.

[P. 115, l. 4.] Βράγχιος. Sæpiùs dicitur Βράγχος.

[P. 115, l. 9.] Χάριν ἔχωμεν. Sic restitui ob præcedens μὴ καταφρονῶμεν. Sic quoque conjecit summus Valckenæt. & in suo Codice invenit Amyot vertens, remercions les aigles. Omnes Edd. ἔχομεν.

[P. 115, l. 11.] Ἡδὺ γελάσας. Sic suprà, Libro III, p. 85 nostræ Ed. γελάσας ἡδύ.

[P. 115, l. 12.] Ὁ Ἔρως ποιεῖ σοφιστάς. Xenophon Cyropæd. L. VI, p. 91 Ed. Cl. Henrici Stephani, ann. 1581: πεφιλοσόφηκα μετὰ ἀδίκου ΣΟΦΙΣΤΟΥ τοῦ Ἔρωτος. Aristænet. L. I, Ep. XIV, pag. 40: δεδήλωκας τὴν Ἀφροδίτην ἱκανὴν εἶναι παιδεύειν ῥήτορας οὐκ ὀλίγον ἀμείνους καὶ τοῦ Νέστορος τοῦ Πυλίου. Achilles Tatius, L. I, p. 56, de Amore: αὐτοδίδακτος γάρ ἐστιν ὁ θεὸς ΣΟΦΙΣΤΗΣ; ubi rectè monet Cl. Carpzovius Amorem κατ' ἐξοχὴν ΣΟΦΙΣΤΗΝ à Platone dici; undè hujusce Philosophi auctoritate innixa Amoris Sophistæ statua in scholarum ac gymnasiorum ornamentis habita fuit. Idem Tatius, L. V, p. 498: διδάσκει ὁ Ἔρως καὶ λόγους. Et p. 500: αὐτουργὸς γὰρ ὁ Ἔρως καὶ αὐτοσχέδιος ΣΟΦΙΣΤΗΣ. Maximus Tyrius Dissert. XXIV, tom. I, p. 480 Ed. Cl. Reisk. τὸν Ἔρωτα Σωκράτης ΣΟΦΙΣΤΗΝ λέγει; ubi Maximus Tyrius, observante doctissimo Interprete, respexit Platon. in Sympos. p. 328, B. Anaxandrides apud Stobæum, Serm. 53, p. 243 Ed. Grot.

Ἔρως ΣΟΦΙΣΤΗΣ γίνεται διδάσκαλος,
Σκαιοῦ πολὺ κρείττων πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον.

Apud eumdem, p. 241, Aristarchus de Amore:

Οὗτος γὰρ ὁ θεὸς καὶ ἀσθενῆ σθένειν
Τίθησι, καὶ τὸν ἄπορον εὑρίσκειν πόρον.

S

[P. 115, l. 15.] Καὶ τὰ μέν. Hæc, & sequentia usque ad ἐμπαροίνημα, è Cod. Urs. Ursino & Jungermano ac summo Valckenærio probantibus, cum Cl. Bodeno restitui. In Edd. Flor. Commel. Jungerman. & Moll. ἀκούσας δὲ τὰ λεχθέντα πάντα ὁ Εὔδρομος, ἐμπαροίνημα γενήσεται. Pro γενήσεται, Codd. R. I & III habent γενήσεσθαι. A priori Editore Par. conjectum fuit ὡς antè γενήσεται, illudque ab eo uncis inclusum, posteà à posteriore Paris. Editore in textum receptum fuit. Mollius conjecit εἰ, pro ὡς. Huetius sui Exemplaris margini hæc adscripserat: λείπει τι· ἴσως καὶ ὅτι, ἤ τι τοιοῦτον. Sed unicè amplectenda est Ursini Cod. lectio, qui tot voces quæ excideranr, servavit. Sic, quod mirandum, in omnibus Edd. versus excidisse videtur è Sophoclis Ajace Mastigophoro, post hæc v. 1267 & seqq.

Οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς,
Οὐδ' εὐρύνωτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι·
Ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ κρατοῦσι πανταχοῦ.
Μέγας δὲ ΠΛΕΥΡΑΣ βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
Μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.

Post hæc, inquam, verba S. Abbas Maximus in Eclogis sententiarum editis Tiguri, anno 1546, c. 2, p. 166, hunc addit versum:

Ὁ ΓΑΡ ΦΡΟΝΩΝ ΕΥ, ΠΑΝΤΑ ΣΥΛΛΑΒΩΝ ΕΧΕΙ.

Qui versus legitur & p. 11, folio recto, in Codice Coisliniano CCCLXXI Operum S. Maximi; de quo Codice vide Cl. Montfaucon. in Bibliothecâ Coislinianâ, p. 574. In hoc eodem Cod. habetur μέγας δὲ ΠΛΕΥΡᾷ, pro vulgato ΠΛΕΥΡΑΣ. At malè in hujusce S. Maximi Ed. suprà memorarâ, legitur ΠΛΕΥΡΑ. Et hoc quidem, quod à nemine observatum, jamdudùm per amicissimum & Cl. virum Henricum Matty communicaveram cum doctissimo & κριτικωτάτῳ Anglo Thomâ Thirwitt, cui egregiam

de Babriâ diſſertationem, Londini, 1776, in-8°, excuſam, doctas emendationes doctis Cl. Muſgravii Exercitationibus Euripideis inſertas, & quædam Plutarchi fragmenta Londini edita, jam debemus, eidem plura, eaque maximi momenti olim debituri. Hunc eumdem Sophoclis locum proferunt Stobæus, Serm. III, p. 35 Edit. Lugdun. ann. 1608, ac p. 15 Ed. magni Grotii, & Antonius Monachus in ſimilis argumenti opere, quod inſcriptum fuit ΜΕΛΙΣΣΑ, L. I, c. 8, p. 11 Ed. quæ cum Maximi Eclogis prodiit Tiguri, anno 1546: ſed hi hunc à Maximo ſervatum non addunt verſum; quo, ne quid diſſimulem, ità facilè carere poſſumus, ut eum pro ſpurio aut aliundè aſſumpto fortaſsè habeamus; cùm nihil ex eo accedat ad ſenſum præcedentis verſûs cujus videtur eſſe repetitio,

Ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι πανταχῆ.

Utiliter & ſuaviter cum editis quos laudant Scriptoribus conferri poſſunt Stobæus, Antonius, Maximus, & Michaëlis Apoſtolii Ἰωνιὰ inedita, quæ ſervatur in Bibliothecâ Regiâ, ac fortè Macarii Chryſocephali Ῥοδωνιὰ in Cod. CCCCLII, Venetæ Sancti Marci Bibliothecæ. Unum inſuper adjiciam exemplum: Sanctus Maximus, c. κθ' περὶ ὕπνου, paginâ 191, hæc profert ex Evangelio: ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εὗρε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ καθεύδοντας· ἦσαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρημένοι· καὶ λέγει αὐτοῖς· οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ· ΚΑΝ ΤΟΝ ΙΟΥΔΑ ΘΕΑΣΑΣΘΕ ΠΩΣ ΟΥ ΚΑΘΕΥΔΕΙ; ubi hæc poſtrema verba, quæ literis majuſculis deſcribenda curavi, & à S. Matthæo, c. 26, & à S. Marco, c. 14, & à S. Lucâ, c. 22, abſunt, & tanquam ſpuria obelo notanda ſunt; de quo viderit doctiſſimus ille & mihi amiciſſimus Novi Teſtamenti Editor Cl. Griesbach, qui in hâc ſacrâ novi fœderis Criticâ non habitat, ſed regnat cum Cl. Michaële, cum Cl. Semlero, &c. & cum eruditiſſimis illis doctæ

Upſaliæ Profeſſoribus, Aurivillio, Flodero, &c. & Biornſthahl, meo ſuaviſſimo amico & magiſtro, quem ſtupendæ in omni ſcibili doctrinæ virum, à me, proh dolor! tanto locorum intervallo disjunctum, ſemper deſiderabo.

[P. 115, l. 17.] Ἀχθόμενος ὡς. Hîc ὡς pro ὅτι, ut ſuprà, p. 7 Ed. Moll. ἤχθοντο ὡς ἴσοιντο. Confer quæ ſuprà annotavimus, p. 211 & 212, ad hæc verba p. 89 noſtræ Ed. λοιδορήσαντος ὡς.

[P. 115, l. 21.] Κοινωνὸν λαβών. Sic ſuprà, Lib. IV, p. 106 noſtræ Edit. ΚΟΙΝΩΝΟΝ ὡς τἀὐ γνώμην τὸν Εὔδρομον παρελάμβανον.

[P. 115, l. 21.] Κἀκείνην. Sic Cod. Urſ. Urſino probante, & hinc Edd. Jungerman. & Lipſienſ. Cæteræ omnes Edd. Flor. Commel. Moll. & utraque Par. minùs benè ἐκείνην.

[P. 116, l. 1.] Προσκαλεσάμενος. Cl. Boden conjicit προκαλεσάμενος.

[116, l. 2.] Οἰχόμεθα. Sic omnes Edd. præter ſolam Mollii, qui malè dedit οἰχόμεσθα, quod Ionicè pro οἰχόμεθα dictum putat, & pro quo infeliciter conjicit οἰχώμεσθα, id eſt, abeamus.

[P. 116, l. 3.] Τὰ κρυπτά. Cod. R. III, & Cod. Flor. κρύφα.

[P. 116, l. 4.] Μὰ τὴν Πᾶνα καὶ τὰς Νύμφας. Malè Moll. poſt τὴν Πᾶνα omiſit copulativam καί; undè prior Par. Editor, cùm hîc aliquid deeſſe ſentiret, μὰ de ſuo addidit, & uncis incluſit, quod hinc Cl. Dutens in ſuam Editionem recepit.

[P. 116, l. 6.] Βῦς ἐν αὐλείῳ. Duo primi Codd. R. & Edd. Flor. Commel. & Jungerman. αὐλεύῳ. At Moll. & hinc utraque Par. Ed. & Lipſienſ. αὐλίῳ; quod præferunt Jungermanus & Cl. Boden: quorum hîc cum Huetio laudat Heſychium è Cratino habentem, βῦς ἐν αὐλίῳ:

quod proverbium de prorsùs inutilibus hominibus uſurpatur, & præſertim de iis qui, obſervante poſt Cl. Henricum Stephanum Jungermano, accepti ſuis eſſe deſierunt; ſicut bobus vetulis accidit, qui in ſtabulo relinquuntur ut inutiles.

[P. 116, l. 7.] Οὐ σιωπησόμενος. Fortè ὃ σιωπήσω μήν.

[P. 116, l. 9.] Δύξω. Sic ſuprà, L. I, p. 6: δηγῦνται τὰ ὀφθίνθα, δύκνυσι τὰ ἐυρεθίνθα.

[P. 116, l. 11.] Παρασκίναζε. Operarum vitio in Ed. Moll. & hinc in prior. Par. παρασίναζε.

[P. 116, l. 11.] Εὐηρεσῶν τὰ γνωρίσματα. In hanc vocem, εὐηρεσῶν, confer ſummum Hemſtethuſ. ad Lucianum, tom. I, p. 316, ubi & hunc Longi locum profert.

[P. 116, l. 16.] Ἀγροικίας κρεῖττονα. Suprà, L. I, p. 7, κάλλος κρεῖττον ἀγροικίας. Et Lib. III, pag. 78: νέον καὶ ὡραῖον, & ἀγροικίας ἀβρότερον.

[P. 117, l. 4.] Αἰτήσας λόγον. Mollius: Thucyd. L. III, ἀλλὰ αὐτοὶ λόγον ἠτησάμεθα, ſed ipſi poteſtatem, ſive veniam dicendi petivimus. Xiphilin. in Sever. λόγον τε αὐτῷ ἔδωκε, fecit illi poteſtatem dicendi. Addo Achillem Tatium, L. VII, p. 586, dixiſſe αἰτήσας λόγον. Dicitur & λόγου τυχεῖν, id eſt, audientiam impetrare.

[P. 117, l. 5.] Ἀνδρὸς γέροντος. In hâc voce, ἀνδρὸς, emphaſis ineſt & elegans helleniſmus, ut obſervat Munckerus ad Anton. Liberal. c. 35, p. 238, ubi & plura hujuſce loquendi formulæ exempla affert. Sic ſuprà, L. I, p. 15 noſtræ Ed. ἀνδρὸς ὁπλίτου. Et L. IV, pag. 112, ἀνθρώπους οἰκέτας. Infrà, pag. 138 Edit. Moll. ἀνθρώπους γεωργούς. Confer & Cl. Markland ad Lyſiam κατ' Νικομάχου, tom. V, p. 864 Ed. Orator. Græc. Cl. Reisk.

[P. 117, l. 9.] Παιδίων πρεσβυτέρων. Fortè hîc παίδων quibuſdam magis arrideat.

[P. 117, l. 13.] Μητρὸς ἔρια. Sic Florus, cap. 1, de

lupâ quæ Romulum & Remum aluerat : matrem se gessit. Hîc autem dicitur μητρὸς ἔργα, ut suprà, L. II, p. 57 : ἔργα ποιήσει πολεμίων.

[P. 117, l. 17.] Καλὸν οἰκέτην καλῶ. Confer Abresch. Lection. Aristænetear. p. 257.

[P. 117, l. 17.] Καλῶ δὲ ἀγαθῶ. Fortè κἀγαθῶ.

[P. 117, l. 17.] Παροίνημα δέ. Sic omnes Edd. præter posterior. Par. in quâ ἐμπαροίνημα, quod & conjecit Cl. Boden, nec Jungermano displicet, ob præcedens, p. 115, Γνάθωνος ἐμπαροίνημα.

[P. 117, l. 20.] Ἐπὶ γυναικῶν ἔργα. Rectè Cl. Boden confert Lucian. de Deâ Syriâ, à quo abominandum illud scelus simili velo obtegitur : εἵματά τε γυναικήϊα φορέουσι, καὶ ἔργα γυναικῶν ἐπιτελέουσι; quod opus muliebre facere vocat Petronius à Mollio laudatus.

[P. 118, l. 4.] Τοῖς εἰρημένοις. E tribus Codd. Reg. restitui illud τοῖς quod in solis Edd. Commel. & Jungerman. legitur, ac in omnibus aliis omissum est.

[P. 118, l. 6.] Τοξοποιήσας. Alciphron. L. III, Ep. XIX, p. 318: τοξοποιεῖ τὰς ὀφρῦς. Aristophan. in Lysistrat. v. 8 :

Τί συντετάραξαι, μὴ σκυθρώπαζ' ὦ τέκνον.
Οὐ γὰρ πρέπει σοι τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς.

De quâ voce vide Scholiastam ad hunc locum hæc è Sophocle adducentem :

Ὡς ἂν μέτωπον Διὸς ἐν ταύτῃ χαρᾷ.

Quem versum sic emendandum censeo, ἰανθῇ χαρᾷ; cùm Suidas, qui in Τοξοποιεῖν, tom. III, p. 487, eumdem profert, & hunc Homericum confert ex Il. O, v. 102 :

Οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσι
Ἰάνθη,

in Sophocleo legat, ἰανθῇ χαρῇ, pro quo scribendum ἰανθῇ χαρᾷ. Quod miror Kusteri ad Suidam & ad Aristophanis Scholiasten diligentiam fugisse.

[P. 118, l. 8.] Ὡς ἰόν. An ὕτως ἰόν? Legere mallem ὡς, id eſt, ſic, hoc modo; quemadmodùm ſolus Jungerman. rectè edidit & conjecit. Suprà, L. III, p. 94 noſtræ Ed. τὸ μὲν ἀληθὲς οὐδ' ὡς ἐξηγόρευσεν. Malè Moll. vertit, quò illum vice filii detineat.

[P. 118, l. 11.] Καθημένης δὲ Κλεαρέτης. Jungerman. legit ἀποκαθημένης, Cl. Boden συγκαθημένης, & Cl. Valckenær. παρακαθημένης. Et hanc quidem lectionem, quæ videtur præferenda, in ſuo Codice inveniſſe Amyotum ex eo patet quòd verterit: ſa femme aſſiſe auprès de lui; niſi quis retinere malit καθημένης, & intelligere, Clearistam, cui longior futura videbatur hæc inquiſitio, conſediſſe.

[P. 118, l. 11.] Ἐβασάνιζε. Rectè Thomas Magiſter, p. 143: βασανίζειν ὅτι δοκιμασίας λαμβάνει καὶ δὲ λόγων καὶ δὲ τιμωρητικῶν ὀργάνων. Conſer & J. G. Grævium ad Lucian. in Solœciſt. tom. III, p. 568.

[P. 118, l. 15.] Μήτρας εὐτελοῦς. Conjeceram μητρός; quod poſteà vidi conjeciſſe Huetium, & Jungermanum in mendorum Indice.

[P. 118, l. 16.] Εὐτελοῦς. Ad tertii C. oram ἀτελοῦς.

[P. 118, l. 17.] Μαντεύεσθαι. Conjecturis indulgere. Eodem prorsùs ſenſu Chariton, L. VIII, p. 139: ἄλλος ἄλλο τι ἐμαντεύετο· πάντα δ' μᾶλλον ἢ τὸ ἀληθὲς εἰκαζον. Pro μαντεύεσθαι autem ad oram primi Cod. R. in Codice Urſ. Urſino probante, & hinc in Edd. Mollian. prior. Par. & Lipſienſ. μαθεύεσθαι, id eſt, inquirere, inveſtigare. De quâ voce vide Cl. Fœſium in aureâ illâ Œconomiâ Hippocratis, in Μάθεσθαι, paginâ 399. Hoc vocabulum uſurparunt Homerus, Pindarus, Theocritus, Idyll. XXI, v. 67; Euripides, Iphigen. in Aulid. verſu 854, in Taurid. verſu 1338; Æſchylus in Agamemnone, verſu 1103, &c. &c. Amyot vertit: qu'il n'étoit point beſoin d'y ſonger davantage.

[P. 118, l. 18.] Εἰ λαμπρᾶς τύχης. Frustrà Huetius hîc ἔστι addendum conjicit.

[P. 118, l. 19.] Κομίσουσα. Malè C. R. II, κομίζουσα.

[P. 119, l. 1.] Χλαμύδιον ἀλουργές. Confer suprà, p. 4. nostræ Ed. ubi eadem occurrunt.

[P. 119, l. 3.] Καλεῖ θεασομένην. Restitui θεασομένην è tribus Codd. R. è versione Amyoti interpretantis: appella sa femme pour les faire voir aussi; & è conjecturâ Jungermani, quam sibi vindicavit Mollius, & in textum recepit Cl. Boden. Malè cæteræ Edd. θεασαμένην.

[P. 119, l. 3.] Κομίζουσαν ἀπεστείλαμεν. Mallem κομίσουσαν. Sic suprà, L. II, p. 56 nostræ Ed. ἐς τὴν μὲν ἈΠΟΠΈΜΠΕΙ ΚΟΜΊΣΟΥΣΑΝ; ubi malè legebatur κομίζουσαν. Sic pag. 118, ἈΠΉΕΙ ΚΟΜΊΣΟΥΣΑ, ubi malè C. R. III, κομίζουσα. Sic infrà, p. 122, κἀκείνας ΘΕΡΑΠΈΥΣΩΝ ἐπέμφθη.

[P. 119, l. 5] Συνεθήκαμεν. Emendo ΣΥΝΕΚΘΉΚΑΜΕΝ. Suprà, L. I, p. 4: τὰ μὲν ΣΥΝΕΚΤΕΘΈΝΤΑ κρύπτουσι. L. IV, p. 116: ὅσα εὗρον ΣΥΝΕΚΚΈΙΜΕΝΑ. P. 117: γνωρίσματα ΣΥΝΕΚΚΈΙΜΕΝΑ. P. 121: τοῦτο τὸ παιδίον ΕΞΈΘΗΚΑ, οὐ γνωρίσματα ταῦτα ΣΥΝΕΚΘΈΙΣ. Heliodor. L. VIII, p. 393, ΣΥΝΕΚΘΈΝΤΑ γνωρίσματα.

[P. 119, l. 7.] Οὐκ ἄλλα μὲν οὖν, ἀλλὰ ταῦτα. Hanc non invenustam loquendi formulam notavit Cl. Wyttenbach. p. 19 Animadvers. in Plutarchum de serâ numinis vindictâ, ubi legitur, οὐ γὰρ ἄλλα . . . ταῦτα δὲ αὐτὰ, quod significat ista sola. Sic, inquit, Thucydides, L. VIII, c. 67, p. 544: εἰσήνεγκαν οἱ συγγραφεῖς ἄλλο μὲν οὐδὲν, αὐτὸ δὲ τοῦτο.

[P. 119, l. 9.] Σὸς υἱός ἐστι. Ex utrâque Par. Ed. excidit illud ἐστὶ, quod in aliis omnibus Edd. legitur.

[P. 119, l. 14.] Ῥίψας θοιμάτιον. Sic suprà, L. II,

p. 59 nostræ Ed. Tityrus ῥίψας τὸ ἐγκόμβωμα, γυμνὸς ὥρμησε τρέχειν.

[P. 119, l. 14.] Τοῦ παραδείσου. Ex utrâque Parisiensi Ed. excidit τοῦ.

[P. 119, l. 20.] Τὸ καινότατον. Suprà eodem sensu, L. III, p. 93 nostræ Ed. τὸ καινότατον. Hîc quoque humani aliquid passus est doctissimus homo, sed tamen homo, Jungerman. τὸ καινότατον vertens, postremò.

[P. 119, l. 20.] Συνείς. Suprà, p. 119, l. 13, vidisti συνεὶς eodem sensu. Sic ter in eâdem paginâ verbum ῥίπτειν usurpavit; scilicet easdem voces, ut jam observavimus, iterare amat.

[P. 120, l. 5.] Ὄμνυμι δὲ τὰς Νύμφας. Sic suprà, L. IV, p. 117: ἐπόμνυμι δὲ τὴν Πᾶνα καὶ τὰς Νύμφας, ὡς οὐδὲν ψεύσομαι.

[P. 120, l. 7.] Cod. Flor. & tres Mss. R. στρέφοντα; sed ad tertii oram τρέχοντα.

[P. 120, l. 7.] Περιέμεινε. Cod. R. III, περιέμενε.

[P. 120, l. 13.] Ἐφιλοφρονεῖτο. Summus Hemsterhus. ad Xenophont. Ephes. in Miscell. Observ. vol. V, tom. III, p. 57, hunc Longi locum proferr.

[P. 120, l. 14.] Ὡς πάλαι εἰδώς. Sic Heliodorus, L. III, p. 137: ὁμοῦ τε γὰρ ἀλλήλους ἑώρων, ὥσπερ τῆς ψυχῆς ἐκ πρώτης ἐντεύξεως τὸ ὅμοιον ἐπιγνούσης, καὶ πρὸς τὸ κατ' ἀξίαν οἰκεῖον προσδραμούσης.... ὥσπερ εἴπου γνωρίζοντες, ἢ ἰδόντες πρότερον.

[P. 120, l. 14.] Προσεστερνίζετο. Jungermanus: προστερνίζειν, adpectorare. Solinus, c. 29, de ursis: has lambendo sensim figurant, atque adpectoratas fovent.

[P. 120, l. 15.] Οὕτω φύσις ταχέως πιστεύεται. Hæc & multa alia in Longo, divinis magnorum Gesneri & Wielandi ingeniis digna sunt. De vi autem naturæ in animo paterno dominantis egregius est Livii locus, Lib. II, n° 5, quem multi perperàm interpretantur. Scilicet ille

Bruti filiorum ſupplicium depingens, hæc addit: nudatos virgis cædunt, ſecurique feriunt; cùm inter omne tempus pater, vultusque & os ejus, ſpectaculo eſſet, eminente ANIMO PATRIO inter publicæ pœnæ miniſterium. Multi per ANIMUM PATRIUM intelligunt AMOREM PATRIÆ, qui victor eminebat, & omnem paternam oppreſſerat caritatem. Sed PATRIUS hîc à PATRE, non autem à PATRIA derivatur. Sic Seneca in aureo illo libello, cur bonis viris mala fiant, c. 2: PATRIUM habet Deus adversùs bonos ANIMUM. Idem de Clementiâ, L. I, c. 14: patrem patriæ appellavimus, ut ſciret datam ſibi poteſtatem PATRIAM. Virgil. Æneid. L. VI, v. 33:

Bis PATRIÆ cecidêre manus.

Contrà Virgil. Æneid. Lib. VI, v. 824, de eodem Bruti facto loquens, ut indicet in fluctuanti animo Bruti tandem viciſſe amorem patriæ, non dicit, vicit AMOR PATRIUS, ſed AMOR PATRIÆ. Præterea obſervandum in hoc Livii loco privatam patris caritatem publico Conſulis miniſterio publicæque pœnæ opponi.

[P. 120, l. 21.] Χρόνῳ διαλθόντος ὀλίγῳ. Duo primi Codd. R. omittunt ὀλίγῳ.

[P. 121, l. 3.] Τινόμενον ὕστατον πᾶσι. Hîc ὕστατον πᾶσι ſignificat poſt hos omnes, poſt cæteros ultimum. Confer Cl. Boſium, Animadverſ. ad Scriptores quoſdam Græcos, p. 63. Sæpe autem πᾶσι & παρὰ inter ſe permutantur. Sic apud Stobæum, Serm. 73, p. 308 Ed. Grot. Dictor poëtar. quæ apud Stobæum extant, Euripides in Ægeo:

Πέφυκε γάρ πως ΠΑΣΙ πολέμιον γυνὴ
Τοῖς πρόσθεν, ἡ ζυγοῦσα δευτέρῳ πόσει.

Ubi, pro ΠΑΣΙ, fortè quis mallet ΠΑΙΣΙ.

[P. 121, l. 4.] Τοῦτο τὸ παιδίον. Malè ex Ed. Moll. & hinc ex utrâque Par. & Lipſienſ. excidit τὸ poſt τοῦτο. Infrà, p. 131 noſtræ Ed. τοῦτο ΤΟ παιδίον, ut & ſuprà, p. 117 & 120, αὐτὸς Ὁ πατήρ.

[P. 121, l. 5.] Ἀλλὰ ἐντάφια. Jungerman. rectè hæc confert ex Heliodor. L. IV, p. 178: καὶ ἔσται σοι τὰ τῆς γραφῆς, εἰ μὲν περισωθείης, γνωρίσματα· εἰδ', ὅπερ καὶ ἀκοὴν λάθοι τὴν ἐμὴν, ἐπιτύμβια καὶ μητρὸς ἐπικήδεια δάκρυα. Et ibid. L. VIII, p. 392: τὰ γὰρ συνεκθέντα μοι γνωρίσματα, καὶ παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν ἀεὶ χρόνους ἐπιφέρεσθαι προνουμένη, τότε καὶ πλέον, τῆς κρίσεώς μοι γενησομένης, καὶ τῆς τελευταίας προσδοκωμένης, περὶ τῇ γαστρὶ ζωσαμένη κρύφα ἐτύγχανον· εἰ μὲν σωζοίμην, εὐπορία βίου καὶ τῶν ἀναγκαίων· εἰ δέ τι πάσχοιμι, καλλωπίσματα ἔσχατα καὶ ἐντάφια γενησόμενα. Hîc autem Mollius in suâ notâ inverecundè, ut solet, describit Petri Victorii Variarum Lectionum Libri secundi caput tertium, cujus indicationem Columbanio debuit. Si tanti esset, demonstrare possem nihil proprium habere Mollium, quo audaciorem plagiarium nunquàm vidi. De hujus Editione vide quid sentiat Cl. Grævius in Syllog. Epistolar. Burman. tom. IV, p. 23.

[P. 121, l. 8.] Ἀπώλοντο. Malè omnes hùc usque Edd. præter Jungerman. & Cl. Boden. ἀπώλλοντο, quod & in primo ac tertio Codd. R.

[P. 121, l. 11.] Ἑκὼν οὐκ ἐβουλευσάμην. Sic Il. Δ, vers. 43:

Ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ.

[P. 121, l. 12.] Μέρος ληψόμενος. Hunc notabilem hodiernorum Lesbiorum usum videbis in doctissimo & elegantissimo viri Clarissimi necnon & nobis amicissimi Guys, itinerario, tom. I, p. 460: Dans l'Isle de Mételin, qui est l'ancienne Lesbos, toutes les propriétés & tous les immeubles appartiennent aux filles, & à la fille aînée; ce qui emporte l'exhérédation des garçons... Le premier Météliniote que j'ai questionné sur cela, m'a dit que le fait étoit vrai, que cet usage étoit très ancien, & que les garçons con-

sentoient volontiers à tout cèder à leurs sœurs, pour leur procurer de meilleurs établissements. Quod & ibidem confirmat Cl. Peyssonnel, vol. II, p. 192 novæ Ed.

[P. 121, l. 13.] Κρεῖττον. Rectè Mollius confert Musonium dicentem apud Stobæum: κρεῖττον πολλοὺς ἔχειν ἀδελφοὺς τῶν πολλὰ ἔχειν χρήματα.

[P. 121, l. 15.] Καὶ βασιλεῦσιν. Rectè Amyot vertit: les plus riches de ce pays. Sic ἐμφατικώτερον apud Græcos & Latinos vocantur divites. Terentius in Eunucho, Act. I, scen. 2, v. 87:

porrò eunuchum dixti velle te,
Quia solæ utuntur his REGINÆ; repperi.

Suprà, L. IV, p. 99 nostræ Ed. hortus Dionysophanis dicitur fuisse κατὰ τοὺς ΒΑΣΙΛΙΚΟΥΣ. Chariton, L. I, p. 16: πλοῦτος ἐκεῖ ΒΑΣΙΛΙΚΟΣ.

[P. 121, l. 15.] Πολλὴν μὲν γάρ. E duobus primis Codd. R. restitui illud γὰρ, quod in omnibus Edd. omissum fuerat.

[P. 121, l. 17.] Ἄργυρον. Cod. R. III, ἀργύριον.

[P. 121, l. 17.] Ὅσα ἄλλα. Mollius legendum conjicit καὶ ὅσα ἄλλα, & annotat moris esse disertioribus Græcis, post aliquam partium rerumque affinium enumerationem ità concludere, καὶ ἄλλα ὅσα, & reliqua ejusmodi.

[P. 121, l. 18.] Εὐδαιμόνων. Quo sensu latinè BEATOS dicimus, id est, opulentos. Sic suprà, L. I, p. 3, ἀγρὸς ἦν ἀνδρὸς ΕΥΔΑΙΜΟΝΟΣ. Xenophon Ephes. L. V, p. 76: ὠνήσασθαι δὲ οἰκέτας ὡραίους καὶ θεραπαίνας, καὶ ἄλλην σκευῶν περιβολὴν ὅση γένοιτ' ἂν ἀνδρὶ εὐδαίμονι.

[P. 121. l. 18.] Rectè Jungermanus confert hæc Genes. c. 48, in fine, ubi Jacob ad Joseph. ἐγὼ δὲ δίδωμί σοι Σίκιμα ΕΞΑΙΡΕΤΟΝ ὑπὲρ τοὺς ἀδελφούς σου, ἣν ἔλαβον ἐκ χειρὸς Ἀμορραίων ἐν μαχαίρᾳ μου καὶ τόξῳ.

[P. 122, l. 3.] Παραμένουσι τὴν σύριγγα. Cl. Abresch.

Dilucid. Thucydid. p. 674, omninò videndus, hîc rectè emendat περιμένωσι, & confert noſtrum ſuprà dicentem p. 120, τὸ Ἄσυλον τρέχοντα περιίμενε, & L. II, p. 49: περιμένω κύμενος ἢ θάναλον, ἢ πόλεμον. Idem quoque conjecerat ſuaviſſimus meus & inter paucos eruditiſſimus amicus & ſocius Cl. Guilhem de CLERMONT, Baro de SAINTE CROIX, cujus cognominis avunculus inter Galliæ heroas numeratur, & quo generoſiſſimo ac nobiliſſimo viro Academico noſtræ ſuperbiunt literæ, quibus tantam affudit lucem in egregio illo opere, quod inſcriptum, Examen critique des anciens Hiſtoriens d'Alexandre, prodiit Lutet. ann. 1775, & variam ac multiplicem illuſtriſſimi Auctoris in veteri Hiſtoriâ, Geographiâ, Chronologiâ, Criticâ, &c. eruditionem mirè declarat.

[P. 122, l. 6.] Ἔτι θέλει τοῦ ἀπόλος. Sic cum Cl. Bodeno reſtitui è tertio Cod. R. & è Codd. Flor. & Urſ. quorum lectionem ab Urſino probatam, pro ſuâ emendatione venditat Mollius. Hinc Cl. Dutens minùs benè edidit θέλει τοῦ), omiſſo ἔτι. Cæteræ autem Edd. ἔτι ἦν, pro ἔτι θέλει τοῦ).

[P. 122, l. 6.] Θεραπεύσων. Suprà, L. IV, pag. 116 noſtræ Ed. Ἄσυλον θεραπεύσει λοιπὸν ἀντὶ αἰγῶν καὶ τράγων Δάφνις. Et pag. 99: τὸ παράδεισον ἐθεράπευεν. Et p. 102, τὰς τρίχας ἐθεράπευε.

[P. 122, l. 8.] Συμπόσιον συνεκρότων. Hîc appoſitè Mollius è Xiphilino laudat, ἐς συμπόσια πολλὰ συνεκρότει, & è Julian. in Cæſar. ἐγὼ δὲ συμπόσια συνεκρότων. Achill. Tat. L. II, p. 132, τὸς γάμους συνεκρότει; ubi rectè Cl. Boden confert Herodian. L. V, cap. 6, 14: πανηγύρεις παντοδαπὰς συνεκρότει. Vide & Reitzium ad Luciani Convivium, tom. III, p. 432.

[P. 122, l. 9.] Μόνος οὐκ ἦκε. Malè μόνος omiſſum eſt in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par.

[P. 122, l. 13.] Διακότης τοῦ ἀγρῶν. An Amyot legit

αἰγῶν, pro ἀγρῶν? Vertit enim, étoit devenu seigneur & maître de ses chevres (αἰγῶν) & de tout l'héritage.

[P. 122, l. 18.] Κατεῖχε πάντας. Sic gallicè dicitur, les retint. Sic suprà, L. III, p. 72: ὅτε δὲ κατεῖχον αὐτόν.

[P. 122, l. 19.] Ἐσομένους. Sic in notâ conjecit Jungerman. At omnes Edd. præter utramque Parisiens. habent ἐσομένης.

[P. 123, l. 3.] Κτήματα, ἀναθήματα. Sic suprà, L. I, p. 2 nostræ Ed. ἈΝΆΘΗΜΑ μὲν Ἔρωτι, καὶ Νύμφαις, καὶ Πανὶ, ΚΤΗ̃ΜΑ δὲ τερπνόν. Et pag. 5: ἀνέκειντο δὲ καὶ γαυλοὶ, καὶ αὐλοὶ πλάγιοι, καὶ σύριγγες, καὶ κάλαμοι, πρεσβυτέρων ποιμένων ἈΝΑΘΗ̃ΜΑΤΑ.

[P. 123, l. 5.] Τῷ Πανὶ τὴν σύριγγα. Confer summum Hemsterhus. ad Luciani Timon. tom. I, p. 154.

[P. 123, l. 7.] Οὕτω δὲ ἄρα. Tres Codd. R. οὕτως δὲ ἄρα.

[P. 123, l. 9.] Ὥστε ἐδάκρυσεν. Sic Edd. Flor. Moll. utraque Par. & tertius Cod. R. At Edd. Commel. Jungerman. Lipsiens. & duo primi Mss. R. ἐδάκρυεν. Jungermanus autem in mendorum Indice emendat ἐδάκρυσεν.

[P. 123, l. 19.] Ἐξελάθετο. Malè Ed. Moll. & hinc utraque Par. ἐξελάθητο.

[P. 123, l. 20.] Ὀνειροπολεῖ γάμους. Sic suprà, L. IV, p. 104 nostræ Ed. περὶ τοῦ γάμου τὴν ψυχὴν ἐταράττετο, μὴ μάτην ὈΝΕΙΡΟΠΟΛΟ̃ΥΣΙΝ αὐτόν. Et L. III, p. 96, τοιαῦτα ὠνειροπόλει.

[P. 124, l. 9.] Γαμήσοντος, καὶ ἀγαπήσοντος. Hæc est Urs. C. & duorum primorum R. ab Ursino & Jungermano probata lectio, quam in textum recepit Mollius, & hinc uterque Paris. Editor, ut & Lips. At Edd. Flor. Commel. & Jungerman. & tertius C. R. γαμήσαντος καὶ ἀγαπήσαντος.

[P. 124, l. 9.] Δρύαντος ἐκεῖνον ἀγαπήσοντος. Verum in versione sensum expressi, quem neuter Latinus Interpres assecutus fuerat. Hîc, ut sæpè alibi, ἀγαπᾶν id designat

quod gallicè dicimus, ſe trouver encore trop heureux, être encore trop content. Malè Moll. vertit : quaſi non Daphnis illam in poſterùm ducturus, atque illum duntaxat Dryas eximium habiturus foret. Pejùs Jungerman. ſcilicet quaſi Daphnis omnem curam de nuptiis Chloës jam expectoraſſet, pariterque Dryas jam Daphnim duntaxat in oculis ferret, Chloë neglectâ. Propiùs accedit Amyot vertens : eſpérant que Daphnis ne penſeroit plus à l'épouſer, & que Dryas la lui donneroit volontiers pour femme. Suprà, Lib. IV, p. 104 noſtræ Ed. Λάμωις ἐμνᾶτο τὴν Χλόην ὁ δὲ Δρύας.

[P. 124, l. 10.] Τῶν δέ τις ἰδόντων. Malè Edd. Commel. & Jungerman. τ' δέ τις ἰδόντων. Omninò legendum cum Ed. Flor. & cæteris omnibus, τῷ δέ τις ἰδόντων, quod & in notis vidit Jungerman. Confer quæ ſuprà obſervavimus, p. 196 noſtrarum Animadverſion. ad Librum tertium in hæc verba, p. 83, l. 13, τῷ τινι πλουσίων.

[P. 124, l. 13.] Εἰπεῖν ἐτόλμα. Suprà, L. III, p. 89 noſtræ Ed. τῷ Λάμωνι μὴ ὃν ὐδὲν ἐτόλμησεν εἰπεῖν.

[P. 124, l. 14.] Καρτερεῖν μὴ δυνάμενος. Suprà, L. III, p. 80 noſtræ Ed. ὡς ἐκαρτέρησεν ὑφ' ἡδονῆς. Xenophon Epheſ. L. I, pag. 6 : ὡς ἔτι ὁ καρτερῶν, ῥίψας ἑαυτὸν ὡς γῆν. Et pag. 7 : ὐκέτι τὸ μιφράκιον ἐκαρτέρει. Vide & p. 19, & L. II, p. 24 & 27, & confer Cl. Hemſterhuſ. Miſcell. Obſerv. vol. V, tom. III, p. 72, ad eumdem Xenophont. Epheſ.

[P. 124, l. 17.] Ἦμην. Confer Cl. Pierſon. ad Mœrim Atticiſtam, p. 172, in hæc verba : Ἦν, Ἀτ̃τικῶς· ἤμην, Ἑλληνικῶς.

[P. 124, l. 19.] Κοιμήσεσθ'. Rectè ſummus Valckenær. emendat συγκοιμήσεσθ'. Sic Amyot vertit, il couchera avec elle.

[P. 125, l. 2.] Καιρὸν ἥκειν νομίζων. Sic ſuprà,

L. III, pag. 78 noſtræ Edit. καιρὸν ἥκειν νομίσασα δικλόν. Apud Gemiſtum Plethonem de iis quæ poſt pugnam Mantinenſem geſta ſunt, L. I, c. 13, p. 27 Ed. Cl. Reichardi, legitur νομίσας καιρὸν ἔχειν τοῖς Παίοσιν ἐπιθέσθαι; ubi fortè emendandum ἥκειν, pro ἔχειν: quod ex hiſce duobus Longi locis colligitur.

[P. 125, l. 5.] Ἡγεῖσθαι κελεύσας. Sic loquitur Achilles Tatius, L. VI, p. 516.

[P. 125, l. 8.] Ἀνθρώπους γεωργούς. Malè ἀνθρώπους γεωργοὺς in Ed. Commel. & hinc in Ed. Jungerman. qui hoc operarum vitium in notis & in mendorum elencho ſuſtulit.

[P. 125, l. 8.] Συνηλόησε πληγαῖς. De hâc voce egit ſummus Valckenær. Animadverſ. ad Ammon. L. I, c. 4, pag. 22, ubi hunc Longi locum profert. Suidas: Ἀλοιῶν· τύπτων, κρούων. Ὁ δὲ ῥοπάλῳ ἀλοιῶν, εἶθ' ἑτέρῳ τρόπῳ, τοῦτον ἔκτεινεν. Ubi ſummus Toupius, Cur. noviſſim. in Suidam, p. 11: « reſpexit, ut videtur Suidas, ad Dionyſ. « Halicarn. Antiq. Rom. I, 39: Ἡρακλῆς δὲ ΑΛΟΙΩΝ « αὐτὸν τῷ ῥοπάλῳ κτείνει. Ubi Mſ. Vaticanus, ἀλύων; « quod & imperitè probat Hudſonus [a]. In notâ, quam illud immortale ſuî ſexûs decus & exemplar, doctiſſima & nobis amiciſſima mulier, Erneſtina Chriſtina Reiskia, magnæ Daceriæ æmula, novæ Editionis Dionyſ. Halicarnaſſ. tomo VI, p. 1175, inſerendam curavit, jam contuleram Æſchinem, περὶ τῆς παραπρεσβείας, p. 308, 36 Ed. Cl. Reiskii, ubi legitur: αὐτοῖς τὰς ὁμήρους λαβόντες Φωκεῖς ΚΑΤΗΛΟΗΣΑΝ. Indicaveram & Scholiaſten Ariſtophanis in Theſmophor. v. 2, obſervantem ἀλοᾶν ſignificare τύπτειν & κόπτειν.

[P. 125, l. 10.] Εἰ μὴ ἀπέδρα. Rectè Moll. obſervat ante haſce voculas εἰ μὴ, verbum aliquod ſubaudiendum venire, quemadmodùm hîc, ἦλθεν ἄν, & duxiſſet. Thucydid.

Thucydid. Lib. I, καὶ συγγνώμην εἰ μὴ, & venia (ſupple, dari poſſet) ſi non jam.

[P. 125, l. 14.] Ἐν τῷ περιπάτῳ. Suprà, p. 124, ὡς τὸ περίπατον ἐσιὼν ὠδύρετο. Et p. 117, ἔθαψα ἐν τῷ περιπάτῳ. Nota hanc vocem, quæ abeſt ab omnibus quæ evolvi lexicis, quamque Amyot ſemper interpretatur, verger. Jungerman. in primo loco, p. 117 noſtræ Ed. vertit, in circuitu horti, & Moll. in horti ambitu; at in ſecundo loco, p. 124, ambulationes quæ hortum ambibant; & Mollius, horti ambitum. Et denique in tertio loco, p. 125, Jungerman. in illâ ambulatiunculâ, ut Moll. in ambulachro illo, interpretatur.

[P. 125, l. 17.] Δοῦλον καὶ ἄχρηστον. Wetſtenius in S. Pauli Epiſtolam ad Philemon. pag. 381, cum hoc Longi loco confert hæc Donati in Phormion. Terent. I, 1, ex Lucilio: Servus neque infidus domino, neque INUTILIS cuiquam.

[P. 125, l. 17.] Ἔχειν. Retinere. Orat ut ſe ſervum retineat, nec expellat. Malè Mollius intelligit, ne ſe pro inutili ſervo habeat; vel, quòd ſervus ſit inutilis, de ſe ſentiat.

[P. 125, l. 18.] Ἔχων ἐν χεροί. Cod. Urſ. Urſino probante, hîc addit Χλόην.

[P. 125, l. 21.] Βυλευομένοις δέ. Malè in Ed. Moll. & hinc in utrâque Par. βυλευομένοις καί.

[P. 126, l. 2.] Ὁμολογήσαντα. Sic ſuprà, pag. 123 noſtræ Ed. ὅπως δ' ὁμολόγῃ τὸ ἐρωτᾶν. Hîc autem Cl. Boden conjicit ὁμολογήσαντας.

[P. 126, l. 2.] Μητέρα. Vitioſam lectionem in ſuo Cod. invenit Amyot vertens: qu'à Napé, ſa nourricière, ſeulement.

[P. 126, l. 10.] Τὰ μέχρι νῦν ἀῤῥητα. Sic ſuprà Lamon, p. 116: ἦκεν καιρὸς ἐκκαλύψειν τὰ κρυπτά.

[P. 126, l. 14.] Ἰδὼν ἐθαύμασα, θαυμάσας ἔθρεψα. Hæc figura in Longo frequentiſſima dicitur climax; de quâ vide Aquilam Romanum de figur. ſentent. & elocut. ad quem ſummus Ruhnken. p. 182, obſervat notiſſimum eſſe hoc ſchema, & ad illud illuſtrandum ſæpe laudari hunc Demoſthenis locum de Coronâ, pag. 539: καὶ ἤκουον μὲν ταῦτα, καὶ ἔγραφα δὲ· ἀδὲ ἔγραφα μὲν, καὶ ἐπρέσβευσα δὲ· ἀδὲ ἐπρέσβευσα μὲν, καὶ ἔπεισα δὲ Θηβαίους. Sic ſuprà apud Longum, p. 105 Edit. noſtræ: καὶ ἰδόντες ἐδόων, καὶ βοῶντες ἐδάκρυον.

[P. 126, l. 15.] Ἔοικε γὰρ ἀδὴν ἡμῖν. Suprà ſimile in re ſimili argumentum, p. 118: ἐπεὶ γὰρ ἦν ἄπιστον ἐν τοιούτῳ γέροντες, καὶ μήτρας εὐτελοῦς, ἰδὸν καλὸν ἔτω γενέσθαι.

[P. 126, l. 16.] Πλουσιώτερα ἢ κατ' οἰμένα. Sic ſuprà, p. 117 noſtræ Ed. γνωρίσματα τύχης ὅτι μείζονος ἢ καθ' ἡμᾶς σύμβολα. Et p. 118: ἐδόκει τὰ γνωρίσματα σκοπῶν, ὡς λαμπρᾶς καὶ ἐνδοξοτέρας τύχης. Et L. I, p. 4: παιδίον τῆς κατ' ἀὼ ἔκθεσιν τύχης ἐν ἀπαργάνοις κρύπτοσι. Et p. 7: τύχην ἐκ ἀπαργάνων ἐπαγγελλόμενοι κρύπτονα. Hîc autem cum ſummo Hemſterhuſ. ad Plutum, pag. 331, obſerva eleganter præpoſitionem κατ' uſurpari in comparationibus. Sic ſuprà, Lib. III, p. 87 noſtræ Ed. μείζονα ἢ ΚΑΤᾺ ποιμαίνουσαν κόρην δῶρα ὠνομάζετο. Chariton, L. II, p. 45: γυνὴ κρείττων ἢ καθ' ἡμᾶς. Confer & Cl. Bergler. ad Alciphronem, L. I, Ep. XVII, p. 65, & Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 182.

[P. 127, l. 1.] Χλωρεῶντα. C. Flor. χλωρῶντα. Mollius dubitat an dicatur χλωρεάω, cùm, inquit, nuſquàm appareat; ſed cùm Heſych. habeat χλωρέασις, legere mallet χλωρέζοντα, quod extat Levit. c. 14. Sed ego pariter dici puto χλωρεάω, χλωρῶ & χλωρέζω: ut enim e latino VIREO formatur vocabulum VIREO, quod eſt cujuſ-

dam avis nomen; sic è Græco χλωριῶ formatur χλωρίων, quod est ejusdem avis nomen apud Aristotel. Histor. animal. L. IX, c. 1 & 22, & apud alios.

[P. 127, l. 3.] Ὑπὲρ παιδός. Hunc Longi locum profert Reitzius ad Lucian. tom. II, p. 807, & multis aliis appositis declarat exemplis interdùm ὑπὲρ significare PRO.

[P. 127, l. 4.] Ἤλεγχε τοὺς λόγους. Sic rectè C. R. I, tertii margo, & C. Urs. Ursino probante, atque hinc Ed. Moll. utraque Par. & Lipsiens. quod & conjecerat Huetius; at duo ultimi Mss. R. Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ἠλέγχετο τοῖς λόγοις. Malè Jungerman. vertit, redarguere & refellere adortus est; malè Mollius, refellebat. Rectè Amyot, examina le plus diligemment qu'il put.

[P. 127, l. 7.] Τὰς περισκελίδας. Confer suprà, pag. 6.

[P. 127, l. 10.] Καὶ τὴν μέν. Malè Par. Edit. posterior, τὴν μήν.

[P. 127, l. 13.] Εἰ παρθένος ἐστί. Notandum in omnibus amatoriis Græcorum fabulis semper amasias, quamvis variis casibus jactatas, ad connubium usque intactas & inviolatas servari.

[P. 127, l. 14.] Φιλήματος καὶ ὅρκων. Jungerman. hîc opinatur deesse περιβολῆς, & legendum conjicit, φιλήματος, καὶ περιβολῆς, καὶ ὅρκων.

[P. 127, l. 14.] Καὶ ὅρκων πλέον. Edidi πλέον, pro πλεῖον quod in omnibus Edd. Suprà, L. II, pag. 62 nostræ Ed. ἀλλήλους ἐφίλουν, περιέβαλλον, κατεκλίνοντο· καὶ οὐδὲν δράσαντες ΠΛΕΟΝ, ἀνίσταντο. Et L. III, p. 76: τῇ δὲ πυνθανομένης τί πλέον ἐστὶ φιλήματος, καὶ περιβολῆς, καὶ αὐτῆς κατακλίσεως. Quod posset firmare Jungermani conjecturam hîc καὶ περιβολῆς excidisse censentis. Nicetas Eugenianus ineditus, in secundo de

Drosillæ & Chariclis amoribus libro:

Οὐκ ἤθελον σχεῖν ἐξ ἐκείνης τῆς κόρης
Οὐδὲν ΠΛΕΟΝ τι τῆς φιλήματος τότε.

Notandum autem hujusce inediti de amoribus Drosillæ & Chariclis Codicis finem suppleri posse e Codice Veneto CCCCXII locupletissimæ Bibliothecæ Divi Marci, cujus, cum Cl. Bongiovanni, doctissimum confecit catalogum eruditissimus ille Antonius Zanetti, quem verè cum Eunapio vocare possumus βιβλιοθήκην τινα ἔμψυχον, περιπατοῦν μουσεῖον.

[P. 127, l. 15.] Συνωμοσίῳ. Rectè Amyot vertit: le serment par lequel ils avoient promis mariage l'un à l'autre. Hanc vocem observa in lexicis quæ evolvi, omissam.

[P. 127, l. 17.] Κόσμον προσλάβηται. Hîc, & in sequentia ἀναπλεξαμένη τὴν κόμην, Columbanii notam describit Mollius. Quid sit hodiernarum Lesbiarum ornamentum, discere poteris e Du Loir, Voyage du Levant, p. 36 & 37: les plus jolies se mettent par ornement des moitiés de feves sur le front, & elles y sont rangées comme des diamants enchassés dans une table d'or.

[P. 127, l. 17.] Ἐνδυθεῖσα. C. R. II, ἐνδῦσα. C. III, ἐνεῦσα, & ad marginem ἐνευθεῖσα. Contrà illa apud Aristænet. Ep. I, p. 3: ἐνδεδυμένη μὲν, εὐπροσωποτάτη· ἐκδῦσα δὲ, ὅλη πρόσωπον φαίνεται; quod e Platonis Alcibiade I, p. 36, expressum verè monuit Cl. Abresch. p. 3 Lection. Aristænetear.

[P. 127, l. 19.] Εὐμορφοτέρα. Hæc est unicè vera forma, non autem εὐμορφώτερος, quod sæpè perperàm in Luciano aliisque editum est; de quo vide J. Jeinsium ad Lucian. Dial. Mort. XXV, tom. I, p. 431, & Cl. Boden. ad Achill. Tat. L. VI, c. 1, p. 504, observantem in comparativis O in Ω non mutari, nisi cùm brevis est penultima, quæ in εὔμορφος positione producitur; quod vix opus

erat monere, niſi tantilla res magnum Salmaſium fugiſſet, qui in hoc ipſo Achillis Tatii loco εὐμορφώτερος, pro εὐμορφότερος, emendabat. Mœris aurem Atticiſta, p. 149: Εὔμορφον παρ' ὐδενὶ (ſcilicet τῶν Ἀττικῶν) εὕρον, ἀλλ' εὐπρεπῆ. De quo tamen vide Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 14 & 15.

[P. 127, l. 20.] Ὤμοσεν ἄν τις. Suprà, pag. 118, lin. 14 & ſeqq. noſtræ Edit. ὁ γὰρ ἰυθὺς ἦν ἄπιστον ἐν τοιούτῳ γέροντος κ.τ.λ.

[P. 128, l. 3.] Κλίνης ἰδίᾳ. Fortè non deerunt qui conjiciant ἰδίας.

[P. 128, l. 5.] Κραῖῆρες ἵσανϑ. Suprà, Lib. IV, p. 110 noſtræ Ed. κοινὸν πᾶσι τοῖς παροῦσιν ἔστησε κρατῆρα. Et L. III, p. 72: δεύτερος κραῖὴρ ἵσαϑ. Theocrit. Id. V, v. 53:

Στασῶ ἢ κρατῆρα μέλαν λευκοῖο γάλακτος
Ταῖς Νύμφαις, στασῶ ἢ ἐ ἀδέος ἄλλον ἐλαίω.

Quod & ſic expreſſit Virgilius:

Pocula bina novo ſpumantia lacte quotannis,
Craterasque duo STATUAM ribi pinguis olivi.

[P. 128, l. 9.] Ἐλούσατο πολλάκις ἐν αὐτῇ. Hæc abſunt à duobus primis Codd. R. & à Cod. Amyoti, ut ex ipſius verſione apparet.

[P. 128, l. 10.] Καὶ ἐσύειζε. Fortè ἢ ἐσύειξε.

[P. 128, l. 10.] Ἐσύειζέ τι ἢ αὐτὴ τῇ ποίμνῃ. Lego ἐ αὐτὴ cum primo Cod. R. cum Edd. Flor. & Moll. Minùs benè Edd. Commel. Jungerman. (qui tamen rectè in mendorum Indice correxit αὐτὴ) utraque Pariſ. & Lipſienſ. ac duo ultimi Codd. R. ἢ αὐτῇ, ut referatur ad ποίμνῃ. Suprà, p. 123 noſtræ Ed. Daphnis fiſtulam inflavit, antequam eam ſuſpenderet; undè Chloë & ipſa (ἢ αὐτὴ) idem præſtitiſſe dicitur. Sic ſuprà, L. II, p. 31 noſtræ Ed. ἤδον τοῖς πρόσοις.

[P. 128, l. 11.] Καὶ τῆς θεαῖς συρίσασα ηὔξατο. Jungermanus, quod mallem, τῆς θεαῖς non ad συρίσασα, sed ad ηὔξατο referens, vertit: & Deabus, postquàm fistulâ sic concinuisset, vota fecit. Ut hîc τῆς θεαῖς ηὔξατο, sic infrà, p. 129 nostræ Ed. ἠράσαντο θεοῖς. Contrà Mollius: etiam Deabus hymnum cùm fistulâ cecinisset, (τῆς θεαῖς συρίσασα) eas precata est. Quo sensu suprà, L. II, p. 31 nostræ Edit. ὃς πολλὰ μὲν ταῖσδε τῆς Νύμφαις ᾖσα, πολλὰ δὲ τῷ Πανὶ ἐκείνῳ ἐσύρισα; quod huic lectioni faveret, τῆς θεαῖς συρίσασα. Cl. Boden totum hunc locum sic distinguendum censet: καὶ ἐσύριζέ τι· καὶ αὐτῇ τῇ ποίμνῃ, καὶ τῆς θεαῖς συρίσασα, ηὔξατο κ.τ.λ.

[P. 128, l. 14.] Τῶν κατὰ ἀγρῶν ἑορτῶν. An κατὰ ἀγρὸν, quod cum summo Valckenærio conjeci?

[P. 128, l. 16.] Περὶ τῶν γάμων. C. R. II, περὶ τὸν γάμον.

[P. 128, l. 17.] Ἐνσκευασάμενοι. Jungerman. vertit, accincti; & Moll. itineri accincti. Amyot: firent trousser tout leur bagage. Apud Achillem Tatium, L. II, p. 186, συσκευασαμένους ἀπελθεῖν; & apud Thucydidem, Lib. I, p. 15, 68, ἀνασκευασάμενοι est, collectis vasis. Sed ἐνσκευάσασθαι propriè significat amiciri, vestiri, vestes induere. Plato in Critone, p. 151 Ed. Cl. Forster. σκευήν τινα περιθέμενος, ἢ διφθέραν λαβὼν, ἢ ἄλλα οἷα δὴ εἰώθασιν ἐνσκευάζεσθαι οἱ ἀποδιδράσκοντες. Aristophan. in Acharnan. v. 383 & 435:

Ἐνσκευάσασθαί μ' οἷον ἀθλιώτατον.

At in hâc eâdem fabulâ, v. 1095, δεῖπνον ἐνσκευαζέτω, significat, cœnam apparet. Achill. Tat. L. III, p. 300: τὴν πλαστὴν ταύτην γαστέρα ῥάψωμεν, καὶ ἐνσκευάσαντες τῇ κόρῃ τοῦτον τὸν τρόπον. Lucian. in Cronosolon. tom. III, p. 393, βασιλικῶς ἐνεσκεύαστο. Plutarchus in Sertorio, p. 569, D: ἐκέλευσεν τοὺς στρατιώτας πάντας

τὰ μὲν αὐτῶν ὅπλα καὶ τὴν ἐσθῆτα καταθέσθαι, τοῖς δὲ τῶν βαρβάρων ἐνσκευασμένους (lege ἐνεσκευασμένους). Et in Othone, p. 1069: Γαλατικῶς ἀναξυρίσι καὶ χειρίσι ἐνεσκευασμένος. Sumitur & pro compilare, intervertere, apud eumdem Plutarchum in Syllâ, p. 468, B, ubi de Apelliconis Teii Bibliothecâ loquitur: λέγεται δὲ κομισθείσης αὐτῆς εἰς Ῥώμην, Τυραννίωνα τὸν γραμματικὸν ἐνσκευάσασθαι τὰ πολλὰ (βιβλία). In hoc autem Longi loco verterem: primo mane sumptis vestibus, parati, & itineri accincti.

[P. 129, l. 1.] Ἐλευθέραν τὴν γυναῖκα. An Lamoni denegata fuit libertas ipsius uxori concessa? Amyot simpliciter vertit, & par dessus tout cela, liberté. An in suo Cod. invenit ἐλευθερίαν (pro ἐλευθέραν), omisso τὴν γυναῖκα.

[P. 129, l. 4.] Ὄχλος ἠθροίστη. De hâc voce, ὄχλος, quam quidam Coislinianæ Bibliothecæ Grammaticus ἐπὶ πλήθους dici immeritò negavit, vide Cl. Valckenær. ad Euripidis Phœniss. v. 240, ubi legitur ὄχλος γυναικῶν, & Cl. Wyttenbach. in Epistol. Crit. p. 14 & 15.

[P. 129, l. 5.] Ἀνδρῶν, γυναικῶν. Suprà, p. 109 nostræ Ed. καὶ ἦν θόρυβος πολὺς κτηνῶν, οἰκετῶν, ἀνδρῶν, γυναικῶν.

[P. 129, l. 9.] Ἐξέπληξε. C. Urs. Ursino probante, ἐξέπλησε.

[P. 129, l. 10.] Παρευδοκιμηθῆναι. Sic suprà, L. I, p. 7: ὑπὸ τῆς ὄϊος παρευδοκιμηθῆναι. Hanc vocem eodem sensu usurpat Lucianus in Zeuxide, sive Antiocho, tom. I, p. 845: παρευδοκιμεῖ τὴν ἀκρίβειαν τῶν ἔργων ἡ τῆς ὑποθέσεως καινοτομία. Plutarchus in Mario, p. 424, A, τοῖς μὲν ἄλλοις ἧττον ἤχθετο παρευδοκιμούμενος. Et in Pompeio, p. 639, A: παρευδοκίμησεν αὐτὸν ἵππους ἀγαθοὺς ἐλαύνων. Confer Achillem Tatium, L. V, p. 476, & L. VIII, p. 672; Xenophont. Ephes. L. I, p. 7, & L. V,

p. 70 & 86; Heliodor. L. II, p. 72, & Cl. Bergler. ad Alciphron. L. I, Ep. XXXIX, p. 189.

[P. 129, l. 11.] Ὅλη γὰρ ἐκινεῖτο ἡ πόλις. Heliodor. L. IV, p. 162: ἐκεκίνητο μὲν δὴ καὶ πᾶσα πρὸς τὸ παράδοξον ἡ Ἑλλάς.

[P. 129, l. 12.] Εὐδαιμόνιζον. Suprà, L. III, p. 72, εὐδαιμόνιζον αὐτούς.

[P. 129, l. 12.] Εὐδαιμόνιζον μὲν ἤδη. Hoc μὲν, quod in Edd. Flor. Commel. & Jungerman. deerat, e Cod. Urs. Ursino probante, in textum revocavit Moll. & hinc uterque Paris. Editor, ut & Lipsiens.

[P. 129, l. 13.] Εὔχοντο καὶ τὸ γένος ἄξιον. Sic suprà, pag. 128: ἠύξατο τοὺς ἐκθέντας εὑρεῖν ἀξίους τῶν Δάφνιδος γάμων. Et p. 126: ἂν ἀξία ποτὲ Δάφνιδος φανῇ.

[P. 129, l. 14.] Τῶν μέγα πλουσίων. Hoc μέγα, quod ab omnibus Edd. abest, e Cod. Urs. Ursino probante, revocavi.

[P. 129, l. 18.] Εἰς βαθὺν ὕπνον κατενεχθέντι. Sic suprà, L. II, p. 49: ἐκ τῶν δακρύων καὶ τῆς λύπης ὕπνος βαθὺς καταλαμβάνει.

[P. 129, l. 19.] Εἰ δή ποτε. Vir doctus conjiciebat, νῦν δή ποτε; sed retinendum, εἰ δή ποτε. Sic Sapho Venerem alloquitur:

Αἴ ποκα κατ' ἔρωτα
Τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς (ἀΐοισα πόλλας)
Ἔκλυες.

[P. 130, l. 1.] Τοὺς ἀρίστους. Facetè C. R. III, τοὺς ἁγίους. « Ita, inquit Cl. D'Orvill. ad Chariton. p. 192, « in Theophrast. Charact. VI, monachus scripsit μοναστή- « ρια, pro ἐργαστήρια. Ita vocabula αἱρετικοὶ, ἅγιος, pro « aliis sæpè obtruderunt; eâdemque ratione... Adrianas, » Francinas, Joannas, suas amicas, pro veteribus heroinis

« in Poëtarum libris ſubſtituere ἱερῶμανῦλες monachi. » Videatur P. Burmannus ad Ovidii artem, L. III, 35 ". Sic ſuprà, p. 141 noſtrarum Animadverſ. Φαεισαῖοι, pro Φρισαῖοι poſitum, poſt Hemſterhuſ. obſervavimus.

[P. 130, l. 5.] Ταῦτα ἰδὼν ϗ ἀκούσας. Sic ſuprà, L. II, p. 50: τοιαῦτα ἰδὼν ϗ ἀκούσας Δάφνις, ἀναπηδήσας τῆ ὕπνων.

[P. 130, l. 6.] Λαμπρὰν ἑσίασιν. Heliodor. L. VI, pag. 272: ἑσίασίν τι λαμπρόλέραν ἡ ϗ τὸ ἰωθὸς παρεσκεύαζε.

[P. 130, l. 9.] Τὰς ἀρίσας Μίλυληναίων. Mallem ΤΩΝ Μίλυληναίων, ut paulò ſuprà: πάντας τὰς ἀρίστας ΤΩΝ Μίλυληναίων.

[P. 130, l. 10.] Ἐπίπλησο. Duo ultimi Mſſ. Reg. πίπλησο.

[P. 130, l. 10.] Ἐξ ὧ παίνδωσιν Ἑρμῆ. Malè Huet. hæc annotat: δῆϑ τὸ ἑρμαῖον δηλονότι εὑρημένον ϗ εὑρηθησόμενον. Rectè Jungerman. (cujus notam deſcripſit Moll.) poſt alios obſervat, Mercurio, utpotè ſomni præſidi, ultimum poculum à veteribus libatum fuiſſe. Rectè Amyot vertit: la coupe en laquelle on a accoutumé à la fin du feſtin de boire en l'honneur de Mercure.

[P. 131, l. 5.] Χορηγίας ϗ τριηραρχίας. Sic cum Cl. Bodeno e Cod. Urſ. Urſino probante, reſtitui, pro vulgato χορηγίαν ϗ τριηραρχίαν, quod in omnibus aliis Edd. Sic quoque legit Amyot, ut ex ipſius verſione patet. De his autem ſumptibus, ac præſertim de omnium maximo τριηραρχίᾳ, videndum Caſaubonum ad Athen. Lib. III, c. 23, & L. XII, c. 12, monet Jungermanus.

[P. 131, l. 6.] Γίνεσαί μοι. Semel obſervandum hujuſce Auctoris Codices modò γίνεσθαι, modò γίνεσθαι habere. Mœris Atticiſta ſcripſit Atticos γίνεσθαι, cæteros autem Græcos γίνεσθαι dixiſſe; de quo vide Cl. Valckenær.

ad Phœniſſ. v. 1396, p. 470, monentem γιγνώσκω & γίγνεσθαι veterem eſſe verborum ſcriptionem; quod firmat latinum GIGNO.

[P. 131, l. 7.] Τούτοις τοῖς γνωρίσμασι. Malè ex Ed. Moll. & hinc ex utrâque Par. poſt τούτοις excidit τοῖς, quod conjungere amat Longus. Paulò infrà, τοῦτο ΤΟ παιδίον, & ſic alibi paſſim.

[P. 131, l. 8.] Κοσμήσας ἐξέθηκα. Suprà, L. I, p. 2: ἄλλαι (γυναῖκες) ἀπαργάνοις κοσμοῦσαι παιδία ἐκκείμενα.

[P. 131, l. 9.] Οὕτω ἀπορράζουσι. Rectè Amyot: ſçachant qu'il y a pluſieurs gens qui ne pouvant avoir des enfants naturels, deſirent d'être peres, en cette ſorte à tout le moins, d'enfants trouvés.

[P. 131, l. 11.] Πλοῦτος ἐπιῤῥεῖ. Confer ſummum Hemſterhuſ. ad Lucianum Dialog. Mortuor. IX, tomo I, paginâ 361.

[P. 131, l. 13.] Ηὐτύχησα. Sic ſuprà, p. 117 noſtræ Ed. ἀλλ' εὐτύχησε Μυρτάλη μήτηρ γενέσθαι. Et L. III, p. 112: τοιούτῳ γηροτρόφῳ εὐτυχήσαντας. Et L. I, p. 11: τῷ μὲν λύκαιναν καὶ εὐτύχησαν λαβεῖν.

[P. 131, l. 19.] Κεκοσμημένην. Operarum vitio, in Ed. Moll. & hinc in prior. Par. κεκοσμένην.

[P. 131, l. 12.] Προνοίᾳ θεῶν. Suprà, L. I, p. 8 noſtræ Ed. dicuntur σωθέντες προνοίᾳ θεῶν.

[P. 131, l. 21.] Ὡς αἰεὶ Δάφνιν ἐμοί. Suprà, L. III, p. 92 noſtræ Edit. hæc de ſe ipſo dicit Daphnis: καί με ἔθρεψε αἰεί, ὡς Χλόην ὅις.

[P. 132. l. 1.] Λαβὲ τὰ γνωρίσματα. Malè omnes omnium Edd. præter Mollianam & prior. Par. λάβε, pro λαβέ. Sic ſuprà, p. 130, l. 20 noſtræ Ed. malè Ed. Jungerman. & poſterior Par. habent cum circumflexo imperativum εὑρὲ, quod acuitur ut ἐλθὲ, λαβὲ κ.τ.λ.

[P. 132, l. 2.] Λαβὼν ἢ, ἀπόδος. Sic suprà, L. III, p. 91: πρόσελθε, καὶ προσελθὼν ἀνελοῦ, καὶ ἀνελόμενος, δός.

[P. 132, l. 9.] Αὐτῷ πατρί. Hîc, ut semper alibi, scripsisse Longum opinor, αὐτῷ ΤΩ̃ πατρί. Suprà, p. 131, τούτοις ΤΟ̃ΙΣ γνωρίσμασι. Et ibid. τοῦτο ΤῸ παιδίον. P. 120: αὐτὸς Ὁ πατήρ. Et L. III, p. 79: αὐτὸν ΤῸΝ ἀετόν. Et L. I, p. 3: ἐκ ταύτης ΤΗ̃Σ πόλεως.

[P. 132. l. 13.] Αὐτοῖς ποιῆσαι τοὺς γάμους. Legere mallem αὑτοῖς, illudque referre ad præcedens κἀκείνοις, id est, ad Daphnim & Chloën, de quibus hîc agitur, cùm suprà dicantur, μὴ φέροντες τὴν ἐν ἄστει διατριβὴν, & paulò infrà, ἐλθόντες οὖν. Sic quoque legisse videtur Amyot, ut ex ipsius versione apparet. Sensum eum esse puto, quem in versione expressi, scilicet Daphnidi & Chloæ visum fuisse pastorales sibi facere nuptias.

[P. 132, l. 16.] Συνέστησαν. Amyot hoc verbum, ut & præcedens προσήγαγον, interpretatur, présenterent. Jungermanus vertit, addunt, ut Moll. adjunxerunt. Sed, ut optimè observat Cl. Reiskius in Indice græcitatis Demostheneæ, tom. IV, p. 718, συνέστησαν est, commendare, præsentare, præsentem exhibere, coràm adducere, demonstrare qui sit, & collaudare verbis, atque de meliore notâ, ut hominem sibi benè notum & carum, alteri commendare. Quam significationem cum hoc Longi loco perfectè convenientem, petitis e Demosthene confirmat exemplis. Propriè, inquit, nihil aliud significat, quàm aliquem ad latus alterius collocare, ad alterum adducere. His à Cl. Reiskio dictis adde Plutarchum in Catone Minore, pag. 792, A, dixisse, τὸν υἱὸν αὐτῷ ΣΥΝΈΣΤΗΣΕΝ καὶ τοὺς ἑταίρους, filium illi & amicos suos commendavit. Sic apud eumdem in M. Antonio, p. 250, E, Antonius militem qui fortissimè dimicaverat, Cleopatræ præsentem stetit, & de meliore

notâ commendavit, ac verbis collaudavit: τὸν ἠγωνισμένον προθυμότατα τῇ στρατιωτῇ συνίστησιν. Sic apud Lucian. in Scythâ, p. 866, ΣΥΣΤΗΣΑΣ αὐτῷ, eſt, illi commendans. Hinc S. Paulus, Epiſt. II, ad Corinthios, c. 3, v. 1: ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς ΣΥΝΙΣΤΑΝΕΙΝ; Ἢ μὴ χρήζομεν, ὥς τινες, ΣΥΣΤΑΤΙΚΩΝ ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν ΣΥΣΤΑΤΙΚΩΝ; ubi notandum ἐπιστολὰς ΣΥΣΤΑΤΙΚΑΣ eſſe literas commendatitias, & poſt ἢ ἐξ ὑμῶν, fortè, ut gloſſema, delendum eſſe poſterius συστατικῶν. Idem ibid. c. 5, v. 12: οὐ γὰρ πάλιν ἑαυτοὺς ΣΥΝΙΣΤΑΝΟΜΕΝ ὑμῖν. Et c. 10, v. 12: οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι, ἢ συγκρῖναι, ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς ΣΥΝΙΣΤΑΝΟΝΤΩΝ. Et ibid. v. 18: οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν ΣΥΝΙΣΤΩΝ, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ κύριος ΣΥΝΙΣΤΗΣΙΝ. Ubi ſemper συνιστᾶν eſt commendare.

[P. 132, l. 18.] Παρέδωκε μὲν ἦν ἔτι. Malè Cod. R. II, & Edd. Flor. & Commel. ἔστι, pro quo minùs feliciter Jungerman. emendat ἐπί; quam conjecturam, ut tot alias ejusdem ſummi viri, ſuam fecit iſte, cujus nihil eſt proprium, Mollius, explicans, juxtà, ſive coràm Nymphis, hoc eſt, inquit, Nympharum ſtatuis & imaginibus. Rectè Raphaël Columbanius, vir non ſatis notus, & Huetius correxerunt ἔτι, quod & legitur in primo & tertio Codd. Reg. Sic quoque in ſuo Cod. invenit Amyot vertens: Megacles de rechef (ἔτι) dévoua ſa fille Chloë aux Nymphes. Enim verò iterùm Nymphis eam tradere dicitur filiam de quâ ſuprà, p. 131, ſic locutus eſt: καὶ τὸ μὲν ἐξέκειτο ἐν ἄντρῳ Νυμφῶν, πιστευθὲν ταῖς θεαῖς. Nobis autem, quod pace doctiſſimi & amiciſſimi viri dicere liceat, non ità probatur Cl. Bodeni conjectura, qui inſerendum Δάφνιδι, & retinendum ὅτι cenſens, ità legit: παρέδωκε μὲν ἦν ΔΑΦΝΙΔΙ, ὅτι τῇ Νύμφαις, τῷ Χλόην ὁ πατήρ.

[P. 132, l. 19.] Ἐποίησεν. Sic rectè Edd. Moll. & omnes posteriores. Sic quoque in suo Codice invenit Amyot, ut ex ipsius versione patet. Malè Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ἐποίησαν. Undè & infrà Huetius corrigit ἐπλήρωσαν, quod & conjicit Jungerman. Aliàs enim, inquit, Megacles solus hâc erogatione erit onerandus. Sed hoc Jungermano respondendum : cùm jam ipse Dionysophanes (p. 128) ἄλλας τριχιλίας δράχμας de suo dedisset Dryanti, præter illas τριχιλίας quas priùs acceperat à Daphnide, (L. III, p. 93) id certè Megacli, Chloës patri, incumbebat ut solus, suæ filiolæ θρεπτήρια, Dryanti persolveret τετρακισχιλίας τὰς λειπούσας εἰς τὰς μυρίας. Præterea, cùm sequatur ὁ ὢν Διονυσοφάνης, hinc vides præcedentia ad solum Megaclem referenda esse.

[P. 132, l. 21.] Hîc tandem propriam Mollio, quamque nulli alii debeat, inveni emendationem. Scilicet ille μύριας, pro μυρίας legit. « Nam, inquit, μυρίοι & μυρίαι, παροξυτόνως, infinitum atque immensum significant numerum : at μύριοι & μυριάς, προπαροξυτόνως, decies mille enotant ; quod magis huic loco quadrat. Sed, quod observavit Cl. Boden, immò quod vel puer videat, quis nescit & proparoxytonum μύριοι, propter ultimam syllabam in accusativo μυρίας productam, suum tonum in penultimam rejicere?

[P. 133, l. 1.] Αὐτῷ ὑπὸ τῷ ἄντρῳ. Jungerman. αὐτῷ vertit, illic, & Moll. ibidem. Confer quæ suprà observavimus, p. 138 nostrarum Animadvers. ad librum II, p. 57, l. 10. At verò Amyot αὐτῷ ad ἄντρῳ referens, vertit, dedans la caverne même des Nymphes, ὑπὸ τῷ ἄντρῳ αὐτῷ ; quo modo interpretatur & Cl. Warton, p. 354 Addend. & corrigend. in notis ad Theocritum. Sed hoc sensu Longus potiùs dixisset, ὑπ' αὐτῷ τῷ ἄντρῳ, ut suprà, L. III, p. 68 : ὑπ' αὐτῇ τῇ αὐλῇ.

[P. 133, l. 2.] Στιβάδας ὑπεςόρεσεν. Sic ſuprà, L. II, pag. 57 : ἐπ φυλλάδος ςιβάδας ἀποσωρεύσας, pro quo Codd. Flor. & Urſ. Urſino probante, ὑποςορίσας, & Cl. le Fevre ac Cl. Hermannus Tollius legunt ὑποσωρεύσας, quod firmatur hoc ὑπεςόρεσεν. Hîc autem C. Urſ. Urſino probante, habet ὑπεςόρευσεν, pro ὑπεςόρεσεν. Cl. Warton in Addend. & corrigend. in notis ad Theocrit. paginâ 364, hæc confert e Theocrit. Id. XIII, v. 34 :

Πολλοὶ δ' μίαν ςορίσαντο χαμεύναν.

[P. 133, l. 4.] Παρῆσαν δ' Λάμων. Sic ſuprà eodem ſenſu, p. 128, παρῆν κ' αὐτὸς, & συνεςιᾶτο.

[P. 133, l. 5.] Οἱ Δόρκωνι προσήκοντες. Suprà, L. I, p. 27, de Dorconis propinquis locutus eſt, quos vocat προσήκοντας. Et L. IV, pag. 126 : τὰς προσήκοντας τῇ κόρῃ. Pariter dici τινὸς & τινὶ προσήκοντας, vide apud Abreſch. Dilucid. Thucyd. Auctar. p. 252 & 253.

[P. 133, l. 6.] Οἱ Φιλητᾶ παῖδες. Meritò Cl. Boden ipſum patrem, quem tamen paulò poſt fiſtulâ ceciniſſe legimus, hîc deſiderari obſervans, ſic ſupplet : Φιλητᾶς κ' οἱ αὐτοῦ παῖδες. Fortè legendum : ὁ Φιλητᾶς, κ' οἱ τοῦ Φιλητᾶ παῖδες.

[P. 133, l. 8.] Ὡς ἐν τοιςίσδε. Suprà, L. II, p. 30 : ὅιον ἂν εἰκὸς ἐν ἑορτῇ Διονύσου.

[P. 133, l. 9.] Ἡδὺν οἷα ἄδυσι θρείζοντες. De meſſorum cantilenis vide Theocrit. Id. X, ad quem Cl. Warton in Addend. & corrigend. in notis, p. 352, hunc Longi locum contulit.

[P. 133, l. 11.] Ἐσύρισε. Sic omnes Mſſ. & Edd. præter Ed. Moll. & hinc utramque Par. in quibus ἐσύριξε.

[P. 133, l. 14.] Κοινωνῆσαι τᾶ ἑορτᾶς. Suprà, p. 122, habes, κοινωνὺς & τᾶ ἑορτᾶς ἐόντας. Virgil. Eclog. X :

Stant & oves circùm; noſtri nec pœnitet illas.

[P. 133, l. 16.] Ἐπάλεσεν ὀνομαςί. Suprà, p. 123 :

δὲ τὰς αἶγας προσῶπε, καὶ τοὺς τράγους ἐκάλεσεν ὀνομαστί. Veteres enim paſtores, ut obſervat Cl. Larcherus, ſuis pecoribus nomina indebant. Theocrit. Id. IV, v. 46:

Σίτ' ἀ Κύμαιθα πολὶ τὸν λόφον.

Et Id. V, v. 103:

Οὐκ ἀπὸ τᾶς δρυὸς, ὕτος ὁ Κώναρος, ἄ, τι Κυναίθα,
Τυτὶ βοσκασῦδι πόλ' ἀίολας, ὡς ὁ Φάλαρος.
(Fortè Φαλαικρός.)

Rectè Cl. Boden confert S. Johannem, c. 10, v. 3, ubi de paſtore: καὶ τὰ πρόβατα καλεῖ κατ' ὄνομα.

[P. 134, l. 20.] Χρόνον εἶχον. Achill. Tat. Lib. I, p. 22: τὸν πάντα χρόνον εἶχεν ἐν Βυζαντίῳ.

[P. 134, l. 3.] Αἰγὶ καὶ ἄρρεν μὴν παιδίον. Sic Edit. Moll. & hinc utraque Par. ubi omiſſum eſt ἀλλά; at verò tres Mſſ. R. Edd. Flor. Commel. & Jungerman. ἀλλὰ δὲ ἄρρεν μὴν παιδίον, omiſſo αἰγὶ, quod deeſſe, & ſupplendum, rectè conjecerunt Jungerman. & Huet. Mollius in notis legit: ἀλλὰ δὲ αἰγὶ μὴν ἄρρεν παιδίον. Cl. autem Valckenær: ἀλλὰ καὶ ἄρρεν αἰγὶ παιδίον ὑπέθηκαν.

[P. 134, l. 5.] Οἷος ἐλκύσαι θηλήν. Sic ſuprà, L. I, p. 4: ὥσπερ ὅτε μητρῴας θηλῆς τὴν ἐπιῤῥοὴν ΕΛΚΟΝ τὸ γάλακτος.

[P. 134, l. 10.] Ποιμένος Ἔρωτος. Suprà Lib. II, pag. 34, Amor de ſe ipſo dixerat: νῦν ὁ Δάφνιν ΠΟΙΜΑΙΝΩ καὶ Χλόην. Et Lib. III, p. 75: οἷα μείζονι δουλεύοντες ΠΟΙΜΕΝΙ, ſcilicet τῷ Ἔρωτι.

[P. 134, l. 10.] Δᾷδας μεγάλας. Xenophon Epheſ. L. I, p. 10: ἦγον τὴν κόρην εἰς τὸ θάλαμον, μετὰ λαμπάδων τὸ ὑμέναιον ᾄδοντες, ἐπευφημοῦντες. Achill. Tat. L. I, p. 44, nuptiarum apparatum deſcribens: βόμβος αὐλῶν, συρίγγων κλύπος, πυρσῶν δαδουχία.

[P. 134, l. 15.] Οἱ δὲ αὐλοῦντες. Hìc non poſſum non

apponere feliciſſimam illam conjecturam viri Clariſſimi nobisque amiciſſimi Roehefort, Regiæ Inſcriptionum Academiæ ſocii, cujus notiſſima Iliadis & Odyſſeæ metaphraſis gallicis verſibus conſcripta, & elegantiſſimis ornata notis, in quarum unâ ad hunc Odyſſeæ K verſum decimum :

Κυανῆιν δέ τε δῶμα περιστοναχίζει Α'ΥΛΗ̃,

pro Α'ΥΛΗ̣̃, ingeniosè, ut ſolet, conjicit Α'ΥΛΩ̣̃, & interpretatur, reſonat cantu tibiarum, ut & in ſuâ Edit. vertit Cl. Erneſti. Rectè enim ad hunc locum Scholiaſtes, & Demoſthenes Thrax, elegantiſſimæ paraphraſeos Odyſſeæ Auctor deperditus, ab Euſtathio ad hunc verſum laudatus, per vocem περιστοναχίζει, intelligunt περιηχεῖν, περιηχεῖσθαι. Sic ibidem, v. 454 :

Κλαῖον ὀδυρόμενοι, περὶ δ' ἐστοναχίζετο δῶμα.

Et Od. Ψ, v. 146 :

Τοῖσι δὲ μέγα δῶμα περιστοναχίζετο πᾶσιν.

Homer. Il. Σ, v. 495 :

Αὐλοὶ, φόρμιγές τε ἐὴν ἔχον.

[P. 134, l. 17.] Καθάπερ τριαίναις. Nunc etiam tridente utuntur piſcatores Athenienſes. Wheler, Voyage de la Grece, tom. II, p. 115 Edit. Hagæ Comitum, anno 1723, de hodiernis loquens Athenienſibus : ils pêchent avec un peu de lumiere dans leurs bateaux, que les poiſſons ſuivent ; ce que les pêcheurs voyant, ils les harponnent avec une fourche, ou TRIDENT, qui reſſemble à celui que les peintres donnent à Neptune, & à ceux qu'on voit en diverſes médailles aneiennes. Conferendus Æſchylus apud quem, in Sept. contr. Theb. v. 132, Chorus ſic precatur :

Ὦ, θ' ἵππιος
Πανλομίδων ἄναξ,
Ἰχθυβόλῳ μηχανᾷ,
Ποσειδῶν, ἐπίλυσιν
Φόβᾳ, ἐπίλυσιν δίδᾳ.

Ubi

Ubi ἰχθυβόλῳ μηχανῇ eſt tridens. Adeundus & Tournefort, Voyage du Levant, Lettre VI, p. 287 tom. I, Ed. Lugdun. ann. 1727, ubi de eo loquitur piſcandi genere, quod vocat, pêcher au trident; quòd ſcilicet piſces transfiguntur tridentibus (ἰχθυβόλοις μηχαναῖς), quos, haud ſecùs ac jacula, vibratos immittunt.

[P. 134, l. 18.] Γῆν ἀναῤῥηγνύντες. Sic Herodot. L. II, p. 110: ἀρότρῳ ἀναῤῥηγνύντες αὔλακας. Atque hîc nobis liceat noſtra facere hæc Jungermani verba, quæ in ſuarum ad Longi Ποιμενικὰ Notarum fine appoſuit: « Et « iſta fuerunt, quæ hoc quidem tempore tumultuariè con- « notare placuit: in quibus ſi fortè non ſemel noſtra con- « jectio ἤμβρολεν, καὶ ἔτυχεν, ſicque aliquoties planè nihil « quod dicerem, habuerim, quid mirum, præſertim in me, « qui ingenuè ingenii mei viriculas tenues & imbecilles « agnoſco & profiteor? Nullus ſcit (mihi crede) quanta neſ- « cit. Et tamen ſcio iſthæc qualia qualia, non magis libera « fore à calumniatoribus, quàm Chloë noſtra φηγῦσα τὸ « γάλα, à muſcis. Vos verò, melior quos in lucem Natura « extulit, & qui conatibus meis favetis, amici doctiſſimi, « errantem corrigite, hæſitantem dirigite, ignorantem do- « cete & juvate. Gratus ero, & eſſe connitar,

Dùm memor ipſe meî, dùm ſpiritus hos reget artus.

ADDENDA
IN ANIMADVERSIONIBUS
AD LONGI
PŒMENICA.

[P. 2, l. 15.] Ἡμῖν δὲ ὁ θεός. Hîcne Amorem de quo suprà, an supremum Numen intelligit?

[P. 3, l. 2.] Εὐρίποις, ὑπεισρεύσης τῆς θαλάττης. Pausanias in Arcadicis, p. 662 Edit. Kuhn. διαιροῦντος δὲ τὴν Μεγάλην πόλιν τοῦ Ἑλίσσοντος, κατὰ δὴ καὶ Κνίδον, καὶ ΜΙΤΥΛΗΝΗΝ δίχα οἱ ΕΥΡΙΠΟΙ νέμουσι.

[P. 4, l. 9 & 10.] Ἔπειτα αἰδεσθείς. Fortè, ἔπειτα ΔΕ αἰδεσθεὶς, ob præcedens τὸ ΜΕΝ οὖν πρῶτον ἐβουλεύσατο.

[P. 5, l. 8 & 9.] Ζῶμα περὶ τὴν ΙΞΥΝ, μειδίαμα περὶ τὴν ὀφρύν. Fortè hîc, ob ὁμοιοτέλευτον, quod Longus consectari amat, legendum: ζῶμα περὶ τὴν ΟΣΦΥΝ, μειδίαμα περὶ τὴν ΟΦΡΥΝ.

[P. 5, l. 15.] Ἀνέκειντο δὲ καὶ γαυλοὶ, κ.τ.λ. Fortè hîc præferenda Editionum Commelin. & Jungerman. lectio, scilicet, ἀνέκειτο, pro ἀνέκειντο. Sic infrà, pag. 6, l. 10: ΠΑΡΕΚΕΙΤΟ δὲ τούτῳ σπάργανα.

[P. 6, l. 1.] Τῇ πέτρᾳ προσῆλθεν. Fortè quis hîc mallet, τῇ ΜΕΝ πέτρᾳ προσῆλθεν, ob sequens ἐπιστὰς δέ.

[P. 6, l. 18.] Καὶ ἐπεὶ καιρὸς ἦν. Et quoniam jàm tempus erat. Sic vertit Moll. At Jungerman. quandò tempus erat; ut Amyot, puis quand l'heure fut venue: quem

ſenſum indè tueri quis poſſet, quòd ſuprà in re ſimili, p. 4, l. 11, Lamon dicitur noctem expectaviſſe, *νύκτα φυλάξας*, ut omnia ad ſuam uxorem afferret; ſed hoc ſenſu Longus hîc potiùs dixiſſet, *ἐπεὶ καιρὸς ΕΓΕΝΕΤΟ*, quàm *ἐπεὶ καιρὸς ΗΝ*, & *ἐπεὶ* pariter ſignificat, quandoquidem & quandò.

[P. 7, l. 9 & 10.] *Καὶ ὁ Δρύας ϗ ὁ Λάμων.* Fortè *ἢ ὅ,τε Δρύας ἢ ὁ Λάμων.*

[P. 9, l. 1.] *Τὰς λόχμας καλῆδον.* Nunc retinendum cenſeo *καλῆδον.* Sic enim Ælian. Var. Hiſtor. L. III, c. 1, p. 160 Ed. Kuhnii: ΚΑΤΑΔΟΥΣΙ *ὃ ϗ ὄρνιθες, ἄλλος ἄλλῃ διεσπαρμένοι, ϗ μάλιστα οἱ μυσικοί· ϗ ἐστῶσιν ἧυ μάλα τὰς ἀκοὰς, ϗ παραπέμπουσιν ἀπόνως, ϗ σὺν ἡδονῇ, δῆϑ ἅ μέλος ἢ κάμαλον ἦδ ποιούντων ἀφανίσαντες.*

[P. 9, l. 17.] *Ἀνθερίκους.* Rectè Lambert. Boſ. Obſervation. Critic. p. 40: « Herodot. L. IV, c. 190, ubi agitur « de Nomadum domiciliis: *οἰκήματα ὃ σύμπηκτα ἐξ ἀν-« θερίκων ἐστρμένων ἅμα χώνυς ἐστί.* Interpres: domici-« lia eorum ſunt virgultis compacta, ſuſpenſis circà len-« tiſcos. Meliùs, ni fallor, vertas: domicilia autem com-« pacta ſunt ex aſphodeli caulibus junco aptatis. Theocrit. Idyll. II:

Αὐτὰρ ὅγ' ΑΝΘΕΡΙΚΕΣΣΙ καλὰν πλέκει ἀκρι-δοβήραν,
Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων.

« Sed ille ex aſphodeli caulibus pulchram cicadis capiendis « decipulam nectit, junco concinnans; ubi & *ἀνθερικες* « ſunt ASPHODELI CAULES, non VIRGULTA, ut vertit hîc « Valla; & *χοίνῳ ἐφαρμόζειν*, quod Herodot. *ἐνείρειν ἅμα* « *χώνυς*, hoc eſt, innectere, vel adaptare junciis, non « verò ſuſpendere circà lentiſcos. Emendandus hâc occa-« ſione eſt locus apud Longum in Paſtor. L. I, p. 9: *ἡ μὴ*

« ἀνθερίσκους ἀνελομένη ποθὲν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήραν ἀνέ-
« πλεκε. Pro ἀνθερίσκους legendum ἀνθερίκους : quam vo-
« cem ibi perperàm reddidit Interpres, flosculos ; quasi esset
« diminutiva ab ἄνθος ». Et hoc quidem versionis vitium corrigere imprudenter omisimus.

[P. 10, l. 8.] Ἔρως ἀνέπλασε. Fortè ὁ Ἔρως.

[P. 10, l. 11.] Συνελθόντες οὖν οἱ κωμῆται νύκτωρ, σιῤῥοὺς ὀρύττουσιν. Sic omnes Edd. & Mss. præter Jungerman. qui post κωμῆται, non autem post νύκτωρ, ità distinguit, ut ad ὀρύττουσι referat illud νύκτωρ, quod cæteri omnes ad συνελθόντες referunt.

[P. 16, l. 2.] Ἐπετήρει. Legitur ἐπιτήρει in Ed. Jungerman. operarum vitio, quod ipse Jungerman. in mendorum Indice correxit.

[P. 19, l. 12.] Γυμνὸν ὁρῶσα Δάφνιν. Sic Edd. Moll. & hinc utraque Par. & Lips. Sed repone ΤΟΝ, antè Δάφνιν, ex Edd. Flor. Commel. & Jungerman.

[P. 19, l. 19.] Ἐνεδύετο. Malè Baylius, qui modicâ Græcæ linguæ cognitione erat instructus, quamvis nemo ferè plura Græcorum Scriptorum loca, quæ ipse nunquam ex ipsis fontibus hauserat, laudaverit, hæc sic vertit, voce LONGUS : après avoir baisé son berger, elle l'aida à reprendre ses habits. Rectè Amyot : print sa robe, & se la vestit, en la baisant aussi premiérement.

[P. 20, l. 14.] Οἷοι καθεύδουσιν ὀφθαλμοί. Fortè quis mallet οἷον ; sed retinendum οἷοι.

[P. 21. l. 2.] Ὦ λύκων ἀλωπέκων δειλοτέρων. Mallem ΤΩΝ ἀλωπέκων.

[P. 22, l. 12.] Καὶ αὐτὸς καλὸς, ᾠδικός. Fortè quis conjiciat, καὶ αὐτὸς καλὸς, ΚΑΙ ᾠδικός.

[P. 28, l. 12.] Ἰδὼν τὴν Χλόην γυμνήν. An hoc ità cum præcedentibus conjungendum, ut sit : οὐ μὴν χαίρειν ἔπειθε τὴν ψυχὴν, ἰδὼν τὴν Χλόην γυμνὴν κ.τ.λ.? An le-

legendum, ut edidi : *ἰδὼν δὲ χλόην γυμνὴν κ.τ.λ. ἤλσει δὲ καρδίαν.*

[P. 34, l. 3.] *Πρὸς τὸ μὴ διώκειν.* Fortè, *πρὸς τὸ ΜΕ διώκειν*, ad me perſequendum.

[P. 36, l. 1.] *Κραδίῃ ἢ τῷ ὁμοίων θεῶν.* An *κραδίῃ ΚΑΙ* ?

[P. 36, l. 2.] *Καὶ τῷ προβάτων.* Operarum vitio ex Ed. Moll. & hinc ex utràque Par. & Lipſienſ. excidit illud ΤΩΝ, quod in Edd. Flor. Commel. & Jungerman.

[P. 47, l. 4.] *Καὶ ἢ Δάφνιδος.* Mallem, *καὶ ΤΟΙΣ ἢ Δάφνιδος.*

[P. 48, l. 17.] *Πολέμιοι ἢ ἀγέλην.* Mallem *πολέμιοι ἢ ΚΑΙ ἢ ἀγέλην.*

[P. 75, l. 19.] *Ὑποκλάσαντες.* Rectè Cl. D'Arnaud, Lect. Græc. L. II, c. 14, pag. 222, vertit : matribus ſe, flexis genubus, ſubmittentes; cùm ab *ὀκλάζειν* fiat *ὀκλαδὸν*, flexis genubus.

[P. 79, l. 6.] *Οὐκ ἐδυνήθη μειλίωρος.* Conjeci *μειλίωρον*; ſed retinendum, *μειλίωρος*. Virgil. Æneid. Lib. IX, verſu 563 :

Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cygnum
Suſtulit ALTA PETENS (*μειλίωρος*) pedibus Jovis armiger uncis.

[P. 165 Animadverſion.] Poſt hæc, Herodiani ab hoc doctiſſimo viro edendi & ſpem facit & ſalivam movet, adde : Ejusdem quoque Cl. Strothii eruditiſſimum Specimen Animadverſionum in Libros III & IV Herodiani, poſteà prodiit Stolbergæ ad Hercyniam, anno 1777. Præterea ab hoc doctiſſimo Quedlinburgenſis Gymnaſii Rectore avidè expectamus Euſebii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Editionem, multò Valeſianâ & Readingianâ emendatiorem, notis ac lectionum varietate inſtructam, quæque duobus voluminibus octonis mox Halis Saxonum abſolvenda, ac nitidis

Johannis Chriſtiani Hendel typis excuſa, & manibus faciliùs tractari, & minori pretio comparari poterit. Hujus prior pars proximè ſequentibus Lipſienſibus nundinis emittetur.

[P. 276 Animadv.] Poſt hæc, ſemper deſiderabo, adde: Sic, quod auro pretioſius eſt, verus ac germanus Homeri hymnus in Cererem, quingentorum verſuum, ſæpè à Pauſaniâ ſub Homeri nomine laudatus, nuper Moſcæ detectus fuit, & mox cum cæterorum Homeri & Homeridarum hymnorum variantibus lectionibus, ex eodem Cod. Moſcenſi excerptis, in novâ Cl. Ruhnkenii Epiſtolarum. Critic. Editione tùm demùm prodibit, cùm ſummus ille vir ſuam Velleii Paterculi Editionem abſolverit. Sic duas Odas Horatio tributas, & Romæ nuper in Bibliothecâ Palatinâ à Cl. Caſpare Pallavicini detectas, nobiſcum communicavit feliciſſimi ingenii & optimæ ſpei Juvenis, à quo omnia præclara expectanda ſunt, Genet, noſtri Regis Fratri natu majori à ſecretis & Interpres, & Socius Academiarum Stocholmiæ & Upſal. quæ vocantur UTILE DULCI & APOLLINI SACRA, qui nondùm decimum ſextum ingreſſus annum, ab optimo & inter paucos eruditiſſimo patre, (is Verſaliæ magnâ cum laude eo fungitur munere, quod Gallicè dicimus, Premier Commis du Bureau des Affaires étrangeres,) egregiè Latinam, Græcam, Anglicam, Italicam, Sueciam, Danicam, &c. &c. linguas didicit, præclara & utiliſſima molitur opera, & jàm publici juris fecit duas elegantiſſimas verſiones Gallicas; priorem quidem Suecici Operis à Cl. Nils Idman compoſiti, quod Gallicè inſcripſit: Recherches ſur l'ancien peuple Finois; poſteriorem verò, Errici XIV, Sueciæ Regis, Hiſtoriæ à Cl. Olof Celſio Suecicè ſcriptæ; cujus poſterioris verſionis Gallicæ lectio tantoperè Sueeorum Regi arriſit ut eximium hunc juvenem ampliſſimo numiſmatis dono, & honoriſicentiſſimis ornaverit literis. Sic autem ſe habent illæ Odæ:

Q. HORATII FLACCI
CARMINUM LIB. I, OD. XXXIX,
Ad Julium Florum.

DISCOLOR grandem gravat uva ramum;
Inſtat Autumnus: glaeialis anno
Mox hyems volvente aderit, capillis
Horrida canis.
Jam licet Nymphas trepidè fugaces
Inſequi, lento pede detinendas;
Et labris eaptæ, ſimulantis iram,
Oſeula figi.
Jam licet vino madidos vetuſto
De die lætum reeitare carmen:
Flore, ſi te des hilarem, licebit
Sumere noctem.
Jam vide curas Aquilone ſparſas?
Mens viri fortis ſibi eonſtat, utrùm
Seriùs lethi, citiùsve triſtis
Advolat hora.

Q. HORATII FLACCI
OD. XL,
Ad Librum ſuum.

DULCI libello nemo ſodalium
Forſan meorum charior extitit.
De te merenti quid fidelis
Offieium domino rependes?
Te Roma cautum territat ardua?
Depone vanos invidiæ metus;
Urbisque fidens dignitati,
Per plateas animoſus audi.

En quo furentes Eumenidum choros
Disjecit almo fulmine Jupiter ?
Huic ara ſtabit, fama cantu
Perpetuo celebranda creſcet.

Quæ ut Horatii eſſe credam, multæ ſunt, eæque graviſſimæ, cauſæ cur non adducar.

FINIS.

EXTRAIT

EXTRAIT DES REGISTRES

De l'Académie Royale des Inſcriptions & Belles-Lettres.

Du Mardi, 12 Août 1777.

MRS DACIER & LE BLOND, Commiſſaires nommés par l'Académie pour l'examen d'une nouvelle Edition de la Paſtorale de Longus, intitulée *Daphnis & Chloé*, avec une verſion Latine & des notes, par M. D'ANSSE DE VILLOISON, Académicien-Aſſocié, ont dit que cet Ouvrage leur avoit paru digne de l'impreſſion. Sur leur rapport, qu'ils ont laiſſé par écrit, l'Académie a cédé ſon droit de Privilége à M. DE VILLOISON pour l'impreſſion dudit Ouvrage.

En foi de quoi j'ai ſigné le préſent certificat. Fait à Paris, au Louvre, ce dit jour Mardi 12 Août 1777.

DUPUY, Secrétaire perpétuel.

PRIVILÉGE DU ROI

En faveur de l'Académie Royale des Inſcriptions & Belles-Lettres.

LOUIS, par la Grace de Dieu, Roi de France & de Navarre : A nos amés & féaux Conſeillers, les Gens tenants nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de Notre Hôtel, Baillis, Sénéchaux, Prévôts, Juges, leurs Lieutenants, & à tous autres nos Officiers & Juſticiers qu'il appartiendra, SALUT : Notre Académie Royale des Inſcriptions & Belles-Lettres Nous a fait expoſer qu'en conformité du Réglement ordonné par le feu Roi Notre très honoré Seigneur & biſayeul, pour la forme de ſes exercices, & pour l'impreſſion de divers Ouvrages, Remarques & Obſervations journalieres, Relations annuelles, Mémoires, Livres & Traités faits par les Académiciens qui la compoſent, elle en a déjà donné un grand nombre au Public, en vertu des Lettres de Privilége qui lui furent expédiées au mois de Décembre mil ſept cent un, renouvellées par autres du quinze Février mil ſept cent trente-cinq ; mais le délai de trente années, porté par ces dernieres, ſe trouvant expiré, Notredite Académie Nous a très hum-

blement ſupplié de lui accorder Nos Lettres néceſſaires pour ſa prorogation. A ces causes, & Notre intention ayant toujours été de procurer à Notredite Académie en Corps, & aux Académiciens en particulier, toutes les facilités & moyens qui peuvent rendre leur travail utile au Public, Nous lui avons de nouveau permis & accordé, permettons & accordons, par ces préſentes, ſignées de Notre main, de faire imprimer, vendre & débiter en tous les lieux de Notre Royaume, par tel Libraire qu'elle jugera à propos de choiſir, les Remarques ou Obſervations journalieres, & les Relations annuelles de tout ce qui aura été fait dans ces Aſſemblées, & généralement tout ce qu'elle voudra faire paroître en ſon nom; comme auſſi les Ouvrages, Mémoires ou Livres des particuliers qui la compoſent, lorſqu'après les avoir examinés & aprrouvés, au terme de l'article 44 du Réglement, elle les jugera dignes d'être Imprimés; pour jouir de ladite permiſſion par le Libraire que l'Académie aura choiſi, pendant le temps & eſpace de trente ans, à compter du jour de la date des préſentes. Faiſons très expreſſes inhibitions & défenſes à toutes ſortes de perſonnes, de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, & nommément à tous autres Libraires & Imprimeurs, que celui ou ceux que l'Académie aura choiſis, d'imprimer, vendre & débiter aucun deſdits Ouvrages, en tout ou en partie, & ſous quelque prétexte que ce puiſſe être, à peine contre les contrevenants, de confiſcation au profit dudit Libraire, & de trois mille livres d'amende, applicables, un tiers à Nous, l'autre tiers à l'hôpital du lieu où la contravention aura été commiſe, & l'autre tiers au Dénonciateur; à la charge qu'il ſera mis deux exemplaires de chacun deſdits Ouvrages dans Notre Bibliotheque publique, un dans celle de Notre Château du Louvre, & un dans celle de Notre très cher & féal Chevalier Vice-Chancelier & Garde des Sceaux de France le ſieur DE MAUPEOU, avant de les expoſer en vente; & à la charge auſſi que leſdits Ouvrages ſeront imprimés ſur du beau & bon papier, & en beaux caracteres, ſuivant les derniers Réglements de la Librairie & Imprimerie, & de faire régiſtrer ces préſentes ſur le Régiſtre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris; le tout à peine de nullité des préſentes, du contenu deſquelles vous mandons & enjoignons faire jouir & uſer Notredite Académie & ſes ayants cauſe pleinement & paiſiblement, ceſſant & voulant faire ceſſer tous troubles & empêchements. Voulons que la copie deſdites préſentes, qui ſera imprimée tout au long au commencement ou à la fin deſdits Ouvrages, ſoit tenue pour duement ſignifiée, & qu'aux copies collationnées par

l'un de Nos amés & féaux Conſeillers-Secrétaires, foi ſoit ajoutée comme à l'Original. Commandons au premier Notre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, de faire pour l'exécution de ces préſentes, tous exploits, ſaiſies & autres Actes néceſſaires, ſans autre permiſſion: Car tel eſt Notre plaiſir. DONNÉ à Compiegne, le vingt-huitieme jour de Juillet, l'an de grace mil ſept cent ſoixante-cinq, & de Notre Regne le cinquantieme. Signé LOUIS. *Et plus bas*, par le Roi, PHELIPPEAUX.

Regiſtré ſur le Regiſtre XVI de la Chambre Royale & Syndicale des Libraires-Imprimeurs de Paris. n°. 437, fol. 364, conformément au Réglement de 1723, qui fait défenſe, art. 41, à toutes perſonnes, de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, autres que les Libraires & Imprimeurs, de vendre, débiter, faire afficher aucuns Livres pour les vendre en leur nom, ſoit qu'ils s'en diſent les Auteurs, ou autrement; & à la charge de fournir à la ſusd. Chambre neuf Exemplaires preſcrits par l'art. 108 du même Réglement. A Paris, ce 14 Septembre 1765.

LE BRETON, *Syndic.*

0056 41435

Restauro del Libro
Badia
di
Cava